NOMENCLATOR
AQVATILIVM ANIMANTIVM.

ICONES ANIMALIVM AQUATILIUM in mari & dulcibus aquis degentium, plusquàm DCC. cum nomenclaturis singulorum Latinis, Grecis, Italicis, Hispanicis, Gallicis, Germanicis, Anglicis, alijsq; interdum, per certos ordines digestæ.

EXPLICANTVR autem singulorum nomina ac nominũ rationes, præsertim in Latina & Græca lingua uberrimè: & nominum confirmandorum causa descriptiones quorundam, & alia quædam, præsertim in magno nostro De aquatilibus uolumine non tradita, adduntur: deq; singulis Rondeletij, Bellonij, Saluiani, & nostræ sententiæ explicantur breuißimé.

PER CONRADVM GESNERVM TIGVRINVM.

Le Figure de pesci e d' altri animali, li quali uiuono ne l' acque salse e dolci, piu che DCC.

Les Figures & pourtraicts de plus de DCC. poissons & autres bestes aquatiques tant de la mer, que des eaux doulces.

Figuren vnd Contrafacturen von allerley fischen vnd anderen thieren/die im meer vnd süssen wasseren gefunden werdend/mee dañ DCC.

CVM Priuilegijs S. Cæsareæ Maiestatis, ad annos octo, & potentissimi Regis Galliarum ad decennium.

TIGVRI EXCVDEBAT CHRISTOPH. FROSCHOVERVS, ANNO M. D. LX.

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO REGI BOHEMORVM D. MAXIMILIANO, ARCHIDVCI AVSTRIAE, DVCI BVRGVNdię, &c. Domino suo clementissimo Conradus Gesnerus S. P. D.

CAESAREAE *Maiestati (Celsitudinis tuæ parēti Augusto) serenissimè Rex, ante biennium ferè Historiam animalium aquatilium nostram consecraui: eamq́ non ingratam illi fuisse, cum ex ipsius benignissimo sermone, tum alijs argumentis liquidò cognoui. Quamobrem hoc tempore eiusdem libri Compendium quoddam, quod ad nomenclaturas præcipuè, in lucem editurus, tuæ Maiestati meritò multas & graues ob causas inscribi dicariq́ debere, existimaui. Tu enim cū aliorum maiorum tuorum, quorum perillustris ad omnē posteritatem gloria pertinget, tum imprimis sacratissimi parentis, præclaras & uerè regias virtutes, ac raram in principibus viris doctrinam, summa cum laude adeò fœliciter æmularis, paternisq́ vestigijs insistis tam luculenter, vt hæc honoris tui elogia nemo omnium ignorare possit. Mihi quidem frequentem, & pleno omnium ore de virtutibus tuis doctrinaq́ celebrem famam, Paulus Scalichius Comes Hunnorum, (antiquissima generis nobilitate illustris, et eruditione multijuga, sacrarum maximè literarū, excellentissimus vir, idemq́ dignitatis tuæ obseruantissimus assiduusq́ prædicator,) verissimam esse iampridem asseruit: & eandem nuper cum alij quidam non vulgares & fide digni viri, tum præcipuè Ioannes Sambucus, (vir multarū linguarum cognitione, & eruditione varia summus, deq́ omnibus bonis literis optimè meritus,) planè confirmarunt. Itaq́ confidentius ad hanc dedicationem accessi: & librum hunc qualemcunq́, ad optimum maximumq́ patrocinium tuum, omnino pertinere iudicaui. Sed dicat aliquis: Quò maior Celsitudinis tuæ in omni virtutum doctrinæq́ genere præstantia est, eò minùs audere me debuisse de rebus huiusmodi, nec magnis per se, nec satis pro dignitate à me tractatis, ad te scribere. Huic ego responderim: Virtutum & eruditionis comitem perpetuò esse humanitatem atq́ benignitatem erga inferioris conditionis non improbos homines, & ad ignoscendum facilitatē: quam in M. tua quoq́ mihi nō defuturam: eamq́ animum meum, voluntatem, studium ac obseruantiam tui, magis quàm reipsa quid præstiterim, æstimaturam, indubitata spe memet mihi promisisse. Fateri me & agnoscere ingenij mei angustiam, doctrinæ tenuitatem, et eloquentiæ inopiam: sperare tamen hæc omnia rerum ipsarum, quas tractādas suscepi, raritate, varietate, & admiratione, operisq́ magnitudine ac difficultate, siue compensatum siue excusatum iri. Res autem illas nec magnas esse, nec regum & principum virorum fauore & contemplatione dignas, haudquaquam concesserim. Neq́ id pluribus probandum mihi existimo: qui minimè dubitem, M. tuam, si quis alius, probè intelligere, cum aliarum rerum (quæ à DEO O. M. ad suam gloriam & hominis usum conditæ sunt) omnium, tum verò illarū quas naturales appellamus, sciētiam, planè liberalem, & animis bene institutis, familiaritate quadam inuitante, prorsus iucundam esse: nec priuatos duntaxat homines, aut ex professo philosophos, sed principes etiam viros mediocrem earum cognitionem decere: idq́ adeò, ut post pietatis officia, & in moribus actionibusq́ hominum positas virtutes, non aliunde maius ornamentū eis accedere possit. Quis enim varias illas et admirabiles corporum in mari agitantium formas non libenter agnoscat: ac inde immensam Naturæ vim, nullo in elemento satis adhuc, ne diligentissimis quidem mortalium, perspectam & exploratam, miretur? Quis inde, nisi stupidus & tantis indignus spectaculis, non secum superiorem aliquam & principem omnium rerum causam ratiocinando inquirat? Si enim tam multiplex, admiranda, & infinita hactenus homini, circa centrum hoc mundi Natura est, (cuius nos quoq́ pars sumus, et quidē præcipua,) infinities & incomparabiliter maiorem esse oportet uim conditoris, motoris primi, & conseruatoris omnium: qui vt ineffabili numine, ac præsentis ubiq́ sapientiæ suæ operibus omnia replet: sic cœlos omnes & omnem loci temporisq́ conditionem solus excedit. quamobrem omnis & in-*

Dedicationis huius occasio.

Rerum Naturæ cognitionē aliquam, Reges etiam decere: & his contemplandis animos ad DEI notitiam euehi.

finita ei soli gloria, ac veneratio perpetua debetur: ut prorsus impietatis & læsæ maiestatis diuinæ incusandus sit ille, qui ullum comparationis modum aut gradum (ita vt in regno dignitatum deinceps ad proregem, & regem deniq; sui gradus sunt) hîc constituerit. Nam & ipse de sese clarißimè testatur, se vnum ac solum esse, cui diuinus honor vniuersus sit deferendus: &, tanquam æmulatione quadam afficiatur, honorem eundem, aut eius partē aliquam, alteri cuicunq; cōtribui, ferre non posse. Diuinus autem honor est, quicunq; confertur propter vniuersale aliquod bonum: vt sunt, cognoscere & posse omnia, facere & conseruare cuncta, propitium & benignum esse omnibus, & huiusmodi. In ipso certè solo omnis per vniuersa se extendens absoluta perfectio est: cætera vt in suo genere ac sibi perfecta sint, (quanquam hoc etiam Deo omnium principio debent,) non tamen alijs rebus, aut certè non semper, non ubiq;, non omnibus prodesse, aut de suo, cum nihil eis abundet, largiri possunt. Res conditæ quantumcunq; excellant, comparationem aliquam admittunt: ita vt scintilla aliqua, si ad Solem conferas: guttula aquæ ad Oceanum & vniuersam aquarum vim, aliquid & aliquota pars sint, & communis aliqua definitio (vt luminis aut aquæ) eis accommodari poßit. Solus cōditor & architectus, tum infinitus vndiq;, tū ab omni comparatione alienus est.

Gradus ad DEI cognitionem.

Ad huius igitur summi, æterni, infinitiq; boni notitiam, amorem & cultum, præparantē animos nostros quācunque cognitionem, nō aspernabimur: sed ea ceu gradibus quibusdam vtemur: in quibus tamen non insistamus diu, & semper altiùs animis enitamur. Frustra gigantes olim montes montibus imponebant, vt corpore in cœlum quod oppugnabant, ascenderent. Animo & mente, amore non odio accensa, conscenditur, idq; per gradus quosdam ceu colles montesq; exaggeratos.

Res inanimatæ

Incipiamus ab infimo gradu, qui Terra est, ceu fundamentum & basis Mundi inferioris. In ea gigni videmus pulchras plurimasq; rerum variarum species, quæ anima carent, lapides, metalla, & gemmas: quarum aliquæ ceu stellæ quædam terrestres, & cœli stellarum, vt ita dicam, ἀπόῤῥοιαι, materiæ suæ puritate, simplicitate, aut etiā splendore videri possunt. Magnes etiam motu suo polum sequitur. Horum omnium (sicut & cæterarum vbiuis Naturalium rerum) Natura tam mira ac multiplex est, vt cognosci tota adhuc nōdum potuerit, ne nominibus quidem & historia: quanuis ingeniosi aliqui homines acerrimè in harum rerū cognitionem incumbere, vt olim ita hodieq;, voluerint: nedū interiori causarum exploratione. Quòd si rebus inanimatis tanta cum cœlo cognatio & similitudo est: animatis certè corporibus maiorem multò cum eodem coniunctionē intercedere existimandum est: et sicut corporeæ res à perfectißimo corpore (cœlo) ceu principio sui dependent, mouentur, regūtur: ita incorporeas substantias esse aliquas, quæ à prima, optima maximaq; aliqua causa gubernentur ac moueantur, omnino statuendum.

Stirpes.

Altior deinde sequitur gradus, Stirpium genus uniuersum: quod Solis Lunæq; imprimis vires et effectus recipit. in his primus animæ gradus, primùm vegetat & alit, deinde auget, tertio sibi simile procreat. Rectè autem comparatur cœlesti, ea quæ in singulorum (plantarū & animalium) seminibus inest formandi & effingendi corporis organa virtus aut facultas.

Animalia.

Tertium supra hæc gradum animantibus terrestribus tribuo: quibus etiam volucres adnumero. In his anima melior, nempe cognoscens, per sensus exteriores interioresq; se prodit, (plus minus in alijs:) atq; talis ferè quodammodo humanæ animæ similitudo in illis est, qualis in homine DEI. aliud autem similitudinis nomine hîc intelligo, quàm suprà comparationis. Similitudo enim aliqua esse potest in ijs etiā quæ toto genere differunt, comparatio non potest.

Homo.
DEVS.

Aqua.
Animalia aquatilia.

Et hi ferè gradus in Terra reperiuntur: alij in aquis. In his enim post res marinas inanimas, animalia primùm occurrunt, piscium aliorumq; in humore viuentium innumeræ formæ: imprimis verò Cete & stupendæ tum figuræ tum magnitudinis belluæ.

Aer.
Meteora.

Tertio, in Aere, per ea quæ vocāt Meteora siue Sublimia, ab exhalationibus aut vaporibus nata, prout inferiùs aut in medio summóue aere consistunt, quodammodo ascendimus. horum enim superiora, vt igneo fulgore coruscant, ita & stellas magis referunt, mouenturq; similiter in orbem, & durant plerunq; diutius: & maiori animos hominum, tanquam Domini DEI grauiter succensentis minantisq; signa, horrore percellunt.

Ignis.

Postremò per ignis elementum, quod omnibus corporibus reperit vacuum, (propter nimiam fortè substantiæ suæ subtilitatem seu raritatem, & caloris vim omnia consumentis, ac perpetuæ vertiginis velocitatem,)

tem,) veluti saltu transilit animus: quanquã in igne etiam multa diuinæ potentiæ argumenta sunt, & inter elementa hoc maximè DEUM nobis refert. Et sic ad ipsum deniq; cœlum peruenit: in eoq; alias materiæ, loci, tẽporis motusq; sui & ordinis rationes, quàm in propriè dictis naturalibus rebus deprehendit: omnia nempe magis diuina, certa, pura, simplicia, lucida, pulchra, & omnis ferè mutationis immunia: ac primas omnium rerum corporearum inde scaturientes causas, ceu quosdam Naturæ fontes. In hoc miratur deinceps septemplici gradu Planetarum orbes: inq; summo ceu vertice cœlum stellatum: deniq; primum mobile, vt vocant, non sensu iam hoc vt inferiora omnia, sed ratione deprehensum. Inde quid aliud cogitet mens pia quàm primum illum ex quo cœlum vniuersum, & tota Naturæ series dependet, motorẽ? Nam vt singulæ res animatæ suam in se habent incorporeã causam à qua mouẽtur: ita vniuersus mũdus cum moueatur (nihil enim seipsum mouet) principium aliquod & causam sui motus habeat oportet: non similiter tamen inclusam: ne vis illa terminis vllis circunscripta finiatur, (nam corporis finiti vis etiam intrinsecus mouẽdi finita est,) & temporis longinquitate defatigetur. Defessum autem quod est, primùm inæqualiter mouet: deinde demum omnino cessat. Quamobrem vis infinita, & vltra supraq; omnia se diffundens, nullis organis, nullo medio, solo nutu (vnde & numen dictũ) & imperio cœlum supremũ mouet: à quo deinceps ordine suo inferiora cientur omnia, suis temporibus, vicibus, ordinibus, locis. Atq; ita, vt plurimũ, motus rerum secundum Naturam procedit. at quoniam idem & cœli opifex, & Naturæ Dominus est: potest, cum possit omnia, sine cœlo, sine Natura, aut etiam contra Naturam, nullo medio, quemadmodum cœlum primum mouet, sic res alias quascunq; pro sua statim voluntate agere & mouere. Porrò, ne longiùs abeam, cum multi sint gradus, (siue corporum, siue animorum discrimina spectes,) ad DEI notitiam euehentes, is qui ab Aquatilium animantiũ contemplatione petitur, præteriri aut negligi nullo modo potest aut debet. Talia enim tantaq; in aquis, & earum alumnis animalibus miracula sunt, vt ea nõ philosophorũ modò libri, sed sacræ literæ etiã nostræ multoties demirẽtur. Cæterũ vt necessarij ferè (nisi diuiniore modo ad DEI notitiã trahamur) sunt omnes isti, quorũ mẽtio facta est, gradus: ita, vt cuiq; vel tardius uel acrius ingeniũ contigerit, aut alia quæpiã causa impedierit, plus minúsue in eis immoratur: hic fœlicior, infœlicior ille. infœlicissimus omniũ qui ne ascẽdere quidem cogitat aut incipit. fœlicissimus qui quàm citissimè gradus omnes peruolitat, aut etiam si fieri potest, transilit. Et quoniam corporis quo coercemur infirmitas magna est, & grauia perturbationum cupiditatumq; in nobis momẽta, vnde fit vt sæpius ab isto diuinæ contemplationis ceu vertice, deturbemur, & ad inferiorem deterioremq; statum relabamur: iterũ atq; iterum perpetuò ascẽdere, & vires diuino auxilio, quotiescunq; deiecti fuerimus, renouare conabimur. Quotidie quidem quasi à nouo principio multi nostrum viuere incipimus: tanquã quæ priùs didiceramus obliti, vt socordes aut indociles discipuli solent: & vt ij qui se in speculo cõtemplati, tanquam non ampliùs satis memores suorum vultuum, subinde ad se contemplandos redeunt. Iam qui diutius quàm par sit in rerum naturalium cõsyderatione hæserit, ut eo nomine infœlicior est: ita si tædium aliquod eius & fastidium obrepat, de meliore & perfectiore aliquo inquirendo (modò non prorsus à Deo alienus, hoc est, miser & infœlix sit homo) hac occasione cogitat. Quanuis enim plurimũ temporis in his noscendis insumat, semper tamen eadem atq; eadem ei recurrunt, quibus animus minimè satiatur aut acquiescit: ut sunt materia, forma, oriri, augeri, declinare, occidere, moueri, & quoquo modo mutari: et easdẽ temporum, ac rerum quæ eis circunscribuntur omniũ, uices perpetuò redire. Vnde tædio exorto nil mirum sapientem illum Ecclesiasten exclamasse: Omnia omni tempore obnoxia esse vanissimæ vanitati. Quem enim stabilẽ fructum (inquit) referet homo ex ijs quæ sub Sole sunt: etiamsi multis modis se torqueat in hoc, vt fructum aliquem inueniat? Quicquid olim fuit, nunc est: et simile est illi, quod paulò pòst erit. quicquid factum est olim, nunc est, & aliquantò pòst simile illi fiet. In summa, nihil omnino est sub Sole nouum, quod huic vicissitudini obnoxium non sit. Ego quanuis rex essem totius populi Iudaici, toto pectore in hoc incubui, vt sapienter inuestigando, perdiscerem quicquid sub Sole fit. Hoc molestum cognoscendi studium immisit Deus in animos hominum, vt eo se torqueant, &c. Sed hæc apud M. T. prolixius tractari non

Cœlum.

Planetarum orbes.

Cœlũ stellatum

Primũ mobile.

Primus motor.

Aquatilia animantia.

In gradibus nõ immorandum.

Ascensus iterũ atq; iterum perpetuò tentãdus

In rerum naturalium contemplatione diutina tædium oriri, & uanitatis sensum animo bene affecto, &c.

Epilogus cũ excusatione.

decet: quare finem faciam. Hoc tantum superest mihi roganda M. T. ut si non per omnia tibi & doctißimis hominibus, quorũ consuetudine frueris, tot rarißimis animalibus ad uiuum pingendis, ac nominandis diuersarum linguarum antiquis & recentioribus nomenclaturis, deniq; describendis satisfecero: ipsa rei difficultas, & laborum sumptuumq; magnitudo, me excuset. Feci quod potui, & quantumcunq; in me fuit, in præsentia præstiti. Quòd si ueniæ facilitate, ubi ea opus fuerit, me plurima (fateor) ignorantem, uultusq; tui serenitate librum hunc uerecundè & ægrè ad M. T. accedentem, tuumq; patrocinium suppliciter expetentem dignaberis: animum multis iam laboribus fessum ac labantem, mihi reddes & recreabis, ut alacriùs alia quoq; in posterum, quæ ad illustrandam rerum Naturam diu iam meditor, perficere & in lucem edere cogitem. VALE. Tiguri Heluetiorum Idibus Iunij. anno Salutis Christianæ M. D. LX.

CONRADI GESNERI AD LECTOREM PRAEFATIO.

ANIMANTIUM Quadrupedum, Auium, & Aquatilium historias quatuor libris copiosè descripsi: ita ut quæcunq; de illis uel ipse obseruassem, uel apud alios ueteres ac recentiores innumeros diuersis in linguis scripta legissem, omnia diligentissimè complecterer: singulorum ferè historijs in octo capita diuisis: quorum primum nomina continet in uarijs linguis. Secundũ species aut differentias unius animalis, si quæ sunt: tum corporis eiusq; partium descriptiones. Tertium actiones & passiones uarias naturales & contra naturam. Quartum animi affectus, mores, ingenia, consensiones & dissensiones naturales. Quintum uarios ex animalibus usus ad hominem pertinentes, preter cibum & remedia. Sextum alimenta ex eis, & ad cibum apparatus. Septimum remedia ex ipsis aut eorum partibus: & si quæ homini morsu ictuue nocent, contra illorum uenena. Nam de ipsorum animaliũ morbis, ijsq; curandis, tertio semper capite agitur. Octauum philologiam & magnam uarietatem tractat, ijsdem ferè ordinibus. Est autem Liber primus De quadrupedibus uiuiparis conditus, satis magnus per se. Secũdus De quadrupedibus ouiparis: qui cũ exiguus sit cum tertio de Auibus coniungi & uno uolumine ligari potest. Quartus De Aquatilibus: in quo Rondeletij etiam & Bellonij libros de ijsdem complexus sum. In omnibus autẽ illis libris Ordinem alphabeti magna ex parte secutus sum, ut quilibet faciliùs statim quæsita inueniret. In Iconum uerò libris, qui imagines cum nomenclaturis tantũ continent, ordines siue classes à natura institutos sequi uolui: ita ut quæ unius naturæ essent animalia, siue unius generis proximi species, siue aliter multa haberent communia, quoad eius fieri potuit, coniungerem. Comprehendi autem uno libro Quadrupedum uiuiparorum simul & ouipararum effigies: altero Auium: tertio Aquatilium. Et priores quidem duo libri hoc anno denuo editi, multò auctiores prodeunt: tertius uerò de Aquatilium nomenclaturis nunc primùm. Hi omnes (tres inquam Iconum libri) commodè uno uolumine ligandi iungentur. Tertius quidem copiosiùs multò cæteris conscriptus est: quoniam simul argumenti uarietas & difficultas ita postulare uidebatur: simul harum rerum studiosis hac diligentia gratificaturum me sperabam, ijs omnibus quæ in maiori uolumine nostro De Aquatilibus, quod ad nomẽclaturas maximè, in Bellonij, Rondeletij & meis scriptis, partim in suis locis, partim in Paralipomenis, sparsa & fusiùs tradita leguntur, ueluti in compendium redactis. Saluiani De piscibus librum nuper Romæ editum, cum nostra Aquatilium historia iam prælo ferè absoluta esset, accepi. itaq; eius sententias, & nomina ab eo posita, nõ potui eo in libro cõplecti: quę nunc in hoc Nomenclatore posui: quanquã ea omnino paucissima sunt, quæ à me & alijs priùs non sint dicta: quod ad nomina dico. Fuit quidẽ hoc præcipuum meũ institutũ, ut ea quæ ad nomenclaturas pertinent, imprimis traderem: id quod (ut dixi) copiosiùs & maiore apparatu faciendum fuit hoc in libro, quàm cæteris Iconum libris. Nam & maior piscium numerus est: & nomina sæpe confunduntur: & unus plerunq; multis uarijsq;, etiam in eadem lingua nominibus appellatur. neq; enim Turdus piscis solùm πολυώνυμος est, qui priuatim etiam sic nominari solebat apud ueteres Græcos, sed profectò alij etiam plurimi pisces. Volui autem non ipsa simpliciter nomina, sed etiam etymologias plerunq;, rationes & significationes scrutari: ac ijs quæ exhiberentur, animalibus, ea deberi ostendere, & quæ obijci possent argumenta, diluere. Rei difficultatem auxit, quòd Aquatilium historia intra paucos annos nuper, & à paucissimis excoli cœpit, plurimis adhuc controuersijs & dubitationibus intricata. Græca nomina nõ semper fortè characteribus Græcis adscripsi, quod mihi non difficile fuisset, sed aliquando Latinis tantùm. Fluuiatilium & lacustrium multi antiquis nominibus Græcis & Latinis carent: quos ad genus aliquod simile retulimus, aut fictis nominibus nouis nominauimus: ita tamen ut ficta aut noua quilibet statim ab usitatis & antiquis discernere queat. F. litera etiam si quando ponitur, nomen fictum indicat: quod imprimis in Germanicis mihi faciundum fuit. Veteres enim de solis ferè marinis in mediterraneo

diterraneo piscibus scripserunt, nulla plerorunq; fluuiatilium & lacustrium, ac plurimorum qui in Oceano reperiuntur mentione facta. Multi etiam (non dubito) pisces Germanica sua nomina habent, accolis Oceani Germanis probè cognita: mihi uerò mediterraneo homini, cui oras illas adire nondum licuit, hactenus ignota: quanuis non adeò multa superesse puto, quæ ab amicis nō acceperim. Licere autem ab homine in rerum natura exercitato, nomina, ubi desunt, aptè & significanter confingi: quoq; modo id fieri debeat, cū in Historiam Aquatilium præfarer, & partim in hoc ipso Iconum libro post Cyprini lati mentionem, ostendi. Theodorum Gazam laudant eruditi quidam, quod fictis aliquot nominibus Latinis, linguam Latinam locupletârit, ac illustrârit: qui tamen hoc fecit uocabulis Græcis conuersis: quorū pleraq; à Latinis authoribus, Plinio imprimis & alijs, iam recepta erant, aut recipi poterant, propter magnā & omnibus ferè familiarem Latinæ Græcæq; linguarum in rerum nomenclaturis affinitatem. At Germanicæ nulla ferè cum alijs linguis cognatio, nec usus externorum uocabulorū receptus est: & Belgarum aliorumq; maritimorum Germanorum uocabula, à nostra dialecto plerunq; adeò abhorrent, ut nouis & aptè fictis uti, quàm apud illos receptis, nostris hominibus commodius existimem. Sed de nominibus satis.

Est ubi præter institutum, corporis etiā notas, (insigniores præsertim: pro reliqua enim descriptione icō ipsa satisfecerit ferè:) & partium descriptiones, aut alia quædam adtuli: præcipuè si quæ noua essent, & in Volumine maiore priùs non scripta. Aliubi ipsum chartę spacium, uacuum alioqui relinquendum, ad quædam addenda inuitabat. Descriptiones multas, sed breues, eo consilio posui, (cum aliorum, tum exanguium imprimis, ut Concharum, Cancrorum, Insectorū, Zoophytorum,) ut ad oblatum aliquod animal cognoscendum, hic liber satisfaceret, nec opus esset in maiori uolumine perquirere. Nolim tamen his compendijs (propter nomina tantū & animalium ipsorū simpliciter cognitionem, inq; illorum gratiam qui libros maiores emere aut legere fortuna aut negocijs alijs, diuersoq; uitæ instituto, prohibentur, à me perscriptis,) quenquam ab Historijs integris, ubi non solùm nomina & descriptiones, idq; uberiùs, sed alia etiam quàm plurima, sicut dixi, pertractantur, auertere. doctiores quidē spero hoc ueluti gustu & specimine percepto, ad Historias ipsas legendas magis allectū iri. Iconum alias ipsi nouas & nostras dedimus: alias (& quidem plurimas) ex Rondeletij opere mutuati sumus: & à Bellonio quoq; nonnullas, ita ut plerunque ad quem authorem cuiusq; imaginis primùm exhibitæ gloria pertineat, non sit obscurum.

Tabulam qua Animalium marinorum diuisio continetur secundum loca in quibus degunt, in fine primi Toni huius libri posuimus, ex Oppiani Halieuticis. Ante singulos etiam Aquatilium Ordines, de singulis in genere aliqua præfati sumus.

ENVMERATIO ORDINVM, QVOS HOC IN LIBRO SEQVVTI SVMVS.

Libri huius Tomi sunt II. prior, De animalibus mar. posterior, de ijs quæ in dulcibus aquis degunt.

Tomi I. Ordines XVII. quibus continentur hæc.

I. Pisciculi, nullo certo genere aut forma comprehensi: ut sunt, Apuæ & similes: Trichis, Haregus, Liparis, Gobij, Blēnus, Scorpioides, Alaudæ, Exocœtus Bellon. Pholis, Scolopax. Pag. 1.

II. Pisces saxatiles, & aliqui eis proximi: Vt Scari, Merula, Turdi diuersi, Anthiæ, Iulis, Adonis, Alphestes, Channus, Canadella, Perca mar. Phycis. Pag. 12

III. Pisces Lyriformes, seu Lyræ pisci similes, qui corpore sunt tereti, capite crasso: pleriq; rubicundi: partim squamosi, partim sine squamis: Vt sunt Cuculus, Lyræ, Lucernæ, Corax, Hirundo. Et his ferè consimiles, Callionymus, Mulli. Pag. 31.

IIII. Pisces lati & compresi, (diuersi à planis,) squamosi & litorales pleriq;: Vt sunt, Aurata, Sparus, Cantharus, Sargus, Melanurus, Melanderinus, Erythrinus, Phagrus, Synagris, Acarnā, Mormylus, Chromis Rondeletij, Orphus Rondeletij, Orphus Bellonij, Hepatus, Chromis Bellonij, Glaucus Bellonij, Vmbra, Latus, Coracini. Et alij quidam non squamosi: qui nihil ferè cū præcedentibus commune habent, excepto Apro Bellonij, quem Sargo cōparat, &c. ut Capriscus, Capros uel Aper Rondeletij, Aper Bellonij, Stromatei, Seserinus, Nouacula, Faber. Pag. 41.

V. Pisces simpliciter dicti: qui fermè rotundi sunt, (minùs tamē quàm Lyriformes,) nō compresi: alij squamosi, alij læues: Vt Mæna, Smaris, Boops, Salpa, Mugiles, Cephalus, Lupus, Sphyrænæ, Ammodytes, Hippurus, Aselli, Mustelæ, Aranei, Dracunculus, Scorpij, Lacertus peregrinus. Pag. 65.

VI. Pisces longi, spinosi, quorū species ferè serpentina est: Vt Muræna, Conger, Serpens mar. Acus, Saurus, Guaicanus uel Reuersus piscis Indicus, Serpens marinus rubescens, Serpentes Oceani. Pag. 87.

Ordinum enumeratio.

VII. Pisces spinosi plani: Vt, Rhombi, Cithari, Passeres, Buglossus, Solea oculata, Cynoglossus, Arnoglossus, Solea parua, Hippoglossus, Tæniæ. Pag. 94.

VIII. Lacerti ac similes pisces, & alij quidam maximi, non tamen Cete: ut post Lacertos, Colias, Scõber, Pelamys, Thynni, Orcynus, Amia, Pompilus, Gladius, Glauci, Anarrhichas. Pag. 105

IX. Pisces Cartilaginei plani: Vt sunt, Rana piscatrix, Pastinacæ, Torpedines, Raiæ diuersæ, Squatina. Pag. 117.

X. Pisces cartilaginei lõgi: Vt Galei uel Musteli, Canes seu Caniculæ, Centrines, Vulpes, Carcharias, Maltha, Simia mar. Pag. 141.

XI. Pisces orbiculati cartilaginei, cuius generis ueteres non meminerunt: Vt sunt, Orbis seu Physa è Nilo, (qui ad fluuiatiles pertinet:) & similes ei quidam marini in Oceano: & Orthragoriscus. Pag. 154.

XII. Ceti propriè dicti: Vt sunt, Delphinus, Phocæna, Phocæ, Brethmechinus Maris rubri, Balænæ, Orca, Physeter, Viuella seu Serra, Scolopendra, Maculo: Monstra marina Leonis, Monachi, Episcopi, aut alia quadam peregrina specie: item Cete Oceani Septentrionalis diuersa: Equus fabulosus Neptuni. Postremò Testudines mar. Pag. 160.

XIII. Mollia dicta: (quæ primo Exanguium loco esse uoluimus, nam antedicta omnia sanguine predita sunt:) Vt sunt, Sepiæ, Loligines, Polypi, Nautilus, Lepores mar. Vrticæ mar. Pag. 185.

XIIII. Crustata, seu Crusta tenui contecta: Vt sunt Cancer, Pagurus, Maia, Cancri diuersi, Cancellus. Item Locusta, Astaci, Leo: Et Squillarum genera. Pag. 199.

XV. Testacea: Vt sunt Lepas seu Patella, Auris mar. Ostrea & Conchæ diuersæ, Tellinę, Chamæ, Pectines, Pinnæ, Vngues. Item Cõchæ turbinatæ, ut Purpura, Murices, Buccina, Conchylium, Turbines seu Strombi, Trochi, Nerites. Deinde Cochleæ diuersæ, Vmbilici, Conchæ Venereæ. Et alia quædam quæ ad superiora referri non possunt: Vt Balani mar. Penicillus mar. Tubulus mar. Deinde Echini & Stellæ. Postremò quæ propiùs ad Zoophytorum naturam accedunt: Vt Holothuria, Tethya, Pudenda mar. & Pulmones. Pag. 221.

XVI. Insecta mar. Vt sunt, Hippocampus, Eruca, Pediculus, Pulex, Asilus, Hirudo mar. Vermes & Lumbrici quidam, Scolopendræ. Pag. 267.

XVII. Zoophyta mar. quæ sui generis operimento teguntur, (non corio duro & testaceo, de quibus diximus ultima parte Ordinis XV.) Vt sunt, Eschara Rondeletij, Epipetrum, Cucumis mar. Mâlum insanum, Vua, Manus, Penna. Pag. 271.

TOMI II. QVI EST DE ANIMALIBVS AQVATILIbus Dulcium aquarum Ordines II.

ORDINIS I. QVI EST DE PISCIBVS FLVVIAtilibus, Partes sunt V. quibus continentur hæc.

1. Pisciculi fluuiatiles: Vt sunt Phoxini, Eperlanus fl. Centrines, Alburnus, Lampreda minima, Pœcilias, Porcus Nili, Leucisci. Pag. 282.

2. Saxatiles, qui in saxosis fluuijs aut riuis degunt: Vt Cottus, Asper, Cobitides. Pag. 290.

3. Lati: Vt Cyprini & similes, Orsus Germanis dictus, Rutilus, Ballerus, Tinca: omnes squamosi, præter Tincam. Pug. 294.

4. Pisces simpliciter: Vt, Perca fl. Capito seu Squalus & cognati, Nasus, Barbus, Mustelæ fluuiat. Asper Danubij, Truttæ, Thymallus, Vmbra fl. Lucius, Lucioperca, Sphyræna fl. Ostraciones, Glanis, Anguilla. Pag. 302.

5. Anadromi, qui è mari subeũt amnes: Vt, Thrissa, Capito quidam, Eperlanus, Lampetra maior & media, Salmo, Silurus, Acipenser seu Sturio, Antacæi, Attilus, Galeus Rhodius. Pag. 321.

ORDINIS II. PARTES SVNT V. QVIBVS TRACTANTVR HAEC.

1. Pisces lacustres, magnis lacubus (qui à fluuijs efficiuntur) proprij: Vt sunt, Albulæ, Truttæ, Vmblæ uel Vmbræ, Cyprinus clauatus, Albus uulgò Italis dictus Squalo cognatus, Chalcides, Liparis. Pag. 339.

2. Crustacea, dulcium aquarum, ex quibus duo tantùm à nobis cognoscũtur, Astacus & Cancer fluuiatiles. Pag. 347.

3. Testacea dulcium aquarum: Vt sunt Cochleæ & Conchæ quædam: quibus etiam Cochleas terrestres adiunximus. Pag. 348.

4. Insecta dulcium aquarum: Vt, Vitulus aquaticus, Hirudo, Phryganium Bellonij, Libella fl. Tinea, Pygolampis, Cicada fl. Squilla fl. Pag. 350.

5. Amphibia: & primum uiuipara quadrupeda: Vt Fiber, Lutra, Mus aquatilis, Hippopotamus. Deinde quadrupedes ouiparæ, ut Crocodili, Phattages, Testudo lutaria, Ranæ aquaticæ, Lacertus aquatilis. postremò Serpentes aquat. Pag. 352.

Ad libri finem sequuntur Paralipomena quædam: & Accesio de Germanicis quibusdam nominibus piscium.

FINIS.

INDICES NOMINVM AQVATILIVM. I. LATINORVM, QVAE PRIMO LOCO POSVIMVS PROPTER QVAERENTIVM COMMODITAtem. II. Hebraicorum & Arabicorum, &c. III. Græcorum. IIII. Italicorum. V. Hiſpanicorum. VI. Gallicorum. VII. Germanicorum. VIII. Anglicorum. IX. Vngaricorum. X. Illyricorum.

LATINA TVM ANTIQVIS RECEPTA: TVM quædam recentioribus ſolum uſurpata, quanuis barbara, Latinis tamen literis & terminationib. ſcripta, &c.

A.

Abramis 321
abramis fl. 296
abrytus 257
acanthias 63
acarnan 49
accipenſer 332
accipiter 34
acerina 3
acharnas 49
acharnus 49
acheluda 51
aco 346
aconias 62
aculeatus 91
aculeatus piſciculus 284
acus 65. 74. 91. 92. 371. 372. 373
acynopoda 226
adonis 11. 27. 83
ædœon 265
ægomaſtus 365
ælurus 331
æolias 55
ærica 5
ætnæus 44
afdellos 26
aganon 234
agnus 38
agonus 290. 346
agonus lacuſtris 4
aiulone (Græcè uulgó) 91
alabes 308. 325
alauda 293
alauda criſtata 9
alauda non criſtata 10
alaudis 10
alauſa 4. 6. 282. 309. 321. 371. 374.
albica 76
albinus 323
albi piſces 282
albo 303
albula 340. 341. 342
albula cœrulea 340. f.
alburnus 288. 303
alburnus Auſonij 282. 283. 285
albus 345
alchuſi (Arabicum) 165
alcyonium 195
alex 65
alga maris 371
aloſa 88. 346
alpheſtes 27. 30. 83
alſa 321
alutarius (aliâs lutarius) mullus 40
amathitis concha 254
amia 25. 110. 112. 312
ammocœtus 75
ammodytes 75
ampelos 273
amphisbæna aquatica 350
amploiæ 2
anadromus 284
anchoiæ 2
anchorago 328
angelus 141
anglicus cetus 173
anguilla 282. 319
anguilla apyrenos 325
anguilla de arena 75
anguilla marina 89
anarites 250
anarrhichas 116. 374
anarta 250
aniger 371
anadorcas 38
anſer mar. 163
antacæus 282. 334. 335
antale 256. 270
anthias 23. 24. 60. 79. 104. 296
anthracides 65
anthropophagus 285
aper 45. 57. 58. 59. 151. 369
aper cetaceus 179
aper mar. 148
aphya Mugilum 2
aphye 1
aplyſia 194
aplyſiæ 271
apolectus 109. 111
aporrhais 223. 243. 245
aprilis piſcis 108
apua 374
apua aphritides 1
apua cobitis 1
apua Phalerica 2
apua uera 1
aquatilis ſerpens 362
aquatilium animantium diuiſio 274
aquila 118. 120. 121. 135
aquila marina 121
aquila piſcis 77
aquipenſer 332
aquo 4. 346
aranea cruſtata 208
araneus 83
araneus mar. 186, 188, 200
araneus piſcis 372
arcos 215
ardea marina 114. 371. 373
argentini 106
aries 178. 235
aries mar. 77
ariſta 3
ariſtoſus 321
ariſtula 3
arnogloſſus 102. 103
aſcolopas 11
aſellus 71. 76. 77. 78. 79
aſellus callarias 30
aſellus fl. 315
aſellus minor 81
aſellus primus 365. 374
aſelli 24
aſelli aquatici 352
aſellorum genus 371
aſilus 268
aſilus marinus 269
aſinus barbatus 24
aſinus mar. 189
aſinus piſcis 81
aſinus uarius 78
aſini pedes 226
aſpargi 42
aſper 291. 310
aſpis 268
aſpredo 288
aſtacus 200. 210. 212
aſtacus fl. 347
aſtacus marinus 373
aſtacus paruus 213
aſtaci chela 213
aſter 258
aſterium mar. 258
atherina 2. 3
attagenus 16
attilus 335
aulopena 25
aulopia 24
aulopion 25
aulopus 14. 25
aulos 241
aulus 231
auena 210. 220
aurata 41. 64. 296
aureolus 108
aures 264
auriculæ 254
auris marina 223
auris Veneris 254
auxis 110

B.

Bacchus 68. 71. 76
bæon 8
balæna 166. 167. 176. 367
balenarum dux 82
balanus 197. 217. 228
balanus mar. 255. 256
balbus 307
ballerus 300
ballerus maior 296
barbatus 307
barbatulus 282
barbatula 309
barbellus 307
barbo 307
barbota 310. 331. 335
barbulus 306
barbus 39. 282. 306
barbus marinus 39
barinus 307
baſilicæ 228.
baſiliſcus 10
batrachus 120
batus rotundus 157
bauoſa 11
bebradon 3
bebras 3
belennus 8
belliculi 253
belluæ marinæ 249
belone 92
bembras 3
berberi 233. 235
berellus 163
bernardus 210
bezola 290
biſas 203
blatta Byzantia 247
blax 309
blennias 71
blennodes 71
blennus 7. 8. 11. 71.
blennus fl. 291
blepſias 71
blicca 296. 300
blinnus 11
boa 362
boax 66
boca 66
bocas 164
boithus 1
boitus 290. 291
bolbidium 191
bolbotine 191
bolitæna 191
boops 65. 66. 67
borbocha 310
borbota 331
bos 67. 130. 132. 136
bos mar. 164. 165. 355
botatriſsia 325
botolus 291
bouis mar. caput 118
box 66. 164
brama 282. 296
bratti 111
brema 296
breſma 296
brethmechin 165
bricchus 38
briſſus 257
brittus 257
brunchus 89
buboſa 132

bubulca 283
buccina 245. 246
buccinum 246
buccinus 256
bucephalus 291
bufo 118. 132
bufo aquatilis 362
buglossus 98.101
bulbulus 294
C.
Caab 165
caballio mar. 267
cæcilia 92
cælata Squilla 214
calagnone 227
calamaria 186
calcinella 230
calculus uteri uel matricis 255
callaria 13.56
callarias 71. 80. 81. 83. 308
callichthys 24.38.60.61
callionymus 24.38.80
caluaria marina 154
callus 262
cammarus 216.219.347
canadella 28
cancellus 206.208.209
cancellus 209.220
cancer 190.200
cancer brachychelus 207
cancer fl. 347.348
cancer flauus seu undulatus 206
cancer Heracleoticus 201.215
cancer latipes 205
cancer marinus 201. 203. 373
cancer paruus 208.210
cancer uarius siue marmoratus 206
cancrarium genus 200
cancri hirsuti 207
canes 142
canicula 144.145.371
canicula marina 141
canicula saxatilis 146
canis 113
canis carcharias 118. 151
canis fl. 352.353
canis fuscus 144
canis galeus 144
canis glaucus 149
canis lingua 102
canis marinus 144. 164. 373
canis paruus 144
canis pinguis 148.336
canis Ponticus 352
canistrum 32
cantharis 44.352
cantharus 43. 55
caper 57. 58. 287
caper piscis 151
capitatus 70.291
capitellus 291
capito 76. 69. 289. 291. 303. 304.323.
capito Ausonij 182
capitoleus 166.169.170
capitosus piscis 77
capreolæ 219
capreolus 115
capriscus 57. 287
capros 58
carabos (Græcè uulgò) 212
carabus 203
carakidia 55
caramidia 214
caramis 225
caranidia 219. 347
caranis 347
carbonarius 65. 79
carcharia 144
carcinus paruus 206
cardus mar. 257
carides 214.219
carinus 307
caro marina 195
carpa 294
carpa marina 23.56.
carpanus 294
carpio 294.298
carpio Benaci 343
carpo 294
cassyas 111
castor 352
cataphractus 33
catapoda 189
catillo 73
cattus algarius 145
catulus 145
catulus maris 141.373
catulus maior 145
cauda 265
caudiuerbera 357.358
cauedulus 304
cauorosas 89
celerinus 3
centrinæ 146
centriscus 282.284.372
cephalinus 71
cephalus 68.69.288
cephalus fl. 303
cephalurus 118
cereda 19
ceris 11
cernua fl. 50
cernua 288
cerrus 65
cestra 73
cestreus 68.70
cetus 110.366
cetus barbatus 180
cetus capillatus uel crinitus 181
cetus dentatus 178
cetus hirsutus 368
cetus ingens 176
cetus iubatus 181
cete 160. 172
ceti 369
cetorum dux 82
cetula marina 243
chabotus 7
chalcis 4.346.373
chalcides 3.4
chama aspera 231
chama læuis 229
chama marina 231
chama nigra 231
chama Peloris 230
chame 229
chame Glycymeris 231
champsæ 356
chamula 230
channa 27
charax 281.296.297
chane 28
channo (Græcè uulgò) pag. 28
channus 27
chelidon 36
chelidonias 36.109
chelidonius 11
cheluda 51.76
chellares 71.76
chelon 68.71.306
chelone 183
chelydrus 362
chersydrus 361
chinades 229
chlorocarides 219
chremes 81.50
chremps 50
chremys 50
christopsarus 63
chromis 50.52.296
chrysopleurus 67
chuchi (Arabicum) 165
cibotides 1
cicada fl. 351
cicada mar. 216.220.221
cichle 14
cinædus 30.234 (aliâs Cynædus 27
cirrhades 19
cirrhis 11. 19. 27
citharœdus 97
citharus 96.97.98.104.373
citharus asper 101
citula 63
citus 291
clanius 319
claria 80
claria fl. 307.308
clarias 76
clauellata 135
clupea 108.321.323.372
cobitides 1
cobites 292
cobitis 2. 292
cobitis barbatula 285
coccyx 31
coccyx maior 32
coclano (Græcè uulgò) 70
cochlea 242.251
cochlea cælata 251.252
cochlea cylindroides 252
cochlea depressa 252
cochlea echinophora 252
cochlea marina 373
cochlea nuda maior 350
cochlea rugosa 253
cochlea terrestris 349
cochlea Vmbilicata 253
cochleæ paruæ 348
cochlioides 9
cochlon 242
cœli spectator 38
cœli speculator 38
colias 106.107
colios 107
colizana 195
collanus 335
columba mar. 120
columbus 120.155
colybdæna 195.214.264
colycæna 195.196.264
colycia 243. 245
colymbæna 264
concha 221
concha Aegyptia 239
concha corallina 233
concha crassæ testæ 236
concha echinata 235
concha fasciata 237
concha galas 237
concha imbricata 234
concha læuigatoria 254
concha longa 231.241
concha margaritifera 193
concha nigra 231.237
concha pictorum 238
concha rhomboides 227
concha rugata 237
concha S. Iacobi 232
concha striata 235.236
concha Venerea 243
concha Veneris 253.254.255
conchæ longæ 349
conchæ rhomboides 255
conchæ Scoticæ margaritiferæ 348
conchula lactea 248. 255
conchula rugata 230.238
conchula uaria 230.232.236
conchulæ 233
cõchylium 231. 242.246.250
conchylij operculum 247
condylion 247
conger 82.89.372
congri 282
copanus 111
copsus 335
coraceus 55
coracinus 13. 35.53. 54.55.56 296
coranus 1.6.291
corallina concha 233
corax 35. 55
cordyla 110
cordylus 357.358.361
coriacea 185
coriax 35
coris 102
cornuta 181
coruulus 55.57
coruus 35.305
coruus marinus 56
corycus 235
coryphæna 116
coryphia 245
corythia 243.245
cottus 1.6.8.182.290
crange 217
crango 214.215
cremys 50
crocalium 234
crocodilus 356
crocodilus terrestris 356.358
crustata 199
ctena 233
ctenia 228
cuculus 31
cucumis marinus 272
cuniculus 226.227
cunnus mar. 266
curides 219
cursores 206
cyanei 60
cybeas 109
cynędus 27
cynoglossus 102
cyprianus 294
cyprinus 282. 294. 295
cyprinus asper 298
cyprinus clauatus 345
cyprinus latus 282.296
cyprinus monstrosus 295
cytheriaca 254
cyttus 63
D.
Dacolithos 351
dacolithus 293
dactylus 247.255

dæmon mar. 175
daina 54
dama 54.115
dactylus 231.241
dardus 289
delcanus 52
delphax 163
delphinus 161.162.163.372
dens Lamiæ 153
dentale 48.256.270
dentex 47.48.296
dentices 46
de ponente monasterio 74
diabolus mar. 118
digitus 231
dobula 304
donax 231.241
dracæna 84
draco 84.267
draco marinus 86.91
dracunculus 84.267.268
dromas 328
dromias 328
dulcinus 257
dux ceti 81
dyca 46

E.

Eceola 234
echeneis 243.253.325
echeneis fl. 293
echinata 205
echini 221
echinometra 258
echinus 256.257
edone 11
eglefin 77
egrefin 77
elacaten 111
eledona 191
elenchus 234
elephantus 11.210
elephas 179
elepox 30
ellopis 24
empetrus 10
enchlorus 219
enchrasicholus 1.2
engraulis 1
enhydris 361
enneophthalmus 286
enneophthalmus anguilla 326
enthalius 256
epelanus 6.284.323
eperlanus 294.323
epipetrum 272
equerucus 267
eques 207
equiculus mar. 267
equites 206
equonilus 355
equus fl. 354
equus marinus 368
equus Neptuni 182
eremita 210
ericius 256
erinaceus 256
erycina concha 254
eruca mar. 221.268
erucula 351
erythinus 46
erythræa concha 254
erythrinus 46.296.373
erythrophthalmus 282
eschara 271
escharus 102.271
esox 315.328
eunuchi 30
euopus 25
exocœtus 8.10.28.286
exocœtus mar. 75
exos 334

F.

Faba mar. 251.252
faber 41.63
fario 312.328
falsa uela Romæ 132
falx 104
felchus barb. 165
fiber 252
fidicula 97
flamma maris 195
flascopsarus (Græcè uulgò) 155
flassada Massiliæ 130
flator 170
flesus 100
fleteletus 100
flutæ 88
forina Germanorum 328
fossiles 238
fossiles pisces 287
frictura 106
fuca 29
fullo 300
fundulus a. 293
fundulus saxatilis 293
fungus marinus 194.263
fustuarius piscis 76

G.

Gados 76
gaidaros 76
gaideropoda 226
gaideropsaro 81
gaideropa 226
galades 229.237
galarias 76.79.83
galarias marinus 309
galaxia 309
galaxias 76.79.143
galbio 31
galea 82
galeotes 113.151
galeonymus 80.142.325
galeridas 76
galerita 9
galeus 141
galeus acanthias 142.146
galeus canis 144.371
galeus centrines 58.59.146
galeus glaucus 149
galeus læuis 120.149
galeus Rhodius 335.336
galeus stellaris uel asterias 143.145.
galeus stellatus 146
galexias 325
gallarias 76.79.81
gallina mar. 16
gallulus 232
gallus 64
gallus marinus 32.156.195.201.202.267.373
gammarus 210.216
gammarides 347
gardus 288.305
garus 66
gemma maris 76
genitale mar. 265
gerres 66
gerynus 361
gibba Squilla 214
gillaros 70
gladius 113.151
glanicus 319
glanis 309.329.318.319
glans 255
glaucidium 114.115
glauciscus 114
glaucus 15.53.114.115.149
glaucus sinuosus 115
glinos 11
glissa 111
glorinus Massiliæ 120
glossopetra 153
glycymeris 231
gnotidia 55
goberge Asellus 78
gobio 1.6
gobio fl. Ausonij 285
gobio niger 7
gobius 6
gobius albus 8
gobius capitatus 282
gobius caulines 7
gobius fl. 309.290.291
gobius saxatilis 7
gobius marinus 7
gofidaria (Græcè uulgò) 61
gongrus 89
gopos 191
gouius 6
graculus 55.107
granceolæ 203
grillus 81.82.89
gryllus fl. 352
guaiacanus 93
gurnardus 31
gusterus Germanor. 282.300
gyrinus 118.361

H.

Habramis 321
halec 4.65.
halecula 2.65
halecularius piscis 65
halesurion 264.265
halosurion 264
halidona (Græcè uulgò) 191
harengus 4
hasela Germanorum 290
hedone 83
helcus 165
heledona 191
hemerocœtus 38
heminerus 55
hepar 52
hepatus 21.51.61.77.296
hepsetus 2
heracleoticus cancer 201
hesychus 315
hiatula 27.229
hierax 34
higoana 370
hilla 372
hinnulus 145
hippidium 267
hippocampus 267
hippoglossus 103
hippopotamus 179.354.368
hippus 267
hippurus 75.116
hircus 8.82.288
hirci 65
hirci oculus 223
hirculus 219
hirundo 34.35.36.37.72.109 372.351.
hirundo marina 269.325
hœdus 219
holothuria 262.271
holothurium 194.265
holosteus 33.92
homicida Raia 130
horcynus 111
huperus homicida 365
huso 310.334
hyæna 146.179
hycca 26.46
hydra monstrosa 362
hydrus 91.361
hyrcha 169
hystrix 156

I.

Iallus 234
iberus piscis 108
ibis 11
ictar 3
ichthyocentaurus 175
ichthyocolla 79.332.335
iecorinus 51
iecur marinum 51
ieiunus 69
iglecqua (Græcè uulgò) 26
illeca (Græcè uulgò) 26
iudæus piscis 74.151.258
iulia 25
iulis 25

K.

Kochi (Arabicè) 165
koky (Arabicè) 165

L.

Labeo 71.69.306
labraca 73
labrus 71
laccia (Romæ uulgò) 372
lacerta 356
lacerta palustris uel lutaria 361
lacertus 92.105.106.309
lacertus aquatilis 361
lacertus Indicus 370
lacertus maris rubri 87
lacertus peregrinus 87.92.106
lachsus 328
læuiraia 129
lagena piscis 155
lambena 30
lamia 151
lampina 30
lampreda 270.282.285.324
lampreda media 326
lampetra 81.269.324
lampetra parua 92
lamprias 325
lampyris 325
lanifica Raia 137
lapillus pro Margarita 234
latilus 54
latus 53.54.332
lauaretus 340
lautus F. 340
lebias 52
lebianus 52
lelepris 16.30
leo 210.213
leoninum monstrum 173
leopardus 78
lepas 223
lepidotus 294
lepras 16.f.
leptochelus Cancer 207.208
lepusculus 30
lepus marinus 9.32.196.

Index.

157.193.194.
lethrinus (Gręcè uulgó) 46
leucifcus 68.282.288.289.290 303. maior 309
leucomænides 65.66
leucorini (Græcè uulgó) 289
leucus 24
leuiathan 160
libella 151.351
lilinga (Græcè uulgó) 289
lima 141
limaria 108
limax 349
limnoftrea 225
limofa 108
lingula 103
lingulaca 101
liobatus 141
liparis 5. 193
liparis lacuftris 346
liparides 5
liffa (in Creta uulgò) 111
liffes in America 111
lochia (Gallis uulgó) 293
locufta mar. 212
loligines 188
loligo magna 187. minor 187.189
lolius Gazæ 187
lopas 223
lucerna 34.35.36
lucerna fl. 291
lucerna faxatilis 38
lucioperca F. 316
lucius 306.315
lucius marinus 21. 74
lumbricus 270 longus 270 marinus 325
lumbrina 54
lumpus Anglorum 157
luna maris 262
luna pifcis 158
lupus 2. 72. 282. 315. marinus 164. 165. 208. 373. uarius 312
lutaria Teftudo 108
lutarius Mullus 40
lutra uel lutris quadrupes 353.361
lycius 315
lycos uel lycus 8.73.315
lycoftomus 2
lyra 31.32.193.373. cornuta 33
lyriformis 31. armatus 34
lytra 353

M.

Macarei 108
macarellus 108
macrochelus Cancer 207
maculo F. 173
mæna 8.51.65. alba 66
mæa 203
maia 201.203. fœmina 204. mas 204. parua 204
mala uxor, pifcis 84
malè armatus (Gallis uulgó) pag. 33
malleolus 74
malleus 151
maltha 153
malum marinum 257
malum punicum 201
mantis F. 214.216.226
manus marina 273
maquerellus 108
margarita 234
margaritifera Concha 251
margaritum 234
margotir (Gręcè uulgó) 123
marides 66
marina auris 224
marina cauda 265
marinus ferpens 362
maris fus 164
marlangus 77
marmotus 104
marfio 291
martius panis 16
mafculi Echini 258
maffones 71
maftopogon F. 365
mater perlarum 238
mater unionum 233
matriculæ 195
matriculi 254
macrorhynchoteros uermis 269
maxinus 79
melanderinus 16.45
melandrys 109. 110.111
melanthynus 110.111
melanurus 45.71.124.288. 296. rotundior 46
melanuri fpecies 45
meleta Mafsiliæ 2
melicarides Squillæ 219
membras Apua 2.3.5
mentula alata 265.273. marina 264. 265
mercurij teftudo 185
merlanus 77
merlengus 77
merlinus 30
merlucius 14.74.76.365
merula 13.14.56
merula fl. 300
merulus 14
meryx 12
microrhynchoteros uermis 269
midia 226
miles 114
miluago 34.36
miluus pifcis 31. 72 34.35 marinus
minuti pifciculi 1
minutula 351
mogni (Græcè uulgó) 198
mola 159
molitoris pollex 291
molua 78. maior 78. minor 78
monachus pifcis 174.304
monedula 107
monoceros cetus 181
monothyra teftacea 223
monftra mar. 174.175.180. 181
monftrum leoninum 173
mordens lapidē (Germanis uulgó) 293
mormur 49
mormylus 49
morona 332
mormyr 49
mormyrus 49
mors 165.178.179
morfus 368
mofchites 191
muco 156
mucofa 132
mugil 68.305.372
mugil uel mugilis 68. alatus 72. fluuiatilis 288. 290. niger 72. ftriatus 71
mullafter 39
mullus 38.282. afper 40. fluuiatilis 307. imberbis 39. lutarius 39
multipes 189.352
muræna 87.325
murex 242.243.246. coracoides 245. lacteus 245 marmoreus 244. triangularis 244
murilegulus 304
muris cauda Germanis uulgó 372
muruca 372
murus 88
mus pifcis 57
mus aquatilis quadrupes uiuiparus 354. ouiparus, feu Teftudo lutaria 358.
mus aquatilis mar. 184. Teftudo mar. 182
mus mergus 354
mufca 226.227
mufco 309
mufculus 26. 82. 92.167.226 227.307.349
mufculus maior 227
mufculus ftriatus 227
muftacatus 307
muftela 52.282. 324.372. fluuiatilis 80.194. 293.307. 310. fofsilis aut uaria 286. marina 287. quarta 82. tertia 82. uulgaris 81
muftelaris Afellus 79
mufteli 141
mufteligena pifcis 142
muftelus centrines 58. uarius 144
myax 227
mydia 226.227
myes 227
myia 226.227
myllus 54.55
myllocopion uel Mylocopion (Græcè uulgó) 52. 54. 55
myrinus 88
myron 88
myrus 87.88.93
myfca uel Myfcus 226
myfticetus 167
myftoceros F. 317
myftus 307
mythus 307
mytilus 228
mytulus 227
myxinus 68.70.156
myxo uel Myxon 68.309.71

N.

Narica 2
narcoter 123
nafo 306
nafus 306
nafutus 306
natex 249
natrix 361.362. torquata 362
nauplius 192
nauta 192
nautilus uel Nauticus 191. 192
nebrias Galeus 145
neptuni equus 182
nerites 249
nerophidion 92
niger oculus Monfpelij, Melanurus 45
nobiles pifces 307
noctua marina 159
notidanus F. 146
nouacula 62. 97. 104

O.

Oculata 45.124.286
oculatella 124
octapodium (Gręcis uulgó) 189
oculus hirci 223
œftrus 268.269
ololygon 350
omidium 184
omys 184
onifcus 71. 76.79
onos 189
onyx 241. 247
ophidion 82.89
ophidium 11
ophthalmias 45
orata 41
orbes 154
orbiculati pifces 154
orbis pifcis 120.149.157.371. Aegyptius 154. Echinatus fiue Muricatus 156. gibbofus 158. marinus 193. oblongus 158. fcutatus 156
orca 159.163.166.168
orchis 154
orcyn 111
orcynus 109.110.111
orfus (Germanis uulgó) 298
orphanus 283
orphus 50.51. 64. 296
orphus lacuftris 300
orthragorifcus 58.63.154.158 Species eius 159
ofmylidium 191
ofmylium 191
ofmylus 191
offolis 121
oftracion 33.318
oftracon 247
oftracium 247
oftrea 221. 225. 264. pelagia uel marina 225, faxatile pa. 226
oftridia 225
otaria 254
otia 254.264
ouis mar. 54. 77
ouum polypi 192
oxyrhynchus 65.74.130.293 306.315.317.332
ozæna 191
ozolis 191

P.

Pachyrhynchus 306
pagrus 46.296.373
pagur 46
pagurus 200. 202. 203. fluuiatilis 348
pallax 110
pallacis 110
palmita 109
palumbus 149
pan 175
panthera fl. 315
papilio 38
papilla pilofa 208

pardalis

Index.

pardalis 144. 145
pascales pisces 340
passer 94.96.98.99.282
passerum species 372
pastinaca 120.143.149.372
pastinaca maior 121
patella 223. fera 223.264
maior 223
pauo 17.22.62. pauones marini 10
pauperculi (Venetijs uulgò) 238
pauus 22
pectẽ 63.97.99.104.232.233
pectunculus 228.232.233
pecus uel Ouis Aselli species 77
pedes asini 226
pediculi 352. aquatici 351. marinus 221.268
pelagiæ 242
pelamys 108.110. magna 48. sarda 112
peloris chama 230
pelorides 230.238
pelorina 230
pelta 55
penicillus marinus 256
penna mar. 199.265.273
pentadactylus turbo 249
Pephycarismena (Græcè uulgò) 30
peræas 68
perca 28.282. fluuiatilis 302. maculosa 303. marina. 28. minor 50. fusci coloris 303. rotunda 57.287. 288.303
percides 28.303
percidia 303
perdix maris 39.101
pergolici 372
persecus 302
perficinus 302
petaglida (Græcè uulgò) 223
petri piscis 51
petropsarus 64. 51
phagorius 46
phagrus 46
phalæna 166
phattages 358
phlegmaticum animal 194
phoca 144.164.165.179. 366.373
Phocæna 151.163.372
phocida (Græcè uulgò) 30
pholades conchæ 228.255.232
pholis 11.193
phoxinus 373. læuis 282.283. 374. squamosus 282.283. squamosus maior 284
phragolinus 48
phrissa 323
phryganium 271.351
phuca 29
phycea 30
phycidion 29
phycis 29.56.77.80.81.300 uera 29
phycos 30
physa 154
physalus 170.171.268
physema 234
physeter 166.169.170.171. 268.367
pigus 345
pileus mar. uel carnosus 198
pinna 239.240. fluuiatilis 239. magna 239
pinnæ uenator 208
pinniceps 75
pinnophylax 208
pinnoteres 208
pinnother 208
piperata concha 230
piren 264
piscator paruus Gall. 120
pisces fossiles 287
pisciculi minuti 1
piscirana 358
piscis 73
piscis marinus 43
piscis regius 54
piscis S.Petri 64
piscis uolans 40
pistris 171
pistrix 160.171
plagitia 99
plani pisces 60
plantanimalia 271
plantanimes 271
platax 55
platanes 300
platessa 99
platistacus 55
platognia (Græcè uulgò) 300
platypus Cancer 205
plestya (Græcè uulgò) 282. 300
plicca Germanorum 282
plocenus Germanorum 297
plota Italorum 300
podex asini 196
pœcilias 11.282.286. minor 293
pollicipedes Gallorũ 197.255
polyonymus 14
polypi ouum 192
polypodine 191
polypus 189.190.191
pompilus 113.192
porcellana 232.251.253.254
porcellio 58.287
porculus 94. fluuiatilis 59
porcus 57.89.158.159.374 marinus 63.146.16.3355. Nili 282.287.372
pota marina 265. 266
prasinus Germanorum 296
precans Deum Monsp. 220
premades 112
premnades 112
prenades 112
presbyter Genuæ 38
prestis 153.170
primadæ 112
pristes 171
pristis 168.170
prunarius piscis 65
psammodytes 38
psetta 94.98.101
psittacus 17.22.23
psoli (Græcè uulgò) 265
psorus 16.45
psygrus 45
ptisana marina 14
pudendũ mar. 264.266.272
pulcher 38
pulex mar. 221. 268
pulmo mar. 61.194.198.265. 266.271
pulpus 189
pungitius 284.372
purpura 242.243.246.256.
pentadactylus 243
pygolampis aquatica 352
pyrũs uel Pyrussa, Pyruttaue 312

Q.

Quadratulus Gallorum 99

R.

Racemus marinus 187
raia 128. aspera 137. asperrima 138. asterias 134. clauata 121.135.136. fullonica 138. læuis 129.132.141. nigra 121. oculata 133 oculata aspera 134. spinosa 137. stellaris aspera 135. uenenata 121. undulata 129
raiarum uulua 373
ranarum diuisio 359
rana 118.309.359. palustris uenenata 361. piscatrix 118.371
rappus Germanorum 282
regiæ Tellinæ 228
regina Italorum 294
regius piscis 54
remora 92.325
reuersus piscis Indicus 93
rex 128
rhamphestes 11
rheni piscis 77
rhina 141.142
rhinobatus 141
rhyades 42
rhombus 94.96.374. læuis 96
rhomboides 97.227
rogetus Gallorum 31
rophos (Græcis uulgò) 51
rosmarus 165.178.368
rostrum uituli Sabaud. 340
rostrum urẽs ostreum Monspelij dictum 225
rostrix 11
rota 64.158.249
rubellio 46
rubeta 309
rubeta mar. 120.194
ruburnus 5.46
rubus 128.136
ruffus Alberti 332
ruminalis 12
ruscupa 5.46
rutilus 282.300

S.

Sabot Arabicè 85
sacerdos 38
sacer piscis 24.113
sachetus Italorum 21
salamandra 268. aquatica 361 marina 267
salanx 328
salar 311.312.328
salar nanus 282
salena Larij lacus 4
salicum folia pisces 279
salmarinus circa Tridẽtũ 370
salmo 282.328
salmones Lemanni 344
salmunculus 328
salmulus 328
salpa 67.76. minor 68
sanguisuga 351
sandalium 101
saperda 55
sapidia 187
sarachus 346
sarda 112
sardella 4
sardica salsamenta 112
sardina 3.4.112.231.373
sardinus 5
sargi caput 44
sarginus 44.68
sargo 68
sargon 68.288
sargus 42.44.68.288.296
sario 312.328
sasan Græcorum qui Turcis seruiunt 294
satyrus marinus 175
sauris 87.91.106
saurus 87.91.105
saxatilis priuatim dictus 293
saxaulis 101
saxaulus 101
scansor 116
scarda 296
scardua Italorum 296
scardula Italorum 296
scarus 12.22.296. uarius 13.16
scatarus (Græcis uulgò) 44
scauros 259
scepanus 16
scepinus 16
schillus Germanorum 317
sciadeus 54
sciathis 54
sciæna uel sciænis 54
scincus 356.357.361
scinis 54
scios (Græcis uulgò) 54
sciphydria 228
scirrhis 19
scalipetra (Græcè uulgò) 271
scolopax f. 11.171
scolopendra 26. cetacea 172. marina 180.269.270.
scomber uel Scombrus 107. 372. minor 107. spurius 106
scordyla uel scordyle 110.358
scordylus 358
scorpæna 84.86
scorpidi (Græcè uulgò) 85
scorpidius 84
scorpij 31
scorpina (Græcè uulgò) 85
scorpioides 9
scorpis 84
scorpius uel scorpia piscis 38. 84.372.374
scorpius minor 86
scouranca (Græcè uulgò) uel scouranici 289
scrophulæ aquaticæ 325
scurio Danubij 332.335
scutifer 156
scylion 144.145
scyllarus 209.210.220
sector Pristes 171
sepia 186.373
sepiæ os 373
sepiaria 187
sepiarum oua 187
sepidium 186.187
sepiola 186.187
sepium 186
serpens cupparia 183
serpens Indicus 166
serpens marinus 89.92.93

serpens palustris 361
serpens scutellaria 183
serpentis lingua 153
serpula 91
serra 11. 171
seserinus 61. 158
sesilus 350
seta 350
sgourdelle(Grecis uulgò)26
sillago 371.397
silurus 160.282.318.319.329. 374. Nili 309
simia mar. 10. 104.153. maris rubri 185
simo 163
simus piscis 306
sinodon 47.48
smaris 65. 66
smyrus 88
snotolfus Germanorum 158
solaris barb. 332
solea 99.101. altera 102. inuersa 102. oculata 102. parua 103
solen mas & fœmina 241. 242
solen quorundam 231
sol marinus 261
sparus 42. 296
sparulus 42
spatagus 257
spatanges 257
speculum 205
spettus uulgarib. linguis 74
speusippi Nympha 221
spherdoclos (Græcè uulgò) 264
sphondyli 226
sphyræna 69.73.74.151 fluuiatilis 315.317
spinax Galeus 142
spinachia barb. 284
spinula barb. 38.85
spirinchus Germanorum 1
spiringus Germanorũ 374
spondylus 226. 227
spondyli 226. 241
spongia 264.371
spuma maris 194
squalus 141.142.303.305
squatina 129.139.140. 141. 142.151.372.373
squatinus 303
squatoraia 141
squatus 141.142.303
squatus 303
squilla 214.219.264. cælata 216.221. cælata & glabra 214. fluuiatilis 219.352 gibba 218. 219. lata 214. 215. maior 215. parua 208. 210.219.220. rubra 210. uaria 217
squillula 220
squinada Gallorum 205
stauris (Græcis uulgò) 346
stella mar. 258.115.221 arborescens 260. echinata 261. læuis 260. pectinata 260. reticulata seu cancellata 261
stincus 196
stora 332
strigil 289
stromateus 52.59.61.62.68
strombi 242.348
strophilides (Græcè uulgò) 246
strumulus barb. 76
stupefactor barb. 123
stupor barb. 123
sturio barb. 76.282.325.332. 333
suala Germanorum 305
subula Germanorum 130
suchus Arabicum 356
sudis 73
sumus barb. 332
sus 57.163
sutor Germanorum 301
syacion 94
syagris 47
synagris 47.48.296
synodon 47.296.298
synodontis 109
synodus 47

T.

Tannin 110
tara rotunda Gallorum 120
tartaruca barb. 183
tænia 97.103. altera 104
tellina 228. fluuiatilis 228. regia 228.229
tenca barb. 300
tencha barb. 300
tencon barb 300
tenòras in Nouo orbe 234
teragus 20. 25
tessaradactylus Turbo 249
testacea 221
testæ 221
testis Orchis 154
testudo 182.183. aquatilis 359. coriacea 185. corticata 183 lutaria 184.358. marina 114. marina altera 185.
tethe 263
tethea 224
tethya 262.263.271
tethynacia 264
teuthis 187
teuthus 187
thannin 310. 160
thedo 294
thinca 300
thrassa 312. 322
thratta 312. 322
thranis 113
thrissa 4.6.321.372
thunna 110
thunnus 109.110
thurianus tomus 113
thursio 113
thymallus 282.294.313. paruus 285
thynnax 110
thynnis 110.112
thynnus 109.110.113
thyrsio 151
tibicen 20
tinca 282.296. 300. marina 13.26.56
tincha barb. 300
tineæ 351. fontium 325
tirsio 113
tonsicula 62
torpedo 113.127. tertia 125. quarta 126. oculata 45. oculata uel maculosa 124
torrentina 312
tortuca 183
trachelos 226
trachurus 87.91.92.105.106
tragus 8.82
tranus 113
tremula barb. 124
trichis 4.5.321.
tridacna ostrea 234
trigle 39
triglis 39
triglitis 39
trigólas 31.39.40.
trisca Germanorum 309
triseus Germ. 309
trissia Italorum 325
triton 109
trochi 249
trocta uel troctes 312
troglodytæ f. 287
troglodytes f. 10
truttarum diuisio 311
truttæ species 328
trutta lacustris 282. marina 328. piscinaria 313. riualis 290. taurina 311
tympanum 234
typhla uel typhle 92.286
typhline mar. 92
typhlinus, typhlina, typhlinidium 286
tyrsio 151.163
tuber mar. 262
tubulus mar. 256. 270
turbo 242
turbines 249 angulatus 248. aurit⁹ 249 longus & magnus 247. muricatus 248. tuberosus (248
turdis affinis 22
turdus 14.87. maior 20. Turdorum species XII. à pag. 15. usq; ad 22.
turonilla barb. 284
turpæna 123
tursio 113.151.163
turtur 120.312

V.

Vacca marina 130.164.369. 181
uadi pisces barb. 340
uariata f. 6
uarij 287
uariolus 312
uarius 73.312
uasconus Gallorum 217
uendosia Gallorum 285. 289
uenerea (concha) 232
uenériæ 192.253
ueretillum 265
uergiliades barb. 345
uermis aquatilis 325. 350. marinus 270. macrorhynchoteros 269. microrhynchoteros 269
uerruca 268
uerrucatus Gallorum 54
uerribula 262
uerticillum 264
ueru 74
uespillo 302
uindosa 289
uiola Gallorum 324.373
uirgatus Gallorum 68
uirginale 265
uirgines Gallorum 108
uitta 104
uitulus aquaticus barb. 350
uitulus marinus 164.165
uiuella barb. 171
uligines barb. 188
ulula mar. Anglorum Aselli species 79
umbilicus 252.251.253
umbilici lacustres 348
umbla 343.344
umbra 53. 306. equestris in Lemano 345. fluuiat. 313. 314. lacustris 344
unguis 241.247
unicornis cetus 181
unio 234
uniualues conchæ 223
uoca Gazæ, Box Plinij 66. 164
uranoscopus 38.80. fluu. 291
urcomastix f. 357
ursus uel ursa 201.202.215. minor 210
urticarum diuisio 196
urtica 194.195.371. cinerea 197. parua 196.264. rubra 197
uter Gallorum 169
uua alga 273
uua mar. 272
uulpecula 146.148
uulpes 11.114. Galeus 248. marina 58. Rhodia 336

X.

Xiphias 113
xiphydria 228
xyrichos (Græcè uulgò) 332

Z.

Zapphirus (Romę uulgò) 12
zarganes (Græcè uulgò) 74. 91
zerta Germanorum 282.300. 323.373
zillo (ζῖλλος, Græcè uulgò) 26
ziphius barb. 177
zoophyta 271
zuchinda (Græcè uulgò) 195
zydeath barb. 267
zygæna 74.150

HEBRAICA, ARABICA et Phœnicum nomina. Eorum aliqua etiam in Latinorum Indice permixta reperies, quæ hic desiderantur.

Alrahade 123
alsabut 38
altensa 356
berulie 123
dub 356.358
fead 123
guaral 358
hazab 356
rahadar 123
rahade 123
rahas 123
sabot 38
sar 243
temsa 356
tenchea 356
thab 356
thead 123
tisma 356
zab 356

AETHIOPICA.

buzios 255
gomar 355

AFRIS VSITATA nomina.

Iarrafa 313
Scaumé 74

Index.

GRAECA VETERA & recentiora. In Latinorum etiam nominum indice Græcis hodie usitata quędam reperies, quæ hic desiderantur.

A.

Ἀβλεννής 91
ἄβρωτος 257
ἁγνός 38
ἀγελόφαγροι 47
ἀετός 121
αἴλουρος 331
αἰολίας 14
αἰόλος 12
αἰτναῖος 44
ἀκαλῆφαι 195
ἀκιπήνσερ ἢ ἀκκιπήνσερ 148
ἀκρίδες 214
ἀλάβης 308. 325
ἀλιπυροῦς f. 328
ἄλμων f. 328
ἁλὸς οὐρά 264
ἀμία 112
ἀμύς 184
ἀναρίτης 250
ἀνάρτας 250
ἀνθίας 24
ἀνθιεύς 24
ἀνόστεος 189
ἀνωδόρκας 38
ἄρκτος 202, 215
ἀρνευτής 116
ἀσπίς 267
ἀστακός 210
ἀστήρ 258
ἀστρίδια 225
αὐλωπίας 24
αὐλωπός 25
αὐξίς 110
ἀφρῖτις 1
ἀφροδίτης ὗς 254
ἀφρός 1
ἀφρύη 1
ἀφύη 1
ἀφύη κωβῖτις 1
ἀχέλυ 319

B.

Βαιών 8
Βαρῖνος 307
Βασιλικαὶ τελλῖναι 228
Βατίς 128
Βάτος 128
Βατραχίς 361
Βάτραχος 118
Βδέλλα 269.325.351
Βέλεννος 8
Βελόνη 91
Βλάττιον Βυζάντιον ἢ Βύζαντος 247
Βλάττος 247
Βλέννος 8
Βλῖννος 8
Βόαξ 66
Βόϊτος 290 & 291
Βολίταινα 191
Βούγλωσσον ἢ βούγλωσσος 101
Βοῦς 67
Βόωψ 66
Βραχύχηλος καρκῖνος 207
Βρίγχος 38
Βῶξ 66

Γ.

Γαλάδες 237
γαλαξίας 79. 142
γαλαρίας 79. 142
γαλεξίας 325
γαλεοί 141
ἀκανθίας 142. ἀστερίας 143. κεντρίνης 146. κύων 144. λεῖος 149. νεβρίας 145. ποικίλος 144. ῥόδιος 336
γαλερίας 79.325
γαλεώτης 113
γαλεώδεις 141
γαλῆ 81. 82. 142. ποταμία 308.325
γαλλαρίας 79.80
γλάνις 319
γλαῦκος 114.149
γλῖνος 11
γλυκυμερίς 231
γλῶττα 101
γναφεύς 300
γνωτίδια 55
γόγγρος 89
γραψαῖος 212
γυρῖνοι 361

Δ.

Δακτυλεύς 69
δαλός 45
δελιδώνη 191
δελφίν 163
δελφίς 163
δενδρείτης 356
διδακτυλαῖος 69
δίθυρα 222
δίπτυχα 222
δράκων θαλάσσιος 84
δρόμων 206
δύκης (uox corrupta pro ὕκης) 46

E.

Ἔγγραυλις 1. 2
ἔγχελυς 319
ἔγχλωρος 219
ἑεδόνη 191
ἐλεδόνη 191
ἐλεδώνη 191
ἑλικοειδῆ
ἐμύς 182, 184.358
ἐνυδρίς oxyton. uel pro paroxytonum ἔνυδρις 353.361
ἔξειρα 84
ἐπωπιδεύς 158
ἐπιπολάζοντα 212
ἐρυθῖνος 46
ἐρυθρῖνος 46
ἐρυθρόφθαλμος 283
ἐσχάρα 271
εὐωπός 25
ἐχῖνος 256

Z.

Ζεύς 63
ζῆλος 26
ζμύραινα 87
ζύγαινα 151

H.

Ἡδονή 83
ἡμερόκοιτος 38
ἡμίνηρος 55
ἧπατος 51

Θ.

Θαλάττιον αἰδοῖον 264
θαλάττιον ὗς 223
θαλάττιος μῦς 184
θορηνδύς 113
θύνναξ 110
θαύνη 110
θυννίς 112
θύννος 110
θυρσίων 113. 151, 163

I.

Ἱέραξ 34
ἴζελος 84
ἰουλίς 25
ἵππουρος 75
ἱππεῖς 206
ἱππόκαμπος 267
ἱπποπόταμος 354
ἱππουρεύς 75
ἴρηξ 34

K.

Καλλαρίας 80,308
καλλιώνυμος 38
καμμαρίς 216.347
κάμμαρος 216
κανθαρίς 44
κάνθαρος 43
καπρίσκος 57
κάπρος 57.58
καραβίς 212
κάραβος 212
καρίδες 214. 219
καρὶς μικρά 219.220
καρίδες κυφαί 219
καρίδιον 208.210.220
καρκινάς 209
καρκίνιον 209. 220
καρκίνος 200. ἡρακλεωτικός 201, θαλάττιος 201. μικρός 208, 220, ποτάμιος 348
καρχαρίας 151
κασσύας 111
κάστωρ 352
καταναδρομος 328
κερρίς 19
κέστρα 74
κεστρεύς 68.70
κέφαλος 68,69
κέφαλος ποτάμιος 303
κηρίς 19
κῆρυξ 246
κήρυκες 243
κήτη 160
κῆτος 111
κιθάρα uel κιθάρη, uel κίθαρος 97
κίναιδος 234
κιρίς 19
κιῤῥά 19
κιῤῥίς oxytonum 19
κίῤῥις paroxyt. 19
κίῤῥυλος 19
κίρυλος 19
κιχήλα 14
κίχλη 14
κλαρίας 80
κλουπαῖα 323
κνίδαι 195
κόγχη τραχεῖα 235
κογχύλη 242.246
κογχύλιον 246
κοῖτος 291,294
κόκκυξ 31
κολίας 92. 107
κολών 71
κορακεύς 55
κορακίδιον 55
κορακινίδιον 55
κορακινίς 55
κοράκιον 55
κορακῖνος 55
κόραξ 35.55
κορδύλος 357
κόρις 271
κορύφαινα 75
κόσσυφος 14
κόττος 291
κόττυφος 14
κουρίδες 214. 219
κοχλίας 250. 252. χερσαῖος 349
κοχλίδιον 250
κοχλίος 350
κόψιχος 14
κράγγη 217
κράγγονες 217
κραγών 217
κρέμυς 50
κριός 235
κροκόδειλος 356

bb 2

Index.

κτείς 231
κτένια 233
κυβείας 109
κυναπήνσερ 148
κυνόγλωσσος 102
κυπριανός 294
κυπρῖνος 294
κύπτος 291
κύων 144
κύων γαλεὸς 151. καρχαρί-
as 151. πίων 148. ποτά-
μιος 353
κωβιὸς 6. κωλίνης 7. λευ-
κὸς 8. μέλας 7
κῶθος ἢ κώθων 6. 291
κωρίδες 214

Λ.

λάβραξ 72. 315
λαγωὸς θαλάσσιος 193
λάμια 151
λάμνη 151
λατῖλος 54
λάτος 54
λεβιανός 52
λεβίας 51
λεῖμα 349
λειόβατος 129. 141
λελεπρίς 16. 30
λεπάς 223. ἀγρία 223
λεπιδωτός 294
λεπίναι 30
λεπτινός 52
λευκίσκος 68
λεῦκος 24
λέων 214
λιμνόστρεα 225
λιπαρίς 5. 346
λίψαξ 350
λοφιά 146
λύκος 315
λύρα 32
λυροειδεῖς 31

Μ.

Μαῖαι 203
μαινίς 64
μακραὶ κόγχαι 241
μακροκόγχυλοι 241
μακρορυγχότερος (ἕλμινς) 269
μαλακόστρακα 199
μάλθη 153
μάντις 220
μάξινος 76. 79
μαργαριτάρη 234
μαργαρίτης 234
μαργαρίτης λίθος 234
μάργαρον 234
μάργαρος 234
μείζων ἢ μάσσων καρίς 215
μελανδέρινος 45
μέλανδρυς 109. 110
μελάνουρος 45
μελικηρίδες 219
μηλοπόποιον 54
μῆρυξ 12
μητρίδιον 195
μικρορυγχότερος (ἕλμινς) 269
μολουρίς 361
μορμύλος 49
μορμύρος 49
μύες 226
μύλλοι 55
μύραινα 87
μύρινος 88
μύρος 87. 88
μύξινος 71
μυξῖνος 71
μύξων 71
μύραινα ποταμία 325
μύρμας 49
μύρων 88
μῦς 57. 182. 184. 358
μύτλος 228

Ν.

Νάρκη 123
ναυτικός 192
ναυτίλος 192
νεβρίας γαλεός 145
νειλοκροκόδειλος 356
νηρείτης 250
νηρίτης 249
νήριτος 250
νῆσις 68
νυκτερίς 38
νωτιδανός 158

Ξ.

Ξιφίας 113
ξιφύδρια 228

Ο.

Ὀδηγός 26
ὄζαινα 191
ὄζολις 191
ὀλοθούρια 262
ὀλολυγών 350
ὀμύδιον 184
ὀνίας σκάρος 12
ὀνίσκος 76. 79
ὄνος 76. 189
ὄνυξ 247
ὄρκυν 111
ὄρκυνος 111
ὄρκυνος 111
ὀρθραγορίσκος 158
ὀρφακίνης 50
ὀρφός 50
ὀρφώς 50
ὀρυκταὶ κόγχαι 238
ὄρυξ 169
ὀσμύλος 191
ὀστρακόδερμα 221
ὄστρεα 221
ὄστρειον 224
ὀστακός 210
οὐρανοσκόπος 38
οὖς Ἀφροδίτης 254
ὄφις θαλάττιος 89

Π.

Πάγουρος 203
παλλακίς 110
πάλλαξ 110
παχύωτος 305
πειρίω 264
πεταίας Κέφαλος 68
πέρκη 28. 302
πορκίς 28
περκὶς ποταμία 302
πέλτη 55
πηλαμύς 108
πίννα 239
πίννη 239
πιννοτήρης 208
πιννοφύλαξ 208
πίων κύων 336
πλάταξ 55
πλατεῖα καρίς 215
πλατιστακός 55
πλεύμων 266
πλωταί 88
πλῶτες 69
πνεύμων 266
πολυπόδια 189
πολυώνυμος 14
πομπίλος 113
πόρκος 374
πορφύρα 242
πορφύρεον 242
πουλυπόδης 189
πρημάδες 112
πρῆμναι 112
πριμάδαι 112
πρῆσις 171
πρίστης 171
πρίστις 171
πρόβατον 77
πτόρνα 240
πυρόεις, πυρροῦς 312
πυρροῦντος εἶδος 328
πυρσοῦντος λιμναίου εἶδος 343
πώλυπος 189
πώλυψ 189
πῶμα τοῦ κογχυλίου 247

Ρ.

Ῥαμφησταί 11
ῥαφίς 91
ῥίνη 129. 141

Σ.

Σάλαγξ 328
σάλιγγας 350
σάλπη 67
σανδάλιον 101
σαπερδίνης 55
σαργῖνος 44. 68
σαργός oxytonū, uel paroxytonum σάργος 44. 69
σαρδινὰ τεμάχη 112
σαρδηνή 112
σαρδῖνοι 4
σαυρίς 87. 91
σαῦρος 14. 87. 91. 105
σέπτυρος 51
σελάχη 87. 117
σέμελος 350
σεστρῖνος 61
σέσιλος 350
σηπία 186
σηπίδιον 186
σήπιον 186
σιαλίς 8
σίλουρος 331
σιμός 306
σινόδων 47
σκαρίς 12
σκάρος 12
σκάρος αἰόλος 13
σκιαδεύς 54
σκιαθίς 54
σκίαινα 54
σκιαινίς 54
σκινίς 54
σκιφίας 113
σκιφύδρια 228
σκολιός 107
σκολόπαξ f. 11
σκολόπενδρα 172
σκολόπενδραι θαλάττιαι 270
σκόμβρος 107
σκόπελος 116
σκορδύλα 110
σκορπίς 84
σκορπίος 84
σκύλιον 144. 145
σκύλλαρος 210
σκυλλόψαρος 144
σκύμνος 144. 145
σκώληκες ποτάμιοι 325
σμαρίς 65
σμύραινα 87
σμῦρος 88
σπάρος 42
στριγλημπαρπόνυ 39
στρομβώδη 242
στρουθός 98
στρωματεύς 59. 62
σφηνεύς 69
σφύραινα 73. 74
συναγρίς 47
συνοδοντίς 48
συνόδους 47
συνόδων 47
σωσίβιος 6

Ταινία

Index.

Τ.

Ταινία 103
τελλῖναι 228
τευθίς 187.189
τεῦθος 187
τευθίδιον 187
τήθη 224.263.264
τήθυα 263
τράγος 8
τράγοι 65
τράχουρος 87.105
τραχοῦρος 106
τρίγλη 39
τριγόλας 31
τριχίας 4.112
τριχιάς 112
τριχίς 4.112
τρυγὼν 120
τρώκτης 112
τόρπαινα 123
τυφλὴ 285
τυφλῖνος 285

Υ.

ὕδρος 361
ὕκκης masc gen. potius quàm ὕκκη fœm. 46
ὕρχη 169
ὗς 57

Φ.

φάγρος 46.203
φαγρώριος 46
φάγωρος 46
φάλαινα 166
φαττάγης 358
φθεὶρ θαλάττιος 268
φιλομῆδα 109
φιλομῆλα 109
φόξινος 283
φύκινον 246
φύκιον 29
φυκίς 29.30
φῦκος 30
φύλων 300
φύσαλος 170.268
φυσητὴρ 170
φώκαινα 163
φώκη 164
φῶκος 163
φωλάδες 228
φωλαίδες 228
φωλίς 11

Χ.

Χαλκεύς 63
χάλλων 71
χάμψαι 356
χάννη 27
χάννος 27
χαύνη 27
χελὼν 71
χελιδὼν 36
χελλάρης 76
χελλὼν 71
χελὼν 71
χελώνη 182. θαλαττία 184
χήμη λεία 229. πελωρὶς 230 τραχεῖα 231
χοιρῖναι 254
χοῖρος 57. 287
χλωροκυρτίδες 219
χλωρὸς κωβιός 6.7
χλωροκαρίδες 219
χρόμις 50
χρύσοφρυς 41

Ψ.

Ψαμμοδύτης 38
ψῆττα 94. 98
ψισίον 98
ψόρος 16
ψύγρος 16
ψύλλος θαλάττιος 268
ψύλων 300

Ω.

ὠμύς 184
ᾠὸν πολύποδος 192
ὠτάρια 254
ὠτία 224.254

ITALICA.

A.

Accone 346
acicula 91
acucella 91
acufigola 91
adano 335
adello 335
adena 335
adeno 335
agula 288
agufco 142.143
alagoufta 212
albo 345
albores 49
aliczi 2
anchoy, uel Anchoies, uel Anchioes 2
ancludæ 2
angoella 3
anguello 3
angufigola 91
aquila 122
aquilo 122
aquone 346
arachia 3
araneo 73
arbolica 296
arboro 46
arcetta 215
arguzella 91
armato pefce 33
arfella 238
arfilli 134
arzilla 134
arzinarello 92.134
afello 76
afilato 142
afino 76
aftafe 210
aftefe 210
aftura 239
attina 335
aurata Padi 300
azio 142

B.

Baicolo 73
balbero 307
balena 167
baleftra pefce 58.151
barbari 307
barbio 307
barbo 307
barbono 39
barqueta 28
baftardo 70
baftonaga 120
battipota 124
bauecqua 11
bauofa 232
bec in cauo 38
beueraza concha 230.238
biancheti 1
bifca 183
biuaro 352
biuerono 230.238
bo marin 355
boca in capo 38
bocca in ca. 38
boga 67
bogancitola 257
bogue 67
bolaffus 28
boloma 371
booba 67
borbolus 284
borrebotza 9
bofegua 70
boftritz 309
bot 291
bota 159.309
botaccio 159
botatrifsia 331
boterrifsia 309
botola 309
bottatrifo 309
botto 291
botus 309
boue marino 165
bouteiolo 291
bouualo 350
brancha uel branchna 210
bronco uel brongo 89
brucho uel bruccho 120
bruncho 89
bubalo 350
bulbaro 294
bulbers 294
buo 165
burbaro 294
burchi 123

C.

Calamarro 186. 188
calcinella 229.238
camarugia 217
cambaro di mare 210
cammarella 219.220
cammaro 348
cancharo de Barbarie 203
cancreola 205
caneglia 144
caneftrello 70
canofa 144
cantara 44
capa tonda 235
capa-roza 230
capa-rozola 230
capello di mare 198
cape-roze 238
cape fante 232
capidolio 170
capidolium 166
capidon 304
capidono 291
capiftello 70
capitello 70
capitón 291
capodoglio 170
capo 34.40
capo groffo 57.291
capone pefce 31.32.35
caparozola 238
cappa 241
cappæ rozæ 238
cappa da deo uel da detto 241.
cappa da ferro 241
capparola 229
capparocula 229
carabo 203
carbo 55
carlino 42
carlinoto 42
carpano 294
carpena 294
carpione 343
caftagno 50
caftagnola 50
caftrangiolo 208
caualin marino uel ritorto 267
caueano 304
cauedano 304
cauedo 304
caueden 304
cauezale 304
cazo marino 265
cephalo 69. 70
cepia 186
cepolla mar. 83
cercalina 361
cerna 11. 50. 302
cerres 65. 66
cetola 64
ceuola 70
chalcena 229. 230
chalena 230
chana 28
chaual 267
cheuena 306
chiepa 323
chiocciola 350
chiozzo 291
chran 52
chro 52
chrom 52
ciambetta 151
cieualo 69
citula 64
cneuri 2
coaliotto 92
cocho uel cocchou 31
cocco 31
coccho 31
cofano 32
colabucco 335
colombo pefce 149. 155
colpefce 104. 335. 336
conchole 226
copefce 335
cops 336
copfo 336
coracino 43
corbetto 53. 55
corf uel corfo 55
coruafilo 57
corueto 55. 246
coruo 52. 55
coruo di fortiera 55

Index.

coruulo 57
criues 312
crocodilo 356
el cuccho 31
cuco 96
cueunari 2
cueuneuri 2
cufuruma 183

D.

Daphano 44
delphino 163
dentale 48
dente 45.48
dephano 44
diauolo marino 92, 118
domiſella 26
donſella 26
donzella 26
doracæna 86
dottolo 241
dracone marino 267
dragonetto 267
drongo 89

E.

Esbreuon 283

F.

Faber 64
Faloppa 267
fegaro 53
ferraſa 120
ferraſſa 120
ferraza uel ferrazza 120
fetola 61
fiatola 59.61
fico peſce 30. 80, 81.
fietola 61
figo 29. 30. 52. 61, 81
folca 208
folia 208
folio 98
folpe 11
folpo 189
fondola 294
fongo marino 194
foragua 293
forcha 33
forchato 33
peſce de forteſſa 9
foteriſia 124
fotterigia 124
fragolino 46
freguen 283
freguereul 283
fumicotremula 126

G.

Gaballo 267
galana 183
galea 81.83
galea peſce 83
gallana 183
gallina 35
gambarella 219
gambarello 215
gambaro 210, 221.348.
di mare 217
gambarozola 220
gambarnſolo 219
gammarella 348
gammaro 210.220.348
gammaruli 219
gammaruſij 217
gatta 145
gauettus 304
gerruli 66
giauetta 305
giltoro 130

girella uel girello 26
giro 66
girolo 66
go 6.8, 291
gobi 8
goi 8
gongole 233
gotoroſa 10
gouſangle 293
gozonello 226. 227
grancella 201
granceola 205
granceolo 201
grancetto 206
granchio 348
granci porri uel porroni pa. 203
grancio 348
grancitella 205
granco 200
granzo 201, 348
griczo 32
grillo 83
griſella 293
grongo 89
guarracino 57
guatta 145
guatto muſcarolo 145
guigion 8
guo 8
gutturoſula 10

I.

Imbrice 241
imperator 114
incino 257
intraſsine 84
ionctio 283.291
iouian 291
iozzo 291

K.

Kabacello 305

L.

Laccia 115. 323
lacerto 108
lacertus 108
lachia 323
ladano 335
lagiono 30. 291
lalboro 46
lambena 30
lamia 118, 132, 151
lamiola 144. 153
lampeca 61
lampreda 326
lampugo 109
lana pinnula 239
lanchrina 212
laſca 288
laſcha 288
latharina 3
lauarolus 3
leccia uel lechia uel leczia pa. 115.
lenguata 101
lepo 30.81
lepre 30. 81
letregano 70
limaca 350
limaga 350
limagot 350
lincino de mare 257
linguata 101
locha 293
locuſta 212
lodra 354
lodria 354

lontra 354
lopida 109.115
lopola 293
louuazzo 73
lucerna 31.34. 36. 40. de petre 38
luiſolo 23
lumaca 350
lumacho 350
lumacha 350
lumbardo 210
lumbrina 54
lupaſſo 73
luzzo 316

M.

Macarello 108
macinette 348
magnata 351
mola 159
maieron 291
malearmato 33
maraſandola 361
maraſſo de aqua 362
marilia 45
marlucz 374
marmur 49
marſio 1. 291
marſón 291
martello 74.151
martino peſcatore 118
marzapan 16
maſſacara 215
maſcorolo 191.193
maxo 71
mazaneta 201, 206
mazone 71
mazzacara 215. 217
menola 65
merlo 14.30
merlucio 21
merluzo 76
merula 14
meſanca 81
meſſacara 215
meſſore 9.11.291
meſſoro 38
mieſine 70
miluo 72
minchia di re 26
miſor 291
miſſore 38
miſſori 8,11
mollecca 248
molle peſce 77
mollo 76,365
morella 283.293
morello 283,285
mormillo 49
mormiro 49
mormo 49
mormoro 49
morona 88.335
moro peſce 81
moſcardino 191.193
motſargo 126
mourone 88
mucoſa 132
muguetino 191
murena 88
murmuro 49
muſiner 306
muſſolo 227
muſtella 81
muzaro 191

N.

naridola 350

naſello 76
naſtura 239
nembrella 54
nibio 72
nonnadi 1
nonnata 1

O.

Ochia 45
ochiada 45
ochiado 45
ochiata 45.124
ochiatella 45.124
ochiatello 124
ocradiga 289
oculatella 124
ognella 243
oia 45
okada 45
oladiga 289
ombrina 54
orada 289
oradiga 289
orata 45
orbiſola 286
orbolo 286
orchetta 215
oreol 108
orga 32
organo 31. 32
oſtrea 225
oſtreghe 225

P.

Paganello 6,7. 291
pagello 47
pagro 46. 47
palombo peſce 120. 143. 144.149
palamida 109.110
pantalena 223
papagallo 15.17.22
pardello 283
pardilla 283
parnochia 217
paſſaro 99
patella 223
pecten 97
pectenorzo 97,104. 105
pedozo marino 268
perceco 302
perchia 28
percia 30
perla 234
perna 234. 239.240
pernocia 217
peroſa 135. raſa 130
perſega 302
perſico 302
peſcatore peſce 118
peſce Capone 31
peſce Columbo 149
peſce Palombo 149
peſce de petre 9
peſce ſan pietro 64
peſci noui 1
petalide 223
petroſa 135
pettine piſce 63
peueraza cappa 230
peuerazo 238
peuerono 230
pholado 228
phragolino 47. 49
phrangolino 46
phycis 28
phyco 29.77
picquo 345

pic

Index.

pic 345
picho 345
pigo 345
pinna lana 239
pione 343
piota 300
piscatore pesce uel piscatrix 118
pittara 30
piuerono 238
plane 99
polauda 109
polpo 189
porcellete 332
porcellana 242.243.254.255
porco 58
porco marino 145
poressa 103
porga 17
porpo 189
porroni 203
pota marina 198.199.265
prete 38
preue 38
prusa 269

Q.

Quennaro 2.3

R.

Raggia 128
ragno pesce 73.84
ragno pagano pesce 84
rata 134
raina 294. de mer 23
rana 359
rana piscatrix 118
rasa 130
rason 63
rate penade 122
pesce Ratto 121.122
reina 294
rhombus 94
riccio marino 257
riczo 32
rizzo de mare 257
rombo 96
rometa 135
romia 233
roncera 243
rondela 36
rondine 36.72
rondola 36.72
rospo 118.122
rosseti 1
rotoneto 66.67
rotulo 64
rubellio 47
ruffata 296
rybon 46

S.

Saccheto 28.43
sacheto 21.28.52
salamandra 361
salamandrino 312
salena 346
salmarino 312
salpa 68
salpono 68
sanguerola 351
sanguinerol 283
sanguisuca 351
sarba 68
sarda 2.4
sardanella 346
sardella 2.4.346
sardena 346
sardina 4
sardono 2
sargo 44.45
sargono 44
sargo imperiale 44
sarofano 46
saueij 306
scarda 296
scardola 296
scarmo 76
scazion 291
scazon uel scazone 143.291.370
scazot 291
scepa 186
schiaua Menola 65
schille 214.219
scieuolo 69
sclaua Menola 65
scombro 108
scorfano 86
scorpena 86
scorzone 145
sebolo 69
seccia 186
sepio 186
seppa 186
serpe marina 91
serpente marino 92
pesce Serra 171
serran 28
sfoglia 101
sfoia 101
sfolia 98.101
sfolio 98
sfunge 264
sgompha diggio 109
sgramfo 123
situla 64
smaride 66
soagia 96
somniolo 208
sopi 186
sopracielo 28
sorce 82
sorgo morgange 354
sot 130
sou 106
spada 114
sparlo 42
sparo 42
sparnochia 217
sparo 42
sparro 42
specchio 205
spernotza 217
spetto 74
sphonga 264
sphunge 264
spicola 73
spigaro 66
spigola 73
spoletta 241
spongiola 264
squadra 141
squadro 304
squadro di mare 141
squaglio 304
squaiam 141
squaio 304
squaiola 293
squallo 304
squalo 69.304
squaqua 141
squatina 141
lo pesce squatro 141
squilla 214.219
stella 115.259
sterniculo 283
stornazzo 283
stracciasacco 293
stramazo 131.132
stratzarigla 284
streia 290
stretta 305
stria 290
strigio 290
strilato 290
strinco 309
strintz uel strinzo 309
sturion 332
suaro 87.105.106
suazo 96
sueta 290
surelle 106
un Suro 106
suuaro 106

T.

Tanada 44
tanna 44
tarantella 111
tarantola pesce 87.105
tarantula 361
tartuca 183
tartugella 183
tellina 229
tellina regia 229
temalo 313
temelo 313
temero 313
temolo 313
tenca 301
tenca mar 14.81
tephanus 44
testudine 183
testugine 183
testuma 183
tinca mar. 14
ton 109.110
tonnine 110
tonno 110
tordo 20
torpedine 124
tortora 120
totano 188
totena 188.189
trachina 84
tragina 84
tragono 69
tratzeina 84
treglia 39
tremolo 124
tremoriza 124
tremula 124
triga 39
trigla 39
triglia 39
trinca 309
trotta 312
troy 289
truellia 61
trull 289
trutta 312
turdo 15

V.

Vacca 132
uairolo 73
uairon 283.285
ualena 167
uallopa 217.221.267
uarolo 73.317
uaron 283
uechio marino 165
umbrina 15.53.54
umbrino 54
umbrinottus 54
ursella 293
urseta 202.215.217
urtica 195
usel 293
usella 293

Z.

Zaphile 44
zaphirus 64
zedola 293
zerli 66
zigurella 26
zino 257
zinzin 257
zisila 36
zolere 6
zozero 8

HISPANICA ET *Lusitanica.*

A.

Aguia pescado 91
agulia 91
aguilla 91
alache 108
almeia 223
aranha 203
armilla 238
atun 110

B.

Bárbo 307
báruo 307
baruo de la mar 39
bezogo 47
bize 112
bodian 22
bonito 111.112
bout 159
bregigam 223
budiam 22
buzios 255
byza 112

C.

Cábra pesce 34
cagador 9
cagarolo de mar. 252
calamár 188
calandra 183
camaran de Lysboa 219
camaran de Villa franca 220
camarón 210
cangreia 205
cangrío 201
cangreiola 205
cantheno 44
caracól 350
caracól de la mar 250
caragólo 250
carpa 294
cassaun 145
cauallo 108
caulinho marino 267
celema 52
centola 205
chabro 205
chocco 188
concha 350
consalmes de mar 227
cromgo 89

D.

Dorade 41

Index.

E.

Emissole 143
emxarroco 118
engie 286
enxaroquo 309
erizo di mar 257

G.

pes Gada 76
gal- 64
gamaruli 219

H.

Huga 131.138.141
hugia pag. 124. 132. 141

L.

Lagarto 356
lamio 141.151
lamprea 326
lampugo 75
lenguado 101
lebre de la mar 193
limada 151
peis Limo 151
linguado 101
lobo marino 165
logusta 212
lupo 73
lyra 141

M.

Marlucz 374
marmo 49
marsopa 170
merluza 76
merula 14
mexilla 227
molebout 159
molere 31.81
moreia 88
mourone 88
musole 143.227

O.

Ostia de la mar 225

P.

Pagello 47
pampano 61
peixe uoator uel uolator 36
percha 28
pescada 76
phagro 47
picarel 66
picque 316
pulpo 189

R.

Raia 128
rodouallo 94
rujo 22

S.

Saboga 323
salema 68
salmonetus 39
sargo 45
scaragol 252
serran 28
solho 332
sollo 316.332
spargoil 42
spetto 74
sullo 332

T.

Talpaire 154
thanna 28
tinca 301
tinet 166.169
toilandalo 151
tortuga 183
tremielga 124
turdo 15

V.

Vallena 167
uolador 36

X.

Xarocho 118
xibia 186

GALLICA, SABAVdica & Normannica.

A.

Able 285
ablette 285
aguillade 143
aguillat 143
agroucles 352
aiguille 92
aiol 13
albergaines 272
alose 323
angelin 370
angelot 141
angelo 141
anguille 319
apron 292
areigne 84
areng 5
arondelle de mer 36.72
athelan 2
athon 110.111
auguyata 45
auriol 13.21.108
peis d'auriou 108

B.

Balene 167
bandroy 120
bar 73
baratella 151
barbarin 39.307
barbeau 39.307
barbet 307
barbier 24
barbote 309.310
barbue 96
bastango 120
bauose 11
beccard 328
beccasse 92
bec d'oye 163
bechet 316
bechus 264
becquet 316
beluga 34.35
belugo 35
berdin 223
berlin 223
bernadet 146
bernard l'ermite 210
bertoneau 94
biche 115
bieure 352
bisre 352
bigorneau 250
bigornet 250
bille 20
bios 243.246
bios cornetos 246
bious cambus 210
bissole 340
bize 112
bizole 340
blanchets 340.342
bodroy 120
bogue 67. rauel 67. reneau 67
bondalle 340. 341
boniton 25.110.112
bouquet 219
bordeliere 300
borrugat 54
bottiere 328
bousron 186
bougnette 120
boulerot 7. 8
boullause 309
bouquet 219
bouuiere 283
brame pag. 296. de mer 41
brasme 296
bremme de mer 44. 47
bresme 296
brochet pag. 316. de mer 74
brocheton 316
byza 112

C.

Cabot 70
cabote 34. 35
cabrolle 115
caburlaut 291
cagarel 65
cagarolo 350. de mar. 252. cagnola 151. cagnot 144. blau 150
caine 54
calamar 188
calamaro 189
calderon 170
calliastro 304
calliques 3
calug 70
canadella 43
cancre 201
cantena 44
cantheno 13.44
canudo 27
canus 27
capeau carnu 198
capelau 24
caramboti 219
caramot 219
caramote 217
carbasse 203
cardaire 137
carlet 99
carpe 294
casseron 186.189
castagne de mar 257
catto rochiero 141.143.146
catto algario 143
caullone 40
celerin 3.346
cero 19
chabot 291
chabre 200.203
chaluc 71
chanadelle 28
channa 28
charree 351
chasso 291
chassot 291
chat 145
chatillon 286
cheual 267
cheualot 267
cheuena 306
cheuesne 304
cheurettes 219
chien de mer 142.143
chouan 304
cicada mar. 217
cicharou 106
cigale de mar 221
ciuada 210.215.220
clauelade 135
clonissa 238
cogniol 107
coguiol 107
coliart 129
congre 89
coquillado 10
coquille 235. large 232. de pourcelene 251. uettade 237. de saint Iacques 232. 233
coquin 106
corbau 56
cormontein 371
cornet 188.189
corniche 189
corp 54.56
coulac 323
cousteaux 241
couteaux 241
crado 3
crape 200.203
crappaude 120
crapau d'eau 361
crappe 120
creac 332. de buch 141
creuettes 219
crocodile 356
cul d'Asne 195.196
cul de Cheual 197
cullier 232
curez 243

D.

Daine 54
daing 54
damo 115
dard 290
dardo 300
dauphin 163
daurade 41
dauree 41
delphin 163
dente 13.48
derbio 115
domisella 26
donsella 26
donzelle 83
dorade 41.64
doradilla 41
doree 64
dormiliouse 124
doulcins 257
doussin 257. rascas 257

draconeto

Index.

draconeto 268
dromilla 294
durdo 15. 21. 56

E.

Egau 106
egullat 143
eleno 130
emissole 145. 149
emperador 114
epelan 284
eperlano 373
epinarde 284
epinoche 284
erango 122
escarcot 350
pes Escomè 74
Escrouelles 352
escreuisse 348. de mer 212
espadus grand 114
peis Espase 114
espaulars 169
estoille 294
estourgeon 332

F.

Fagule 203
falco 122
falco mar 72
farra 341
fenicte 323
ferra 340. 341
ferrassa 120
ferrau 143
ferraza 122. 143
ficte 323
fiela 89
fielaz 80
filat 89
flambo 104
flamme 230
flammette 230
flassade 132. 129
fletelet 100
flettan 103
flez 95. 100
flion 229
frax 151
friteau 305
friton 305
fumado 129
fumat 129

G.

Gabot 11. 34
gagnola 92
gaian 20. 21
gal 64
gallanga 120
galline 31
gautte 323
gardon 289
garlet 99
gascon 106
gatto pesce 145
gatusio 145
gauot 11
gerres 66
giarets 66
gibbar 166. 169
giroflade 271
glaugio 189
glorinus 120
gouion 285. de mer 6
gournautus 32
goate 7
gobio 7
boison 285
gornart 32. 195
grampella 205
grauan 8
grand espadas 114
grauenze 341
grenouille 359
gritta 205. 206
groen de ue 340
gronau 31. 32
gronaut 193 195
grosse Coquille de nacre de perle 251
grougnaut 32
grundin 32
Guat aughier 145
guernettes uel guernettes 219

H.

Hadou 77
hal 131. 132
halachia 108. 323
hannos 233
hannons 233
harengade 3
haseaux 296
Hautin 74
herisson de mer 257
heron de mer 114
homar 212
horreau 108
hosties 225
des huistres 225
humanthin 146

I.

Iau 64
iblada 45
imbriago 39. 40. 193
louziou peis 151
iraigne de mer 205
ittre alle calle 225
iuoil 2
iuscle 65

L.

Lacert 84
lampedo 223
lamprezze 326
lamprillon 286
lamproye 326
lamproyon 286
lampugo 115
lanceron 316
landola 72
langouste 212
langrout 212
lamio 151
lanzeron 316
lanzon 316
lasche 3
lebre de mar 9
lendole 36
lentillade 130
lentillat 144
lepada 223
leure 354
ligombaud 212
ligumbault 212
limanda 99. 100
limasson 350
loche 1. 292. 294 franche 292. 294. de mer 1
lochette 294
longoustin 217
lota 81. 307. 309
lotta 309
loup 73
loupasson 73
loutre 354
lubin uel lubine 73
lucerne 35
lucz 316
lune 159

M.

Maigre 54
malarmat 33
maquereau 108. bastard 106
marguaignon 319
marmo 48
marmot 309
marsion 1
marsouin 163. 164. 166. 169
marsupa 164
martegue 28
maxon 71
medola 65
meiane 41
melet 3
meleta Massiliae 2
melete 2
peis de menage 8
mendole 65
menestrier 20
menuise 1
merlan 77
merle 14
merlu 14
merlus 76
mersouin 163
miesne 71
migrane 201. 257
milandre 144
minchia di Re 17
mirallet 132. 134
moil 39
mole 31. 81. 158. 159
molebout 159
morho Armoricis 163
morhua 79
morhouch Armoricis 163
morme 49
mormo 49
mormuro 49
morrude 31
mort pierre 293
motanche 294
motella 309
moule 349 226
mousches de mar 226
moustelle 309
moustoile 309
moutelle 294
mouttoile 294 309
muge 70. 71
muguetin 191
mular peis 170
mulasso Massiliae 170
mulet 70
mullet 70. 372
munier 304
murena, (forte Moureine) 18
muschebout 78
musc 191
musiner 306
musnier 291 304
mustela 81

N.

Nacre 239
nacre de perles 233. 234. 239
nadelle 2
nigr'oil 45
nissola 149

O.

Oblado 45
oeil de boue 223
oeillet 271
oestre 225
olhada 45
oreol 108
ostres 225. peires 225
oudre 163. 169
ouelle 284
ouitres 225
oyata 45
oye de mer 163

P.

Pagre 47
pal 144
pala 341
palaes 340
palamide 109
palamodo 109
palourde 230
paloumbe 149
pampalo 113
pansar 96
passar 96
pastenago 120
patella 223
peange 141
pegouse 102
peires Oftres 225
pelamide 115
pelorde 232
pelourdes 238
perce 292. 293
percepierre 10
perche 302. de mar 28
perle 234
perlon 31. 35
perpeire 103
perroquet 17. 23
pescheteau 120
peteuse 283
petoncle 233
phialassus 89
pholado 232
pibale uel piballe 287. 326
picarel 66
plane 99
platte 300
platton 300
plateron 300
platuse 99
plye 99
pole 102
pommes d'amours 272
porcelaine petite 248
poulle de mer 16
porc 146

porcelane 254. 255
posterol 195. 197
pota marina 194. 199
potes 196. 198
poulpe 189
poulsepieds 197
poupe 189
pourpre 189
pourpe 189
poulse piez 197. 255
pregue dious 220
pucelle 4. 323

Q.

Quaras 225
quarrelet 99

R.

Raie 120. bouclée 135. Vide Raye.
ramart 148
rascassa bianca Massiliæ 38. 86
rascasse 86
rascasses 257. 258
rason 63
raspecon 38
rasquessa 86
rat 38
ratepenade 38
raye 128. estelée 134. 135. Vide Raie
peis rei 54
renard 146
responsadouz 38
roce 300
rochau 13. 14. 27
rode 64
rogetus barbatus 39
rohart 368
rombo 94. 96. romb 94
ronce 136
rondelle 31
rondole 36
ronse 136
ronson 344
roquau 31
rose 197. 300
rose uel rosse 284
rosiere 283
rosse 16. 300
rouget 31. 32. 39
rousseau 203
rousete 145. 146
routte 344

S.

Salcoque 219
salicoque 219
salpe 68
saluth Sabaudis 332
same 70. 71.
sansue 351
de la santé 219
sartut 27
sarde 4. 112
sardelle 4
sardine 4
sargo 13. 45
saucle 3
saulmon 318
saulterelle 214. 219
sauquene 41
saurel 105
scandebec 225
scaragol 252. 350
scorpena 86
scorpeno 86
secche uel seche 186
secche poupe 189
sedenette 170
seiche 186
sencle 3
sepio 186
serchot 309
serran 28
serratan 28
seruantin 102
siege 289. 305
sieurel 105
sole 101
sophio 290
sopi 68. 186
sorrat 153
pesce Spada 114
sparallon 42
sparle 42
spase 104
peis Spaso 148
spata 114
spet 74
squaranchon 205
squille 214. 217
squinaude 205
squinado 203. 205
stella Massiliæ 259
strilha circa Niceam 39
subredaurade 41
suiffe 290
surmulet 39
suuereau 105

T.

Tac 361
tacon 328
tapecon 38
tare franke 122
tare ronde 120
tassot 361
telline 228. 229
tenche 301
testard 304
testart 291
teste daze 291
thanna 28
thun (ton) le petit 110.
thunnine 110
tinet 166
ton 109. 110. 111
tonnine 111
torpille 124
tortue 183
tortugue 183
tortugue d' aigue 359
tothena 188. 189
tourd 14
tourteau 203
tremble 124
triga 39
trompette 92
tronchou 62
trouette 289
troutte 312
troutte Salmonate 343
truete 64
truitte 312
trute 312
tumba 32
tumbe 84
turbot 94
turdo 15
turpillia 124

V.

Vadigo 109. 115
uandoise 290
uangeron 284. 300
uar 73
uastango 120
ueau de mer 165
ueirat 108
uengeron 290. 300
uergadelle 68. 71
uergado 70
uergo 56
ueron 283
uechono 264
uieille 16
uielle 15. 16. 22
uilain uel uillain 304. 306
uingeron 300
uirlis 250
uiue 84
umble 344
umble cheualier 345
umbre 313. 315
umbrino 52. 54
uolant 36
ursin 257
urtigo 195. 196

GERMANICA. *f* NOmen fictum significat.

A.

Aal 319
adelfisch 340
adlerfisch f. 121
ägel 351
ägle 351
äl 319
älputt 309
älse 323
äsch 314
äscher 314
äschrocch f. 129. 132
agonen 290
agunen 190. 346
Welsch 346
albe 285
albele 285. 340. 342
alble 285
alböck 340
alcute 310
alet 69. 142. 304
allegarden 356
alffe 285
alt 304
almutzen 309
alpuiten 309
alput 309
alputten art 81
alquapp 194. 309
alse 323
alsen art 346
alsenrocch f. 130
alrupp 309
alruppen 81
alte 304
amselfisch f. 14
andwal 176
angelfisch f. 121. groß f. 121. 122
angelin 370
arßnessel 196. 197
asch 314
aslec 370
auge_bot f. 102
augerocch f. 132. 134

B.

Baal 340
babst 291
bachbambele 283. 284
bachforen oder bachförinen 290. 312
bachkressen 283
bär f. 216
bärbele 307
bärenkrab f 202
bärenkrebs f. 202. 216
bärle 326
bärleschnecken 251
baerse 302
baes 371
balhenen 340
bambele 283. 284
bambelen gschlecht 284
banserle 303
barb 307
barbel 307
barben 307
barme 307
barß 28. 302
bartwal f. 166. 180
baut 283
beißker 293. 287
bendel_muschel glatt 237
bergerfisch 78. 371
berlin 326
berling 326
berse 302
bersich 28. 302. 303
bersig 302
bersing 302
biber 353
billegen 265
binde f. 304
bintzbaut 283
bisemer f. 191
bisemkuttel f. 191
bisemling f. 191
bitzling f. 66
blaaßschneck f. 246
blackfisch 186. klein vnnd lang 189
blackfisch art 188
blahen 297
blauwhund f. 150
blawfelcken 340
blawling 290. 340
bleech 300
blehen 297
blick 296. 300. 323
blickling 300
blieck 285. 289
bliegge 285
blitzling 340
bloßfisch 371
blotewal 176
blutthund f. 153
bocksaug f. 223. 224
böckle f. 219
bockling 5
bolch 371
bolck 24
bolich 335
bollich 24
bot 99
bott 283
braat_hering 5
brachsime 295. 296
brandbrachsme f. 45
rund 46.
brandbrachsmen art f. 45

bra-

Index.

brasem 296
bratfisch 108.304. 540.372.
bratkarpfe 295. 304
braunfisch 166
brechling 283
brechsam 296
breitele 300
breitfüß f. 206
breme 296
brenner f. 226
brennling f. 226
bresem 296
brettfisch f. 100
buck 326
brosen 296
brossen 297
brunfisch 163.164
brüsiling f. 264
brysem 296
bücking 5
bütch 99
bützle 283
büb 295
büchfisch 340
buckelstraub f. pag. 248
buckling 5
busolt 156
butt 99.283
butz 341

C.

Cab 7
cabbeliau 371
cabbelow 24
canitzen 329
canitzle 282
capellengau 24
carpel 295
caper 295
carutz 298
cent 371
chlam-muscheln groß f. 230
churling 314
clammen vnd clammen art 231
clieuwe 371
cob 285
cop 291
corallmuschel f. 233
cormontein 371
creeft 200
crocodyl 356
currfisch f. 34
cuttelfisch f. 188

D.

Dannelsgryn 371
deuel 304
dick 332. 335
dickruck 305
diebel 297. 304
dobias 91
dollöpfel f. 272
dorsch 76. 371
dorst 371
dortedauben 121
durst 371

E.

Ecke_straub f. 248
edelfisch 340
edelkrebs 347
edelspitzling 340
egyptisch wasserrose f. 355
egiptischer lumpfisch pag. 156
egle 303
einhorn f. 181
einschale f. 223. 224
einsidler f. 210
elbnasen 323
elderitz 283
eldritz 283
elft 299.371
elenbot 100.371
elritz 283
elschouwe 371
else 323
elte 304
engelfisch f. 141
erdtputten 287
erdtrüschen 287
erfle 299.371
erling 283
eselshüb f. 226
eßken 371
eychelschneckle f. 248

F.

Far-kuttel f. 193
federkopf f. 75
feißling f. 6
felchen oder felken pag. 340
feüwrkrott 360
fischekeeke 176
finger f. 241
fingerschale f. 241
flachfisch 76.94
flachschneck f. 252
fläckfisch f. 173
fläckhund f. 144.146
fläckhunds art f. 146
flämling f. 104
fläschling 156
flammen groß f. 203
flam-muscheln f. 203
fliegender meerfisch f. pag. 72
förine 312
fore 312.374
forhen 312
forel/oder forell pag. 312
fornfisch 289
fraß f. 152
fraßhund f. 152.153
fräßling f. 73
frösch 359
frosch 359
fuchßhund f. 148
furn 289.304
fürnling 289

G.

Gable f. 34
gabler f. 34
gad 76
gälber meerschum 194
gaernaert 31
gangfisch 340
ganghaßle 305
ganßschweyn f. 163
gantz-fisch 99
gardiförne f. 343
gariß 298
garnart 214
garnole 124
gebbet 91
gerfisch 91.371
geer-vis 371
geißbrachsme f. 45
gernard 214.219
gernier 214.218.220
gerwal 176
geuster 300
gifftkuttel art f. 193. 194
giblichen 298
gifft-roche f. 121.122
gim-muscheln f. 230
gim-muscheln geschlecht f. 231
glattmuscheln art 236. 237
glettmuscheln f. 254
glyssen 305
glyßling 352
gnitt 289
gob 285
göbe 285
goldbrachsme f. 42
goldbreme f. 42
goldfisch 282. 288. 323. 371
goldfischen art f. 4
goldforen 312
goldstreymer f. 68
gornart 31
gornard 214
gornard art f. 34
grabmacher 301
gräsig 285. 290
granatöpfel f. 201
gravmacker 301
graw-bersich 303
grebling f. 232
greß 285
greßling 285.200.314
grobarsch 303
gropp 7.291
grossen 106. 371
großkopff f. 57
grünling f. 20
grundele 285.293.294
grundförinen 312
grundlin 285
gschertzenfider 183
guellfisch 309
gufe 285
gufin 285
guukin 285
güllenkröttle 360
gypsen 351
gytzen 351

H.

Haafisck 371
haarwal f. 181
haarwurm im meer f. 268
hägele 342
hägener 283
hägling 342
häring 5
häring art 346
häßling 305
haeyfisch 371
haffguffe 273.371
hagen 324.372
halbfisch 94. 99.282. 340
halbkaraß 298
halbtunijn 111
hammemuschel f. 239. 240
hanerkeit 176
harder 372
harderen 69. 72
harinck 5
harlüchle 283
har_muschelen f. 226. 227
hasele 305
haßle 305
hauß 335
hausen art 336
hautin 65. 74. 306. 318
hautinck 92. 372
heberdum 78
hecchel_krabb f. 205.
hecchel_roch f. 137
hecht 316
grosse hecht 316
heffte f. 241
heidox_fisch vß dem roten meer. f 106
heiligbutt 94. 100. 373
herder 69. 372
herill 176. 179
hering art. f 3. 4
hertzkrabble. f 208
hesling 282. 305
heydoxen art 358
hill 176
hille 372
himmelgugger. f 38
hirseitt 372
hoger_gernier. f 219
högerling. f 219
hoger_lump. f 158
hoger_wal. f 166
hornfisch 91. klein. f 92
hornfischs art. f 92
hornschneck. f 246
houtinck 65. 66
hüch 313
huch 313. hüch 313
rot huechen 313
humer 212
humer art 212. 213
hundes_zunge f. 102
hundfisch 142. 144. 148. 165. blaw f 150. gestirnt oder gefleckt. f 144 gfläcket rotlacht. f 146 glatte art. f 149 groß. f 152
hündle. f 144
hund_zan f. 153
hürling 303. 316
huyghe 141. 372

I.

Jacobs_muschlen 232
jentling 304
jese 304
jesen 304
jesitz 304
jesus 304
igelfläsch f. 156
igelschneck f. 252
jud. f 151
jünckerlin f. 26. 307

K.

Kaatmuschelen f 232.
kab 291
kableau 24
känel. f 241
känelnassel. f 270
känelwürm f. 270
kärder 351
kamp_stern. f 260
kanitzle 329

Index.

karas 295.298
karauß 298
karckwal 176
kariß 298
karp 295
karpe 295
karpf 295
karpkaraß 295. 298
karten_roch f. 138
kartertsche f. 138
kaul_barß 288
kaul_bersich 372
kaul_heupt 291
kaul_krott 361
kaul_parß 303
kaul_persich 288
kaul_rapp 291
kautt 288
kerderle 351
kerderen art 351
keuling 291
kilchen 341
kilchenstüb 341
kinckhorn 221.246
kinckhornen gschlecht 246. 252. spitz f. 241
kirchling 341
kläbnessel 196
klipfisch 116
knab 314
knackfisch 92.372
kobellerch f. 10
körnling 314
kokodrill 356
kolfisch 305
kongerschlang f. 91
kop 7
kopt 291
krab 200.348. f. süßwasser krab f. 348
krabe 200
krabbe f. 348. 200.203
kräb_egle 303
krampffisch f. 124
kramerfisch f. 15
kramerfischen art f. 17.18.19. 20.21.22
kramerfisch rot f. 16
krebs 200.347.348
kreest 200
kreß 294
kressen 285
kreßling 285.314
kretzer 303
kreuits 348
krotte-roch f. 121
külbersing 288
kuling 291
külingk 291
kulheit 291
kulpoge 361
kuntzle 329
kupferlachs 329
kü-roch f. 132
kutt 287.288 310. 311.372
kuttelfische 186
kuttelfischen art 187.189
kuttelfisch gifftig 193

L.

Labordeau 78
lachs 327.328
lachsforen 312
leebberdane 78
läberbrachsme f. 45.52
lägerbarben 307
lagenen 290
lake 351.372
lambreü 326
lampereü 326
lampheryn 326
lampred 326
land-egle 303
langmuscheln f. 231. 349.
laß 328
lauck 290
laugele 290.300.346
laugschale f. 241
lauwen 301
lechpfrill 283
leimfisch f. 104
leitfisch f. 113
lempfrid 326
leuffer f. 206
letze-zunge 102
leüßfisch 323
leüteffer 285
linse-roch f. 130
löw 214
louwen 301
löwkrebs 214
lüder 328
lumpen 309
lumpfisch in Egypten 156
lunck f. 266
lyckelake 351.372
lyder 328

M.

Maccarell 108.377
macquer_alse f. 92.106
macrell oder Macrill 108. 304. 377. bastart f. 106. groß f. 107. klein f. 107. ruch f. 106.
macrellen art f. 106
mägling f. 264
mäschen 351
mager f. 54
magerfisch f. 54
makreel 372
makryll 372
malbrachsmen f. 50
malermuscheln f. 238
mannemer hengst pag. 323
marmelbrachsme f. pag. 50
marmelkrabb f. 207
maul_harderen f. 71
meckel 300
mecraal 89
meeradler f. 121
meer_ägel f. 269
meer_ägle f. 269
meer-aff f. 104
meer-agune f. 4
meer-alet f. 69
meer-aleren art 2. 70. 71. 72.
meer-nasseln f. 271
meer-bär f. 216
meer-bambele f. 2. 6
meer-barbel f. 39
meer-barß f. 28
meer-bersch f. 28
meer-bersich art f 28. 31 68
meer-blawling f. 115
meer-bone 252
meer-brachsme f. 45
meerbrachsmen art f. 42.45 50,51.53.56. kleine art f. 42. brun f. 44. rotlacht f. 49.51. rot f. 46. groß rot f. 47. schwartz lecht f. 46,52.56. wyß f. 49
meer-bräm f. 269
meer-butten f. 96
meer-cors 372
meer-eichlen f. 255. 256
meer-engel f. 141
meer-esel f. 268
meer-fisch f. 31
meer-flam 196
meer-flohe f. 169
meer-fuchs f. 148
meer-gans f. 163
meer-geiß f. 219
meer-gob f. 7 schwartz f. 8. wyß f. 8
meer-gropp f. 7.8
meer-groppen art f. 9.38
meer-grundel f. 1.287
meer-gwechs f. 262. 266. 272.273
meer-han 33
meer-hand f. 273
meer-hecht f. 74
meer-heidox f. 106
meer-heydox f. 87
meer-hüel 79
meer-hund 165
meer-hüt f. 196.198
meer-igel f. 257
meer-kalb f. 165
meer-krabb 202
meer-krabbe f. 348
meer-krabben art 201.206. 207,208
meer-krabb klein 209
meer-krabbe f. 209
meer-krebs f. 212.348
meer-krebßle f. 209.210.214
meer-krott f. 120
meer-kü f. 181
meer-kutt 287. 310
meer-lauß f. 268
meer-lerchen art f. 11
meer-lunck 266
meer-meutel 270
meer-nägele f. 271
meer-nasen 323
meer-ochs f. 181
meer-pfawen art f. 17
meer-pfrille f. 2
meer-putten 287
meer-rauppe f. 268
meer-rözle f. 256
meer_rötele f. 324
meer_roose f. 197
meer_rose f. 182. 268
meer_schaam. 194 265
meer_scham 196.198
meer_schiltkrott 184. 185
meer_schlangen f. 94
meer_schlangen art f. 88. 89.91. rotlacht f. 93
meer_schlye f. 14
meer_schnecken art 250.252
meer-schnepff f. 11
meerschaum 194
meerscorp f. 86
meer-seelen f. 3
meer-seelen art f. 2.3
meer-seckel f. 93
meer-smerlin f. 1
meer-schmid f. 64
meer-schweyn f. 58.159. 163. 166
groß 169
meer-schwumm 194
meer-sonn f. 262
meer-spinn 186.188.200.208
meer-spinnle 208.209
meer-spinnen art pag. 205
meer-stern f. 259.260
meer-stichling 115. groß f. 115
schwartz f. 72
meer-stöffel f. 221
meer-täschen art 201
meer-taube f. 111
meer-teüfel f. 110.175
meer-traub f. 187
meer-trostel f. 15
meer-trübel f. 273
meer-trüsch f. 81.287
meer-trüschen art f. 31. 52. 81,82. 83
meer-wolff 165
meer-wunder einem Löwen gleych 174. einem münchen 174
meer-wurm f. 269
meer-wye f. 34
meer-zungen art 98. das gröst gschlecht f. 103. glatt f. 103
meer-zünglin f. 103
meyfisch 305.323
melker 309
menechen 304
merle 14
merlefisch f. 14
mertzen-hecht 316
meschen 351
meüsesser 304
mewbrachsme f. pag. 13
mewer oder Neuwer f. 13. ein anderer schön geteilt f. 13
mewling f. 13
S. Michels muschel f. 233
migling 340.342
mießmuschelen f. 226. 227
milcher 79
milcker 309. 310
milling 283
minderkrabb f. pag. 201
minwe 304
mittel-tunyn f. pag 110. 111
mittler 314
mönen 304
mönle 360
möscheln 227
moeß 294
molenacr 372
mon f. 159
monfisch f. 159
morse 368
morfischs art 159
mosrle 309
moscheln 232

mosseln

Index.

mosseln 222
mull 291
mullenaer 69.372
mulling 283
mundtleym 335
müdthund 301
mürmuscheln f. 228 232
mürneünengen 286
mütermuscheln f. 254
mütermuscheln geschlecht 254.255
müterstein 255
muraal f. 88
muroica 372
murte 372
musc 294
muschel 349
muschelen 222. 227. 232
muschelen klein vñ schwartz f.227
muschel rot 233
muscheln rund f. 235
muschelen art 223. 227. 228.235
muschelgast f. 209
mutterlosichen 372
mydelfisch 340

N.

Nabelschneck f. 253
nabelschnecken art 253
nachtfisch 340
nachtwal 176
nagel f. 241
nagel-muscheln f. 241. 242
nagel-roch f. 135. 136
nagel-schale f. 241
nagel-schneck f. 243
nagmaul 316
nasen 306. Elbnasen 323
naß-wal f. 181
nater 362
netze-stern f. 260
neünaug 286,326. groß 236
nörfling 299.371
nonwarstrack 176
nopsen 76
nordwal 176

O.

Oberköttichen 285
ockele 282
ockeln 290
oelrappe 309
öpfel der liebe im meer f. 272
een oestre 225
ohrlitzen 284
ol 319
olrupen 106, 282. 309
onbart f. 40
onhopt 290
oor-straub f. 249
orff 299.371
orlen 283
orwangen 372
oster 225
ostern art f. 235
otter 354

P.

Palen 89.372
palynck 89.319
pambele 284
pappegey f. 17. 23
parme 307
pars 302
peilstert 121.372. groß 122
peißker 287
pen 1,372. 374.
perkfisch 152
persick 302.372
perle 234
perlemüter 234.238
perlemuschel 234
perlemuscheln art f. 239 240
perleschneck f. 234
petermanche 84. 372. klein f. 84
S.Peters fisch f. 64
pfäl 283
pfärren 242
pfaff f. 38
pfeffermüschele f. 229. 230
pfell 283
pfellen art 292
pfrill 283
pfrillen art 292
pfülfisch 287
pickelhering 5
pietersisch 84.372
pitzling 344
pladyß 99.372
plaetkens 99. 372
platteice 99
plattfisch 94
plattgin 99
platyßscol 99
plateyse 99
platyßle 99.372
plateyßle art f. 98. 99
plötzen 297
ploßfisch 297
plotze 300
plye 99
pösch 372.288
poisisch f. 189
polkuttel f. 189.190
pomuchell 76
porces 287.288
porpel 372
posck 372
posten 24
postken 84.86.87.372
prasem 296
praxme 296
pressen 296
prick 286,324
pricke 326
prossen 296
puntelparß 302
puntergernier f. 217
punterfisch f. 15
punterfisch rot f. 16
punter-han f. 11
punter-hund f. 144
punter-krabbe f. 207
punter-mewling f. 13
punter-parß 302
purpontin 372
purpurschnecken art 243. 245.246
putte 309. 81
püüt 309
pymper-ele 287.326
pype-oyle 287

Q.

Quapp 81. 194.309
querclen 351
quep 101.373

R.

Raan-kuttel f. 188
rab f. 56
rad f. 64
räpplin f. 57
raff 100. 373
randecker 340
rauchfisch 76
rauchling f. 137
rauenwal 176
raup 309
rapp f. 56.304
rappe 305
ratte-point f. 121
redfisch 34. f. 373. fliegend 32
redfisch art f. pag. 34. 39
redfisch gebartet f. 39. geharnescht f. 32.34
schwartz 32.35
redfischhe 31
reeling 303
regling 100
renchen 340
renckernegle 303
rettel 289
reynfröschlin 360
rheynanck 328
rheynfisch 77
riemling 284
riemlingen gschlecht 284 246
risele 290
rocka 128
roch 128. schwartz 121. überrauch f. 138
rodtbart 31
roddau 300
roddow 300
rodtbart 373
rodtser 76
roedscher 371. 373
rödbling f. 73
röuchling f. 129
rötele 344
rofolck 309
roobaert 373
roote 344
rooten art 345
roze 176
rot-egle 303
rot-hecht 316
rosenmucken 372.374
roßmar 368
wasser-rossz in Egypten 355
roßkopf 361
roschering 5
rostinger 176. 179.368
röttle 313
rot 313
rotahert 31
rotaug 289
rotbart 39. f. 46. glatt/onbart f. 40. rauch f. 40
roteügle 285.289
rotfäder 46.300
rotfisch 46. 373
rotfisch fliegend f. 38
rot-kuttel 193
rot-ranck 300
rotser 373
rotscher 76
rott 344
rotte 300
rottel 300
rottele 300. 344
rottene 300.344
rottine 284
rub 165.373
ruch 128
rüchling f. pag. 137. 292
rufelcken 81
ruffelck 309
rufolck 309
rugget 309
rundkopf rotlacht f. 24
runtzelmuscheln f. pag. 237
runtzelmuscheln art pag. 238
rückle 351
ründling 156
rup 309
ruppen art f. 81
rußor 178.368
rußwal 176
rutte 81.309
ryben 372
ryserle 290
ryßling 290

S.

Sagfisch f. 11. 172
sälhund 165
salm 327.328
salspeck 163
salaut 309
salut 309.318. 319.332
sandat 76
sandgangfisch 340
sandkressen 285
sandling 98.373
sant 76
sardeyn 4.373
sarckens 373
sauff-wal 178
saug-wal f. 368
sauwfisch f. 58.159
sauwhund f. 148

Prosch. Belgæ s. tantùm plerunq; scribunt.

schaafzunge f. 103
schärsack 63
schaid 315.332
schaidle 317
schal 222
schalfisch f. 318
schamlot-krabb f. 206
schamlot-roch f. 129
schedel 317
schellfisch 77.222.373
schellewyncke 176
schel-vis 373
scherren 99.373
scheynfisch f. 34
scheynfischs art f. 35
scheysserling f. 65.66
schied 317
schiffgsell f. 113
schiffkuttel 193
schiffleiter f. 113
schiler f. 6
schill oder schilln 316
schiltkrott 183.359
schiltwal 176
schläffer f. 108.124

ſchläffers art. 125.126
ſchlang_fiſch f. 93
ſchlangenzungen 153
ſchlauch_wal f. 169
ſchlegel f. 151
ſchlegelhund f. 151
ſchlegelkopff f. 151
ſchleihe 301
ſchley 301
ſchleym_harderen f. 71
ſchleym_lerch f. 11
ſchleymling f. 91.71
ſchleyn 301
ſchlig 301
ſchlichtback 176
ſchmeltz 373
ſchmeltzling f. 6
ſchmerle oder Smerle 294
ſchmerlen art 292
ſchmerlin 294
ſchmerling 294
ſchmorle 294
ſchnack 316
ſchnacken 362
ſchnatfiſch 305
ſchneck pag. 350. 222. 242
ſchneckling f. 9
ſchnecknеſſel 196.198
ſchnegg 350
ſchnegel 350
ſchneyderfiſchle 285
ſchneppelfiſch 282
ſchnepelfiſchge 373
ſchnock 316
ſchnotfiſch 305
ſchnottfiſch art f. 157
ſchnottolf 156. 158. 194 198
ſchnottolfen art 156.158
ſchnucht 316
ſchoemacher 301
ſchönling f. 27
ſcholle 101
ſchollen 99
ſchonbfiſch 303
ſchrellele 288
ſchreybzüg klein vnnd groß f.188
ſchröll oder ſchrölln 288
ſchulle 101
ſchůpfiſch 304
ſchwåbförine 312
ſchwal 142.289.304
ſchwalmfiſch f. 38.373. 374
ſchwartzforen 312
ſchwartzer Meergob f. 8
ſchwertfiſch 114
ſchwerthund f. 148
ſchwertſchwantz f. 148
ſchwirefiſch f. 74
ſchwümling f. 264
ſchwynwal f. 176.180
ſcolle 101
ſcorpfiſch f. 86
ſcorpfiſchen art 87
ſcorpion f. 86
ſeckler f. 93
ſee_agunen f. 4
ſee_apfel 257
ſee_apfel art 258
ſee_bacs 373
ſee_brachſmen art 25
ſee_cors 372
ſee_creeft 373
ſee_förinen 312. 343
ſee-gitzle f. 219
ſeelen 290. 340
ſeeld 301
ſee_haenken 373
ſee_han f. 32.34.156.195. 201
ſee_hanen art f. 35
ſee_haß 32.156.157.193. 194.
ſee-haſen art 157
ſee-hecht 316
ſee-hond 165.373
ſee-hund 144
ſeel-hund 373
ſee-kalf 165
ſee-krab 373
ſee-krabbe pag.200.202. 203.205
ſee-lerch f. 10
ſee-lerchen art f. 10
ſeelslecke 165
ſee-muſcheln 236
ſeeneſſel f. åſchfarb 196.197 rott 196
ſee-parſen art f. 28
ſee-pfawe f. 15
ſee-quapp 194. 198
ſee-rapp f. pag.53.54. 196. 56.
ſee-rappen art f. 53
ſee-reiger 371.373
ſee-röſſzle 268
ſee-rohe 141
ſee-ſchaam f. 265
ſee-ſchum 373
ſee-ſtert 265
ſee-taſche 373
ſehe-flam̃ 196
ſel 165
ſel-hund 165
ſelmling 328
ſengle oder Sengele pag. 294
ſetzling 295
ſhork 373
ſibenköpfige ſchlång pag. 363
ſinwel-ſchneck f. 252
ſlecke 350
ſlye 301
ſmelte 6
ſmerle. Sůch Schmerle
ſnacotfiſch 91
ſnoc 315
ſnotolf. 156
ſnouck 316
ſolaus 309
ſparbrachſme f. pag.42. 45
ſpiegel-bot f. 102
ſpiegel_karpen 295
ſpiegel-krabb f. 205
ſpiegel-roch glatt f. 132. rauch f. 134
ſpiegel-ſchläffer f. 124. 125.f
ſpiegel-zunge f. 102
ſpierling art f. 3
ſpierinch oder Spirinch 1. 374
ſpierinchen art f. 3
ſpir-all pag. 282. 287. 326
ſpirinch 1
ſpuing 374
ſpirling 1.374
ſpiſſzfiſch f. 74
ſpitznaß f. 318
ſpitze Rinckhorn pag. 242.f
ſpitz-roch f. 130. 132
ſpitz-trüſch 310
ſpitz-wal f. 181
ſporden 76
ſpore 371.374
ſporten 76
ſprall 295
ſpring-krebßle f. 219
ſpring-wal pag. 166. 169.176
ſpritzen 374
ſprott 374
ſproll 295
ſprützling f. 264
ſprütz-wal f. 170
ſpůle f. 241
ſquame 374
ſtabyſen 351
ſtacchel-roch uel ſtachel-roch f.121.122
ſtachelſchalen f. 243
ſtachel-fiſch 243.384
ſtachel-ſchnecken f. 243
ſtahel-ſchnecken art 243. 244.245
ſtahel-lumpe f. 156
ſtahel-muſcheln f. 235
ſtauden-ſtern f. 261
ſtechbüttel 284
ſteckmuſchel f. 239.240
ein ſtein Schlangen-zungen genañt 153
ſtein-brachſmen 13. 68.296. 345.f
ſteinbutt 94
ſteinbeyß 286.287.293 351
ſteinbeyſſen art 292
ſteinfiſchen art f. pag. 23.27
ſteinfiſch ſchwartzbraun f. 24
ſtein-gob 7
ſtein-hund f. 146
ſtein-karpfen art f. pag.345
ſtein-krebs 347
ſteinling f 1.5.31. gålb 27. ſchwartzbraun 24. rotlacht 21
ſteinlingen art 27
ſtein-muſcheln f. 228
ſtein-neſſel 196
ſtein-rup f. 11
ſtein-oeſtren f. 226
ſtein-ſchmerling f. pag. 287.293
ſtern-hund f. 144
ſterne-roch f. 134. 135
ſtert-rűrer 358
ſtick 373
ſtinck 374
ſtinckfiſch 1.373
ſtichling pag. 115.284. 303
ſtinckeling 1. 337
ſtint 1.373
ſtockfiſch 76.371. 374
ſtockfiſch art 77.78
ſtör oder Stor 332
ſtören art 336
ſtorme 86.87.374
ſtrackfiſch 374
ſtraubenhorn f. 242
ſtraub-ſchnecken f. 242. 247
ſtrauben-ſchneckle 248.249
ſtrål-ſtern f. 260
ſtreckfiſch 374
ſtreif berſing 303
ſtreym-harderen f. 71
ſtreymmuſcheln f. 235.236. langlecht 227
ſtreym-tuniin f. 112
ſtüben 340
ſtyr 332
ſtyrle 332
ſuetolt 156

T.

Tållerkrott 183
tåſchen-maul f. 120
tåſchen-krebs 200
tarbutt 94.374
tarbutten art 97
teych-foren 313
tell-muſcheln f. 228
tell-muſchlen art 229
teppicher f. 59
teppich-fiſch f. 59
terbot 94.374
terbut 94
teüfel-wal 177
tharbutt 374
thollman 291
thornbutt 94
thornbrachſmen f. 296. 345
thornfiſch 284
thornhund f. 143
thornroch f. 137
tick 332.335
tinch 301
tobias 91
törtſch 76.120
tonge 101
topeiaß 91
torpor 84.372.374
torſck 374
trånle 303
treüſch 309. 372
treüſchen art 81.310
triechteregle 303
trieſch 309
trommeter f. 92
trolwal 176.177
troſſeln 374
try-mümpfelig oſtern pag. 235
tück 332 335
tunge 101
tuniin 110.111
tuniin art 112
tuniinle 111
tuuar 366

V.

Vaſſz-wal f. 169
vckelangen 374
venus-muſcheln f. 354
verinch 323
vilfüß f. 189
vint 323.374
vnke 362
vore 6.374
vorhelle 312.

vrff

vriff 299
vr_hund f. 152
vr_flamme f. 231
vr_krabb f. 205
vr_roch f. 132
vrwängle 372
vr_zunge f. 103
vter_wal f. 169
W.
Wächßling 19
wägle f. 351
wägschnecken 350
wäller 332
wällme 332
wagkerderle f. 351
wal 167
walarin 332
wal_äber f. 180
wald_foren 312
wale 332
wal_fürer f. 82
wal_hund f. 152
walkus 33
wal_nassel f. 172
walroch f. 132
wal_schweyn 169
wal_tunijn 111
walle 332
wal_leitter f. 82
waller 167.332
wallfisch 160,166,167
wangwal 176
wassergryllen f. 352
wasserkäferlin f. 352
wasser_kalb 351
wasser_krott 361
wasser-lauß f. 268, 351
wasser-mane f. 174
wasser-molle 361
wasser-muheime f. 352
wasser-münch f. 174
wasser-mauß 354
wasser-nater 362
wasser-ochß f. 355
wasser-ratz 354
wasser-schaben 351
wasser-schlang 362.363
wasser-schneckle 348
wasser-schweyn f. 355
wattfisch 340
wecke 374
weidfisch 307.340
weißle 283
wellfisch 309
weller 319
wertzer f. 54
welß 332.374
welsche Agunen f. 346
wetterfisch 282
wetterwal f. 170
wettling 283
weydenbletter 296
weyß. Süch wyß
weyßfisch 282,290.299. 305
weyß fischlin 285
whyting 76
willocks 374
wils 332
windt-blehen 297
winger 290
wintinger 176
wittewal 176
wittig 76
wittim 374
wolkus 33

würffling 299.371
wurm-stern f. 260
wyß. Süch weyß
wyßfisch 340
wyßgangfisch 340.342
wyßlachter Meergob f. 8
wyßling 76
wytinck 76
wyting 76
wytling 76.374
Y.
Nostri y. scribere solent ubi alij Ey uel Ei. Belgæ ij.
Ynlank 328.343
yser 314
yserle 314
yßfisch 78
Z.
Zanbrachsme f. 94
zänbrachsmen art f. 13
zandet 76
zanfisch f. 47
zeeld 301
zeewolf 373
zerte 304
zieg 323.371
zienfische 290
zige 282.288,322,323. 371
zigen art f. 4
zinckeler f. 249
zinckestrauben f. 249
zinde 311
zindel 292.311
zingel 311
zinne 311
zirdele 294
zirle 294
zitterfisch f. 124
zitterling f. 124
zitterlings art 125.126
zorte 323
zuber-wal f. 169
zundel 311
zündfischen art f. 38
zunge 101. verkeerte f. 102
zungen art 98
zünglin f. 103
zürich 335
zwerg-krebßlin f. 220
zwibelfisch f. 9
zwibelfischle 285
zyff_wal 178
ANGLICA ET Scotica
Solent Angli & Scoti a uel an suis substantiuis præponere, ut Germani ein/nos omisimus.
A.
Alerfanght 311
B.
Banstikle 248
Base 73.373
Beuer 353
Birte 100
Bleis 285
Bleke 285.300
Blud-sucker 351
Bolch 76
Breme of the sea 47
Brette 100
Brut 100
Buckhorn 76
Buthed 291
Bull-trout 311
Burte 100

burt-cock 100
buru-trout 311
C.
Cablean 76
carpe 295
cheuyn 304
clamme 230
cock 232.233
cockle 232.233
cod 24
codlyng 78
colefisch 79
conger 89
congerele 89
congre 89
cookefishe 14
crabbe 348
craynshe 348
creuis 348
creuise 200.348
creuyse of the sea 212
curre 32
cuttel uel cuttle 186, 188.189
D.
Dab 98
Dare 64
Dogfishe 144
Doggefische 142.152
Donecow 144
Donehownd 144
Doree 64
Dorry 64
Dryed sprote 1
E.
Eglefin 77
egrefin 77
ele 319
elepowte 310
eluerz 89
F.
Flonder 95.100
flounder 95
flownder 100
flüke 95
flunder 100
freshwater flounder 95
fryll 205. 232.235
G.
Garrefisshe 91
gilte heade 41
gogion 285
goion 285
goldeneie 41
gougeon 285
gournaut/Gurnarde pag. 32
graylyng 314
gray-trout 311
grundin 32
grundling 1
gudgione 285
gulle 291
gurnarde 31. 32.35. gray 32 rede/ibidem
gyldenpole 41
gyldenpolle 32
H.
Habberdyne 78
hadock 77
hagfysh 241
haka 78
halli-butte 100
hearing 5

hearynge 5
heilig-butt 100
helbutt 100
hering 5
holybutt 100
hore 166
horlepole 170
horse-leche 351
horselig 351
hornebeacke 91
hornekek 91
I.
Ißlandfisch groß 78
K.
Keling 24
kribbe Salmon 329
kypper Salmon 329
L.
Lampraye 326
lamprelle 326. klea-ne 326
lampreye 326
lampron 326
lempet 223
leng 78
ling 78
longoister 212
lopstar uel Lopster pag. 212
lowch leache 351
luces 316
lump 156,157,158.371
lympyne 223
M.
Macarell 106
mackerel 108
macrell 106.108
macrill 106
marling 77
menow 283
menoy 283
melwel 24
mereling 77
morhuel 79
mullet 39.69.372. so-re 39
musöle 227
muskels 232
myllersthombe 32. 291.
N.
Nijne-eede-eale 326
O.
Omber 314.315
ospey/haliæetus auis pag. 121
oyster 225
P.
Paddel 158
perche 28,302
perle 234
phlonder 100
picque 316
picrelle 316
pike 316
pirot 241
pitot 241
place 99
plase 99
playse 99
poffen 121
pollarde 304
porpose 163.372
porpeß 163,164

pourcuttel 189
powte 310
pran 215
preke 189
punger 203
purple 243
purpose 372
pylcharde 4.323
pylcher 4.323
pyntelfishe 265
pyperfysh 91
pype oyle 326

Q.

Qua wijuer 84

R.

Raye 128
redfisch 35.46
rochet 32
rotchet 35
ruffe 288

S.

Salmon 329
samond 329
sandele 7.75
sandil 7.75
scalop uel Scallop 232
scat of koy 141
schadde 323
schafilyng 284
schalfisch 222
scharplyng 284
schellfisch 76.222
schmelt 324
schrympe 214
schwerdefisshe 114
sea_caulfe 165
seale 165
sea_snayle 362
seebreme 45
see creuis 212
seelslecke 373
seeoul 158
seerode 120
sele 165
shelfisch 222
skare 141.373
skeat 228.141
skurf 311
sleue 188
smie 3.6
smelte 7.373
snayle 350
sole 101
sperling 1
spirling 1
sprall_oyle 287.326
sprote 1.373
sterrefishe 259
sticklebak 284
sticling 284

T.

Tenche 302
thornebacke 128
trowte 311.312
trutte 311
tunie 111
tuny 111
turbot 94
turbut 94

V.

Viuer 84

W.

Wale 160
walmester 75
watter_ader 362
watter_ratte 354
whalefishe 160
whirlepoole 170
whorpoul 170
whyrlepole 170
wittig 76
wittling 76
wyting 76
wytink 76

ILLYRICA, QVA lingua utuntur Dalmatę, Slaui, Poloni, Bohemi, Lithvuani, Moscouitę, aliiq; plurimi, dialectis tantùm differentes.

Bydlinek 5
cany 22
capr 295
chergnier 45
chiergner 59
czypo 70
Dlonnij karpik 295
dubiél 295. 297
glauoche 291
glouuacz 295
glouuaz 304.391
herynk 5
hlemayzd 350. al. Hlemayzd
laiz 304
iazdz 288
iesch 288
iésiénn 304
kak 348
karp 295
karpkaras 298
kielb 294
knezik 26
koza 287
laccizza 320
larantola 210
lin 302
linie 302
losos 329
losos tzarny 329
lun 302
mientus 310
morsz 179
morskasuuinia 163
morskieciele 165
morski_pies 142
mnik 310
mrzen 294
nayn_og 326
neyn_ok 326
okaun 303
okun 303
pagro 47
pegorella 81
pescur 287
phagro 47
pijauuka 351
piotrus uel piotruss 295.298
psia ryba 142
piskors 287
pitrussa 298
platanij sledz 5
polauda 115
pstranik 293
sczuka 315.316
sledz uel Sliedz 5
slyss 204
sprall piotink 295
scika 216
suuecz 302
stzuka 316
sum 160.332
tlausie 304
tlausslie 304
uoruol 165
uuodny uuaz 362
uuokauny 303
uusdrenka 300
uuyz 335
zoluu 183

VNGARICA.

harcha 332
harcza 332
hartscha 332
kolkz 311
schuureg 332.335
tock 335
tockhal 335
zick 287

AMERICAE ET CAnariarum uocabula.

Brechos 13
houperou 365
tamouhata 318

OMISSA IN INDIce Latinorum.

Acarnan 46
alburnus 288
ancludæ 20
blennus 9
mazos uel muzos Byzãtij hodie uulgó) 77
muzos, uide Mazos

FINIS.

ANIMANTIVM MARINO-RVM ORDO PRIMVS, QVI CONTINET PISCES MINORES, NVLLO CERTO GENERE aut forma comprehenſos.

APVARVM SPECIES DIVERSAE.



APVA uera, Aphye, ἀφύη. Ex aphyis (inquit Rondeletius) ea uerè aphya dicitur, quæ ab Ariſtotele ἀφρὸς, ab Athenæo ἀφρῖτις, à nonnullis ἀφρύη, à ſpuma maris, unde oritur, nominata eſt: uel à candore, ſi Suidę credamus, qui etiam ἐγγραυλιν à multis dictam fuiſſe ſcribit, ſicut & Oppianus. Sic ille. Sed engraulis magis propriè uocatur alia Apuæ ſpecies maior, quæ & Encraſicholus. Apuam Latini uocant, quoniam is piſciculus è pluuia naſcitur, Plinius.

ITALICE. A Liguribus Non nata appellatur, Rondeletius. Nonnatos uel Nonnados uulgus Genuenſe nominat, quaſi nō adhuc prouectos dicere uellet, quorum duæ ſunt inſigniores differentiæ: peculiari autem nomine alij ab albedine Bíancheti, alij à rubedine Roſſeti: & Romæ Peſci noui appellantur, omnium quos aqua producit piſcium minimi, *(ut Aphya non ab aphro, id eſt ſpuma: neq; ἀπὸ τοῦ ὕειν, ut Plinius inſinuat: ſed à paruitate quaſi ἀφυὴς & μικροφυὴς dicta ſit,)* Bellonius. Idē rurſus Apuas aphritides Genuæ tradit Roſſetos nominari, Cibotides uerò *(lego Cobitides)* bianchetos.

GERMANICE hos piſciculos **Meerſeelen** nominare licebit: quoniam & lacuſtres piſciculos diuerſorum generum confertis agminibus natantes, **Seelen**/ (id eſt, animas, à paruitate) noſtri appellant. ¶ Apua quæ à Cantabrigienſibus (IN ANGLIA) uocatur **a Spirling**: à Londinenſibus, dum recens eſt, **a Sprote**: & infumata **a rede Sprote**/ aut **a dryed Sprote**: non eſt harengæ ſoboles, ut quidā affirmant, ſed ſui generis piſcis, à parente nullo ducens originem, Turnerus. Sed an alia fortè quædā Apuæ ſpecies ſit, non uera, qui **Spyrling** Anglis uocatur piſciculus, quærendum. Friſij & Germani plerīq; ad Oceanum, piſciculum quendā nominant **Spirling**/ **Spierinch**/ **Spirinck**: Angli **Sperling**. Murmellius ſpirinchum interpretatur **ein Spirinch** uel **Stint**. Prioris equidē nominis rationem neſcio: poſterius à fœtore factum eſt. nam & recēs captus, & ſi aliquandiu ſeruetur, fœtere uidetur. Circa Roſtochiū et alibi nominatur **Stint**: alicubi **Stinckeling**/ uel **Stinckfiſch**/ coctum ſalicis fœtentis odorem referre aiunt. Huic ſimilem alium, ſed minorem ac breuiorē Hollandi **Pen** appellant, &c. Io. Echtius, præſtantiſſimus Coloniæ medicus, inter alias Oceani Germanici piſcium picturas **Spierinck** piſcem pictum miſit ad me, ſeptem ferè digitos longum, dentatum, &c. Apuæ ueterum omnes (opinor) dentibus carent.



APVA COBITIS Ariſtoteli à Gobionibus paruis qui terrā ſubeunt, (uel ut Athenæus habet, qui in arena degunt,) creatur. **ἀφύη κωβῖτις.** ¶ Hæc nunquam ad gobionum magnitudinem accedit, ſimillima alioqui gobionibus marinis, &c.

GALLICE Loche de mer uocatur circa Monſpeliū. eſt enim ijs piſciculis (*fluuiatilibus*) quos Galli Loches uocāt, tam ſimilis, ut uix ab his diſtinguatur. Eadem in ſtagno marino frequentiſſima eſt, & Loche uocatur, Rondeletius. Bellonius aliam Cobitidem oſtendere uidetur: Qui Venetis (inquit) in piſcaria diuenduntur piſciculi, quos uulgus Marſiones uocat, hi ſunt Cobitæ & Hepſeti. hos à gobijs naſci putauerim, & uulgo noſtro uocari Menuiſe. Terentius minutos piſciculos nominauit. Et rurſus Cibotides Genuæ ſcribit nominari bianchetos, &c. ut iam in Apua uera recitaui. Marſioni Venetijs dicti iconem ſubijciemus proximè.

GERMAN. uocabimus **ein Meergrundel**/ **Meerſmerlin**. Nam & Angli in litore Cumbrico uocant **a Grundling**, Lochæ piſciculo undiquaq; ſimilem.

PISCICVLVS qui Venetijs Marſio nominatur: *(Vide paulò antè in Apua cobitide uerba Bellonij.)* Petrus Gillius ueterum Cottum eſſe putabat. Piſces quoſdam (inquit) Gobioni ſaxatili propemodum ſimiles, Ariſtoteles Cottos nominat, quos adhuc nonnulli Coranos nuncupant. Sic ille. Sed Cottus Ariſtotelis (in Græcis noſtris codicibus legitur boithus) fluuiatilis eſt, Marſio au

tem marinus. Vide mox in Encrasicholo.

GERMAN. Ein fischlin von dem geschlächt der Meerseelen/ zů Venedig Marsion genannt.

ENCRASICHOLVS uel Engraulis, ἔγγραυλις, (quanquã & Apuæ simpliciter aliqui hoc nomen tribuũt,) Apuę species: quę & Lycostomus ab oris forma dicitur. De hoc pisciculo loqui Plinium autumant, quum garum fieri ex †mutilato pisciculo scribit: quo loco alij minuto, alij minimo pro mutilato legunt, Rondeletius. Cœpit garum priuatim ex inutili pisciculo minimoq; confici, Apuam nostri uocant. Foroiulienses piscem ex quo faciunt, Lupum appellant, Plinius. uidetur autem Lupi nomine eundem piscem, nempe Apuam lycostomum intelligere: cùm & nomen conueniat, & genus Apuæ, & garum similiter optimum ex eo fiat. ¶ Cum Græco cuipiam eas quas Anchoias siue Amploias littus Ligusticũ & Gallicum nominat, ostendissem, summa asseueratione appellabat Lycostomos, Gillius. Recentiores quidam uulgaris apud Italos uocabuli imitatione Ancludas nominant, Bellonius nimis generali nomine Haleculas.

† Ego inutili legerim, ut alibi etiam habetur.

ITALI cum alijs in locis tum circa Genuam, item HISPANI & GALLI Anchoy, (Anchioe, Anchoies Rondeletius) nominant. Veneti (inquit Bellonius) Sardonos, ad Chalcidum differentiam, quos Sardellas uocant: Sed Romani pro Sardonis Sardas intelligunt. Tractus litorum Liguriæ incolæ, Cueuri, Cueunari, uel Cueuneuri appellitant: sicq; Genuenses. Romanum uulgus Aliczi nominare malũt, quasi Haleces diceret. ¶ Cueunari nomine ad Coranos (Vide in præcedente pisciculo) accedunt. sed Atherina quoq; Genuę Quennaro uocatur Bellonio.

GERM. circumscribatur, ein kleine Hering art/ ein Spiring art: uel nominetur ein Onhopt/ id est Mutilatus, acephalus. caput enim amarum & ueluti bile infectũ habet, quod uel Græcum Encrasicholi nomen arguit: unde & mutilari solet, ein Meerlaugele.



HEPSETVS pisciculus sui generis Rondeletio, ut ex his Dorionis uerbis cõijcit: Aphyæ generis quæ alba est, Cobitis uocatur: & Hepsetus paruus pisciculus eiusdẽ generis est. Hunc pisciculum (inquit Rondeletius) esse opinor, qui à nostris Iuoil dicitur. Bellonius Hepsetum à cobitide Apua non distinguit: Dorion certè, ut iam recitauimus, distinguit. Gaza ex Aristotele uidetur Naricam transtulisse. Grammatici quidã Naricam apud Plautum piscem minutulũ interpretantur. Hepsetus alioqui cõmune est nomen multorum tenuium & exiguorum pisciculorum, ut Encrasicholorum, Iôpum, Atherinarum, Gobionum, paruorũ Mullorum, Sepiolarũ, paruarũ Loliginum, paruorum Cancrorum.

GALLICE Iuoil, ut dictũ est. GERM. F. Ein gar kleines meerfischle/ mag ein Meerpfrille/ od' Meerbambele genẽnt werdẽ: wirt vnder die Meerseelen oder Spirinch gezellet.



APHYA (Apua) Mugilum, cuius Aristoteles meminit. Aphyam Mugilum (inquit Rondeletius) nihil aliud esse puto, quàm Mugilũ speciẽ eam, quæ sponte sine maris & fœminæ coitu nascitur ex terra arenosa uel limo: cuiusmodi ea est, quam habemus, quæ nascitur in fossis, non procul à uicino nobis (*Monspeliensibus*) eoq; antiquissimo oppido Latera uocato. Eiusdem generis est quæ in Lado nostro capitur, & Athelan nuncupatur.

GERM. circumscribatur, ein kleine art der Meeraleten / welche von jr selber wachßt vß dem můr vnd sand.

APVA Phalerica Rondeletio. Sic autẽ uocat Aristoteles (à Phalereo Atticæ portu) piscẽ, è quo Membrades gigni scribit.

ITALICE. Vide in Gallicis. GALLICE Nadelle uel Melete circa Monspelium, ut Rondeletius iudicat. At masculino genere Melet, Atherina est. Bellonius quidem Membradem esse putat, quæ uulgò dicatur Meleta Massiliæ: circa Rothomagum uerò & in litore Oceani ubi Sequana

quana in mare influit, un Crado. Italice circa Genuam Arachia. ¶ Huius piscis uenter ita linea quadam à squamis exasperatur, ut in Alosis & Sardinis, Rondeletius, de piscibus etiam alijs similem hanc lineam habentibus, leges in Sardina.

GERM. circumloquor, **ein meerfischle von der art der Spirlingen: gantz lind vnd fett: hat ein rauchen strich am bauch wie ein Häring.** Idem fortè est qui ab Anglis in Essexiæ comitatu uocatur **a Smie**: qui si diu seruetur, in aquã resoluitur. nam & Rondeletij Meleta adeò mollis est & pinguis pisciculus, ut si aliquandiu digitis tractetur, liquefiat, &c.

ATHERINA, Ictar. apud Pliniũ medicũ perperã Acerina legitur. Gaza Aristã uel Aristulã conuertit. atheres Græcis aristæ sunt. unde uerbum ἀθερίζειν, quod est contemnere. Vilis autẽ & contemptus hic pisciculus est: & paruis spinis tanquã aristis, durioribus quàm reliqui huiusmodi pisciculi, abundat. GRAECI hodieq; Atherinam uocitant.

ITAL. Latharina Romæ: aliqui tamen hoc nomen cum alio pisce, quem Lauarolum nominant, confundunt. Genuæ Quennaro: Venetijs Angoëlla, Bellonio teste.

GALLICE. In litore nostro rarò capitur: diciturq; Melet (*masculino gen. nam Meleta gen. fœm. Apua Phalerica est:*) Massiliæ & in stagno quod Martegue uocatur, frequentissimè, & Sauclez (Senclez, Bellonius) nominatur. Pro Encrasicholo sæpe uenditur, Rondeletius. Gregales illos pisciculos, quos Sancletos Massiliæ uocant, Græcis innumeris Genuæ & Massiliæ ostendi: qui omnes statim atherinas appellarunt, Gillius.

GERM. F. **ein art der Spirinchen oder Meerseelen: ein kleine raane Hering art.**



EGO aliã atherinam (ut Gillius mihi ostendenti uocabat) Venetijs olim pingẽdam curaui: ubi Anguello nominatur uulgò; quod nomẽ fortè ceu diminutiuũ ab anchoia factũ est. anchoię enim (id est, encrasicholo) persimilis est.

GERM. F. **ein ander geschlecht der Meerseelen.**

MEMBRAS, Bembras, Bebras, Bebradon.

Icon hæc non Celerini Oceani est: sed illius piscis qui Massiliæ Harengade uocatur, &c. ut Rondeletij uerbis recitauimus. nam Celerinus lineã in uentre spinosam habet, & quidem asperiorem quàm Harengus.



GALL. Mẽbrades sunt, quantũ coniectura assequi possum, hi pisciculi, quos Galli Celerins uocant. Vel qui Agathopoli magna copia sæpe capiuntur, paruis Alosis similes, uocanturq; illic Calliques uel Lasches, Massiliæ Harengades, Rondeletius. Bellonius tũ Celerinũ Oceani, tũ Sardinã mediterranei maris, Chalcidẽ interpretat, magnitudine tantùm distinguẽs. Quòd si Oceano peculiaris Celerinus est, non fuerit membras Græcorũ. ¶ Plura de Celerino & cognatis ei piscibus leges in Sardina.

GERM. circumloquemur, **ein kleine Hering art.**

Sardinæ icon à Rondeletio posita, tam similis est Agono, (quem inter Lacustres dabimus,) ut discerni uix possit. Nostra uerò Sardina hæc Venetijs depicta, lineam asperam in uentre non ostendit: & squamas non bene, ut puto, dispositas habet.



TRICHIS uel Trichias, τριχὶς, ἡ: τριχίας, ὁ. Rondeletio unus est piscis, sic dictus ob spinarum copiã & paruitatẽ: sicuti & Thrissa. nam & θρὶξ rectus per θ, in singulari num. reliqui casus per τ. scribuntur, exiguæ enim spinæ ueluti pili sunt, quos Græci τρίχας uocãt. Latinè Sardina dicitur à Columella: sicut etiam hodie uulgò à Gallis & Italis. In Gallia nostra Narbonensi, (inquit Rondeletius,) Prouincia, & Italia, Sardine dicitur, minor adhuc: deinde maior Sarde. Et fortè etiã ex Græcis uocabulis Trichias ad maiorem, Trichis ad minorem pertinet: quod & Gaza sensisse uidetur: qui cum animaduerteret Aristotelem Trichiam à Trichide distinxisse, illã Sardam, hanc Sardinam interpretatus est: uulgi nimirum nomenclaturas secutus. nam Sarda ueterum, ut Plinij & Athenæi, longè alius piscis, ex Lacertorum uel Pelamydum genere est. Pisces tum molliores tum sicciores iusto, ad saliendum idonei nõ sunt. Coracini uerò & Pelamydes, & Mylli, Sardæ & Sardenæ, (Σάρδαι καὶ Σαρδῆναι,) &c. ad salsuram sunt appositi, Galenus De alim. facultatibus lib. 3. cap. penultimo. Et mox: Præstantissima autem omnium, quæ mihi experiẽtia cognoscere licuit, salsamentorum sunt, quæ à ueteribus medicis Sardica salsamenta nuncupantur, hodie Sardas uocant. Sic ille. Nõ est autem quòd aliquis putet Sardas & Sardenas, quoniã simul nominauit, eum pro cognatis duxisse. Sardica certè salsamenta ad Sardas tantùm retulerim, ad Sardenas minime: quamuis tum Sardas, tum Sardinas à Sardinia insula, unde primum nimirum mittebantur, nominatas fuisse, uerisimile est. ¶ Chalcides etiã olim ab aliquibus Σαρδῖνοι (masculino genere) nominabãtur: (& Callimachus Trichidium interpretatur Chalcidem.) Sic & Agonos lacustres pisces, Romæ nomẽ mutare audio, postquam salsi sunt, & uocari Sardenas. Fracastorius distinguit: Sardellarumque cateruæ: His est maior Aquo. Benedictus Iouius in Larij descriptione Aquonis tantùm meminit. nam quæ Salena ab eo nominatur, (hoc uersu: Scardua, & Incobia ex Pigis, & Plota, Salena,) alia quàm Sardena uidetur. Sardellæ ex Benaco admodum laudãtur, Platina: qui hos pisciculos ab Agonis diuersos, assimiles tamen facit. Quærendum an Sardellæ & Aquones (seu Agoni,) ætate tantùm differant. hos enim maiores esse Fracastorius canit. ¶ Thrissis sanè, id est Alausis & Trichidibus, multa sunt communia: nominis ratio, ut dictum est: quodque pisces sunt parui, aristosi, uiles: quòd gregatim capiuntur, & quidem utrique cantu saltationeque. Linea quidem illa spinosa in uentre, in Alausis & Sardinis, tum marinis tum lacustribus, conspicitur: item in Celerino Gallis ad Oceanum dicto, quem Rondeletius Apuam Membradem facit. Eidem Apua Phalerica piscis est Sardinæ similis, minor, tenuior: uentre similiter exasperato. Bellonius tũ Celerinũ Oceani, tum Sardinã mediterranei maris, Chalcidẽ interpretatur, magnitudine tantũ distinguens: Celerinus (inquit) asperiorem sub uentre ex aristis lineam habet, quàm Harengus. Ab eodem Liparis nominatur pisciculus lacustris in Macedonia: qui Sardinam toto habitu refert: sed uentre est latiore, & lineam sub uẽtre asperam habet. Idem aut simillimus uidetur, qui Agonus in Verbano lacu dicitur, alibi in Italia Sardanella, à maxima cum Sardinis similitudine, spinosa illa uentris linea & ipse insignis. Ancludes uulgò dictæ (Apuæ Encrasicholi Rondeletij) Sardinis Sardellis'ue similes sunt, ita ut hæ pro illis aliquando dolosè uendantur. Ancludes enim maioris precij sunt, Brasauolus.

Sardinæ lacustres.

Similitudo.

ITALICE Sarde, Sardelle.

GALLICE similiter, ut in præcedentibus dictum est. Sardinæ nomen Oceanus Gallicus non agnoscit, ut scribit Bellonius: qui tamen Celerinum à Gallis Oceani accolis dictum, piscem eundem putat: Rondeletius distinguit.

GERM. Sardinæ an in Oceano nascantur, nondum mihi constat. Germanicè tamen Sardinam interpretari libet, ein kleine Häring art im meer: ein Meeragune. quæ interpretatio etiã Atherinæ & Membradi Rondeletij conueniet. Chalcides uerò & similes in lacubus dulcibus, Seeagunen/ Häring arten im süssen wasser. Vel Sardinam faciemus Alausæ speciem: ein art der Zigen oder Goldfischẽ im meer. ¶ Bellonius Trichidem facit Alausam ætate minorem: quæ Gallis Pucelle dicitur: Anglis a Pylcher/ uel Pylcharde. ¶ His scriptis piscem Sardeyn nominatum à Germanis ad Oceanum, Io. Echtius pictum misit.

Icon Haringi, partim ad Rondeletij, partim ad Bellonij iconem expressa.



HARENGI nomẽ barbarũ est: neque ulla est, quod sciam, huius appellatio siue Latina, siue Græca. Sunt qui non rectè Halecẽ uocẽt, Rondeletius. Chalcidum generis hũc piscem Bellonius putat, neque id temere: quanquam Rondeletius Alausæ potius quàm Chalcidum generi Harengũ attribuat. Videtur enim Chalcidis nomen commu-

Chalcis.

nius

nius esset: cum Oppianus Chalcides marinas fecerit, Aristoteles fluuiatiles aut lacustres: (sicut & Sardinæ hodie tum lacustres, tum marinæ dicuntur.) & ex ueteribus aliqui Trichides (uel Trichades, uel Trichiades) interpretantur Chalcides: Heracleon, Membrades. & rursus Chalcides, Sardinos. Conijcio autem ab æris colore nominatas Chalcides, (Aericas Gaza transtulit, nomine ab eo confìcto quidem, quod tamen ad nostrum Häring alludat:) non quòd ijs uiuis (opinor) is esset color, sed inueteratis: sicut in Harengis alijsq́; infumatis maximè, apparet. Esto igitur Harengus, Chalcis aut Trichis Oceani maior: Celerinus uerò eiusdem, Chalcis Trichis'ue minor. In hoc tamen falli puto Bellonium, quòd Sardonum uulgò Romæ dictum, non modò congenerem Harengo, (qui in mediterraneo nullus est,) sed eundem putauit. ¶ Harengi uocabulum est Germanicum. Germani plerique Hering scribunt & efferunt e. obscuro, ad æ. diphthongum accedente: Flandri Harinck. Galli aspiratione, ut sæpe solent, omissa, per a, un areng: unde Latinum uocabulum alij aliter formant & scribūt. Ego quoniam Germanicam dictionem esse agnosco, Haringus, uel Heringus scripserim, ut suam orthographia originem fateatur. uidetur autem à Græco τάριχος deductum nomē, quod salsamentum significat, ut haringus, quasi harichos, pro tarichos, appelletur. nullum enim salsamenti genus usitatius per omnem Germaniam reperias. ¶ De cognatis Harengo piscibus, & similiter spinosam in uentre lineam habentibus, diximus in Sardina. ¶ Sale fumoq́; inueteratum hunc piscem, recentiores aliqui Haringum passum appellant: alij Ruscupam & Ruburnum, fortè à rubente ob fumum colore. Germani Bockling / Bücking / Bucking / Buckling. & eundem piscem muria seruatum, Pickelhering / Roschering. Aqua maceratum, ein gewässerten Hering / ein Braathering.

ANGLICE. Heryng / Hearynge / Hearing. Infumatus uerò a redde Heryng.

ILLYRICE & Polonicè, Herynk, Sledz, Sliedz. infumatus uerò Platanij Sliedz, uel Bydlinek.

Alia eiusdem inueterati figura.





LIPARIS (marina) Rondeletij. Piscem hunc rarū (inquit) & spectatu dignissimum, cùm aliquandiu seruare uellem, totus in oleum abijt: qui euentus me impulit, ut Liparim (*Liparidem potiùs, à recto oxytono fœminino λιπαρίς*) quasi λιπαρόν, id est, pinguem, nominem. Capite terrestrem cuniculum refert: ore est paruo, sine dentibus, &c. Adeò pinguis est, ut non uentri solū intestinisq́; infarcta sit pinguedo, ueluti in Mugilibus & Lupis: sed etiam sub cute carnis loco nihil aliud uideatur esse quàm pinguedo. Idem Rondeletius Agonum quoq; lacustrem piscem Liparin (*Liparidem*) à nonnullis appellari scribit, à pinguitudine: quòd cum in craticula assatur, pinguitudo uelut oleum destillet. ¶ Alia

est Liparis lacustris in Macedonia, Bellonio descripta.

GERM. F. Ein Schmeltzling/ein Feißling. Cæterùm ut hic piscis (teste Rondeletio) in oleum resoluitur: sic in Essexia comitatu Angliæ habetur piscis, qui uocatur a Smie: qui si diu seruetur, in aquam resoluitur, ut Eliota Anglus scribit. Apua Phalerica quoq;, Sardinis atq; Alausis non dissimilis, & linea uentris similiter aspera insignis, in pinguedinem fermè resoluitur. ¶ Alius est ab accolis Oceani dictus een Smelte, cuius iconem Io. Echtius ad nos misit.

Bellonius figura Variatæ apud me uisa, omnino Epelanum fl. suum esse aiebat. Icones quidem utriusq; conueniunt, nisi quòd pinnæ uentris non similiter positæ sunt, pictorum fortè culpa. Vide inter Fluuiatiles.



THRISSA, id est Alausa, quãquam post Apuas cum Harengo inter marinos censeatur à Rondeletio, à nobis ad fluuiatiles referetur. procul enim flumina subit.

VARIATA ficto nomine. Epelano fluuiatili Bellonij percp; similis est piscis, quem Io. Caius medicus Angliæ ornamentum, Variatam appellauit, & his uerbis mihi descripsit, delineata etiam quæ hic apposita est figura. Variata (inquit) piscis est marinus, illustris, aureus & resplendens magis, uersicolor tamen, ut si multo colori & splendescenti exiguum purpureum admisceas. Is color, prout ad Solem in hanc aut illam partem uerses piscem, ita alius atq; alius est, ut in collo columbino: unde pisci Variatæ nomen dedimus. Magnitudine est Alburni, cute & carne Percæ: in australi nostræ Britanniæ mari plurimus, inter scopulos atq; saxa frequens. Mortuo marcescit color, & ad pallorẽ degenerat. Sic ille. Nos quoniam Alburno maior non est, quamuis Saxatilem hunc pisciculum, primæ huic Classi adnumerare uoluimus. Idem uidetur à Io. Echtio pictus ad me missus piscis, adscripto nomine Vore, tanquam accolis Oceani Germanis usitato.

GERMANICE F. ein Meerbambele: uel à coloris uariatione, ein Schiler.

DE GOBIIS MARINIS, ET PRIMVM in genere quædam.

GOBIVS, Gobio, Cobio. Gouius in Halieut. Ouid. Græcè κωβιός, κῶθ⊙, aliquib. κώθωρ, σωρίδιος. Pisces Gobioni saxatili propemodũ similes, Aristoteles Cottos (*imò Cothos, κώθας Athenæus*) nominat, quos adhuc nonnulli Coranos nuncupant, Gillius. Lege suprà in Encrasicholo. *Cottus.* ¶ Gobiones marini & fluuiatiles toto genere distant. Fluuiatiles nunc appellamus non è mari in flumina deuectos, sed in fluminibus ipsis genitos, à marinisq; corporis etiã figura differentes. Horum apud ueteres Græcos nulla habetur mentio. Aristoteles nanq; & Galenus de ijs tantùm qui è mari ad flumina annatant, loquuntur. & nimirum etiam Dorion apud Athenæum: sin minus, quos ipse Gobiones fluuiatiles uocauerit, ignorare nos fatendum est, Saluianus. ¶ Gobius marinus, Venetis Go. Liguribus Zolero. Gallis Gouion de mer. Plinio modò Cobio, modò Gobio. Huius à Saluiano posita imago, nostris omnibus dissimilis est, tum forma ferè, præsertim capitis: tum pinnis in dorso tribus. quanquam in descriptione author duarum duntaxat meminit. Color (inquit) non idem omnibus. hæc tamen colorum siue picturę uarietas, non species diuersas, sed differentias tantùm Gobionum facit. non secus enim quàm Anguillæ & Tincæ, loci ratione colorem uariant Nam qui Gobionum puriorem maris partem incolunt, minùs picturati sunt: eoq; ab Hicesio & Diphilo, nõ quia uerè candidi sint, sed quia minùs colorati, ac ex albo leuiter flauescentes, albi uocantur. Qui uerò in cœnosis atq; paludosis marinis locis degunt, cũ ex flauo nigricent, (cuiusmodi noster hic piscis est à Venetis Go appellatus,) nigri dicuntur ab Hicesio. Qui postremò circa saxosa maris loca uictitãt (quales sunt Venetijs Paganelli appellati) etsi uarijs depicti sint coloribus, cum eorum tamen partes plurimæ flauescant, χλωροὶ (id est pallentes siue flauescentes, nõ autem uirides) ab Hicesio & Diphilo iure uocantur. Hæc Saluianus. Ego sanè species Gobiorum maris diuersas esse cum Rondeletio putârim: neq; temere nomina etiam diuersa à uulgo eis imposita. Quòd si ipse genus unum omnium in mari Gobiorum existimauit, hoc est speciem unam: cuius indiuidua differentijs tantùm differant colorum, (neq; enim differentias alias ullas exprimit:) cur piscem 81. suum, priuatim nigrum facit, Go Venetijs dictum, à Paganello alijsq; distinguens? cum pro quouis Gobio mar. accipi queat, si in coloribus tantùm discrimẽ est: ij uerò libris impressis ad nos aduectis additi non sunt. ¶ Aeliani & Oppiani Gobius mar. noxijs aculeis armatur, quòd

quòd in cognitis hodie non deprehenditur. ¶ Gobionum (marinorũ, inquit Rondeletius) multæ sunt differentiæ, à loco uiuendiq́ ratione, à substantia, à magnitudine, à colore. A loco quidẽ & uita, quòd Gobiones quidam litorales sint: alij saxatiles, alij in fluuiorum ostijs aut marinis stagnis uiuunt. alij fluuiatiles. Substantia, quòd alij alijs præferãtur, uel quòd ad palati gustum, uel quòd ad salubritatem. Colore: quoniam alij albi sunt, alij nigri, alij flauescentes siue pallidi, quos uirides non rectè appellant. Magnitudine: sunt enim alij magni, nimirum flauescentes: alij parui, albi: alij inter hos medij, nigri.

GERMANICVM nomẽ fingo ein Meergob. quoniam & Gobij fluuiatilis genus Kop uel Cab Germani uocant, nostri Gropp. Sed Blennum interpretor ein Meergropp, quòd fluuiatili persimilis sit: Gobium uerò differentiæ causa ein Meergob, alludendo simul ad Latinum uocabulum.

ANGLICVM Gobionis nomen ignoro. neq́ ad hoc genus referendas puto duas piscium species, quarum alteram Angli Sandele, uel Sandil (composito ab arena & anguilla uocabulo) appellant: quæ in Mediterraneo mari an reperiatur dubito. alteram, Smelte, quam Eperlani nomine Gallico descripsimus.

GOBIOS marinos in hũc Ordinem potiùs quàm Saxatiliũ asciui, quòd & omnes parui sint: et una tantùm ex eis species saxatilis, quam primo nunc loco describemus.

Gobij saxatilis effigies à Rondeletio exhibita.



Alia eiusdem Venetijs delineata, maior quàm uellem.



GOBIVS marinus maximus, flauescẽs, & uerè saxatilis. Grecè Κωβιὸς καυλίνης, ἢ χλωρός: hoc est, Gobius caulines, uel subflauus, errant enim qui uiridẽ interpretantur: cũ χλωρὸς nõ modò uiridem, sed aliquãdo etiam pallidum uel subflauum significet. ¶ Bellonius hunc Gobium album facit: Rondeletius album diuersum exhibuit.

ITAL. Venetis Paganello. Vercellenses rustici Gobium fl. quoq́ (quem alij Chabotum) Paganellum uocant, Rondeletius. Paganello autem nomen fortè à rubro colore impositum fuerit, quo ad Pagrum accedit.

GALL. Massiliensibus Gobio. Circa Monspelium Boulerot, teste Rondeletio: qui tamen Gobionem nigrum ibîdem priuatim Boulerot dici scribit. ¶ Gobij saxatiles, uulgò Goatæ uocantur, Gillius.

GERM. Ein Steingob im meer: ein gälblachter Meergob.

Gobio niger Rondeletij.



GOBIO Niger, (qui in litoribus & stagnis seu paludibus marinis degit) magnitudine inter subflauũ & albũ mediocri. Κωβιὸς μέλας. Similis est priori, (inq̃t Rond.) sed minor: coloris nigri, maximè parte anteriore. Loco binarũ pinnarũ, quę cęteris sunt in uentre, unicam habet nigrã, barbam esse

diceres. Quę nota facit, ut credam hunc esse pisciculum, quem Athenæus libro 8. τράγον uocat, id est, Hircum, cui Exocœtum cōfert, his uerbis. Exocœtus omnino similis est pisciculo qui Hircus dicitur, præter nigrū illud quod uentriculo subest, quod Hirci barbam uocant. Sed etiam Mæna mas, quum fœmina fœtu impleri incipit, Hircus uocatur Aristoteli. *Tragos.*

ITAL. Venetis Go, Guo, Gobi.

GALL. Circa Monspeliū Boulerot: quod nomē Rondeletius saxatili etiam uel subflauo adscribit.

GERM. F. Ein schwartzer Meergob.

Gobius niger Bellonij, ab omnibus Rondeletij Gobijs diuersus uidetur, etiam à nigro ipsius Gobio. Gobiones marini (inquit) Venetis Goi, Genuensibus Guigiones, Romanis Missori uocãtur: quanquam Missoris uox ad plerosq; alios pisces trãsferatur. Incolæ urbis de le Specie, & qui Portum Veneris ac Genuam inhabitant, Zozeros nominant.

Eiusdē alia icon Venetijs picta, licet maior quàm Paganelli, id est Saxatilis, qui maximus Gobiorum à Rondeletio dicitur.

GOBIVS Albus, Κωβιὸς λευκός, omnium minimus, nō ita quidem cãdidus est, ut cum aliorum multorū piscium candore possit contendere: cæteris tamen Gobionibus candidior, Rondeletius. Bellonius Gobium saxatilem & flauescentem Rondeletij, album cognominat.

GERM. F. Ein wyßlachter Meergob.



DE ALIIS QVIBVSDAM paruis piscibus, ut Blennis, Alaudis, & similibus: Item de Scolopace.

BLENNVS, Belennus, Bæon, Rondeletij. (nam alius est Bellonij Blennus.) Βλέννος, Βέλεννος, Βαίων. Pisciculus est (inquit) similis ei, qui à Tholosatibus Peis de menage uel Grauan dicitur: Cotto etiam fluuiatili pisciculo tam similis, ut uix discernatur, nisi ab eo qui nouerit, hunc in fluuijs, illum in alto mari degere. Pelagius est & rarissimus. corporis specie Ranam piscatricem refert: colore & carnis substantia Aphyam Cobitidem. Sic ille. Non ineptè etiam Cottus marinus uocabitur. Plura leges mox in Blenno Bellonij.

GERM. F. ein Meergropp.

Vilis, humida carne, & planè insipidus est pisciculus: à blenna fortè, id est, muco, nomen sortitus; nam & βλέννος, & Σιαλὶς uocatur: & Lycos quoq; Diophani in Geoponicis 18.14.

BLENNVS Bellonij & Saluiani. Nomina diuersa leges suprà cum Rondeletij Blenno, qui pelagius est, hic enim saxatilis est, non tamen dignus qui saxatilibus adnumeretur. nam propriè dicti saxatiles circa saxa frequenti natatione exercentur: eóq; sicciorem, friabilem & salubrem in cibo carnem habent: Blennus autem & similes, in petris stabulantur, & propter ignauiam minimè exercentur, ideoq; mucosa sunt carne: & ferè figura etiam à propriè dictis saxatilibus differunt.

Et quan-



¶ Et quanquam Blennum hunc esse ex ijs quæ authores tradiderunt, prorsus affirmari non posit: uidetur tamẽ is esse: cum βλέννα mucum significet, βλέννος ignauum & segnẽ. est enim hic piscis præ cęteris mucosus, ignauus, timidus, segnis ac tardus. & in herbosis litoribus uiuit: & Cothio siue Gobio absimilis non est: hoc enim de Belẽno Athenæus: illud de Blenno Oppianus tradit. Fortasis autem idem etiam Epicharmi Bæon (βαίων) fuerit. paruus enim est, id est, βαιός Græcè: & simul malus ac uilis piscis Epicharmo teste. Hæc ferè Saluianus. Varino quidem βαίων non alius est quàm βλέννος: sic enim apud illum scribitur. Vide etiam infrà in Exocœto Bellonij. Belennum dici non laudo, nisi fortè carminis gratia. ¶ Hunc piscem (qui Scorpioidi Rondeletij mox exhibendo idem aut planè cognatus uidetur) ego quoq; olim in Italia Blenni nomine pictum, à Cor. Sittardo accepi.

CORCYRENSES & Zacynthij Cæpolam à cepæ similitudine uocant. Capite est grandi, spiculato, &c. Totus quadrantalem non excedit longitudinem: crasitudo eius ut cepa mediocris esse cõsueuit. quin & ita flauus est ut cepa, & Scorpænam colore refert. Quosdam audiui qui hunc Boacem perperam uocarent, Bellonius.

ITALICE Borrebotza. Pesce de petre, quòd semper inter petras agat. Pesce de fortessa. ¶ Romæ non secus quàm Vranoscopus & Citus (*sic Cottum fl. seu Gobium fl. capitatum uocat*) Messore dicitur, Saluianus.

HISPAN. Cagador (ni fallor) Lusitanis.

GALL. In Narbonensi Prouincia à nonnullis Lebre de mar dicitur, Saluianus. Rondeletius Scorpioidem suum uulgò Lebre de mar uocari scribit. est autem is idem cum Blenno Saluiani & Bellonij: nisi duæ species unius generis proximi alicui uideantur. Vide in subsequente pisce.

GERM. F. Ein andere Meergroppen art: ein Schleymling/ein Zwibelfisch. Leporem mar. Germanicè interpretari non libet propter euitandam synonymiam.

Blenno Bellonij & Saluiani, & Rondeletij Scorpioidi, Galerita utraq; eiusdem & Pholis, cognati mihi uidentur. item Galetta Venetijs dicta, & Gutturosula: cognati inquam tum inter se, tum Gobijs, uel potiùs Mustelis marinis: unde & Galetta fortè diminutiuè dicta. hæc tum corporis specie, tum pinnis & læuitate cutis, & molli mucosaq; carne, ad pisces prædictos accedit. Gillio cum ostendissem Venetijs, Gobij genus pessimum esse dicebat.



SCORPIOIDES Rondeletij: idem ut uidetur, uel cognatisimus Blenno Bellonij, &c. de quo proximè retro dictum est. Vulgò à nostris (inquit Rondeletius) Lebre de mar: id est, Lepus marinus dicitur. quia rostrũ terreni Leporis πρόσωπον admodum simile habet. Lepori quidem marino ueterũ omnino disimilis est. Scorpioidem nõ ineptè appellabimus: est enim capitis forma Scorpioni marino similis, totidemq; supra oculos apophyses molles habet, dentibus differt. Prætereà differt à Scorpione & Galerita pinnæ dorsi magnitudine, duabusq; maculis nigris eiusdem pinnæ. Cutis læuitate Galeritæ similis est, & carnis substantia, non autem Scorpioni. Litoralis est: muco & aqua uescitur.

GALL. Lebre de mar, ut prædictum est.

GERM. Vide cum præcedente pisce. Poterit etiam ein Schneckling, id est, Cochlioides appellari: quoniam Cochlearum seu Limacum instar cornicula protendat.

ALAVDA cristata uel Galerita piscis, ut à Rondeletio uocatur. In saxis uiuit, & naturam formamq; saxatilium imitatur, in saxatilibus tamen non habetur (à medicis.) In uertice cristam erigit (Alaudæ auis instar) mollem, & cœruleam dum uiuit. Carne est molli, & ob paruitatem ne-

Basiliscus. gligitur, Rõdeletius. ¶ Basilisci pisces circa petras leprades degunt Oppiano: uerisimile autem est Alaudas nostras à crista, à qua et regulis auiculis nomen, Basiliscos ab eo dictos. Poterunt & Pauones marini dici hi pisces. nam & uersicolores sunt, & cristam habent cœruleam, qualem Pauoni pisci Phasidis Philostratus attribuit.



GALLICE. Percepierre, Coquillade.

GERMANICE uocetur **ein Seelerch/ein Robellerch.**

ALAVDA non cristata Rondeletij, similis superiori, crista excepta. Poßis etiam (inquit) optimo iure Simiam appellare, quia capite Simiam refert, paruo scilicet & rotũdo. uel si nostrorũ appellationẽ sequi uelis, qui Percepierre nominant, non absurdè Empetrum uocaueris. in petrarum enim cauernulis degit, inq́ abditißimis earum rimis se occulit. *Simia.*

GALL. Percepierre, ut prædictum est.

GERMANICE circunscribo, **ein Seelerch on ein kobel/on ein kamp.**

Mordet hæc quidem, sed morsu innoxio: quamobrem Iulis non est.



ALAVDIS Rondeletij cognatus piscis: Exocœto quoque Bellonij idem, aut eius species.

ITALICE Venetijs Gotorosa uel Gutturosula, à prominente nimirum sub faucibus tumore.

GERMAN. F. **ein art der Seelerchen.** Litoralis est piscis, & ferè subit foramina lapidum, aut parietum ædificiorum in litore: unde nõ ineptè Troglodytes appellabitur: uel à crista, Basiliscus, sicut & Rondeletij Alauda cristata. ¶ Idem uel cognatißimus est piscis Exocœtus Bellonij, qui mox sequitur: ubi & alia nomina Germanica reperies. *Troglodytes. Basiliscus.*

EXOCOETVS Bellonij. (Alius est Rondeletij Exocœtus, saxatilis.) In saxis degit: non tamẽ est propriè saxatilis, ut medici nominãt. Idem aut eius species cognatißima est piscis proximè retro positus. ¶ Exocœtus (inquit Bellonius) species habet plures: quarum una cristata est, (*cuius iconem damus*,) Massiliæ frequens: primo aspectu aliquatenus gobium referens, cute glabra & lubrica; unde uulgus Græ-

ciæ glînon nominauit: Tertium Exocœti genus etsi Byzantinis piscatoribus nõ alio quàm Glini nomine pernoscatur, ac nonnullis Chelidonius appelletur, tamen à Glino ac cristato Exocœto
differt, &c. Hæc ille. Quærendũ an hic fortè ueterũ Blẽnus sit, quoniã & mucosus est, opinor, & *Blennus.*
lubrica cute, unde hodie Græcis Glinos nominatur, ut olim Blennus uel Blinnus. ¶ Exocœtum
in Arcadia Lychnon modò uocitant, Massarius. Plinius Exocœtum cum Pœciliis Arcadiæ pi- *Lychnus.*
scibus confudisse uidetur. *Pœcilias.*

Quærendum an Adonis alius quàm uel Rondeletius uel Bellonius proposuere, piscis sit: quo *Adonis.*
niam apud Kiranidem Edone piscis (idem nimirum Adonidi) alio nomine Ophidion dicitur. O- *Ophidium.*
phidij autem species una Rondeletio flaui coloris est: qui color à ueteribus Adonidi tribuitur, un
de & Cirrhis Cerisq́ue uocatur, &c. ut non tres pisces diuersi, Adonis, Ceris & Ophidion sint: sed *Cirrhis.*
unus, tribus diuersis nominibus indicatus, & pro Ophidio rectè à Rondeletio demonstratus. A- *Ceris.*
donis quidem Rondeletij, Turdorum generi adnumerandus mihi uidetur.

GRAECI Constantinopoli uulgò Glinon uocant.

ITALI circa Genuã Bauecqua. Romani cum alijs minutis piscibus confundunt, modò Cernam, modò Missorem (aliàs Messore: uagum nomen ad Vranoscopum, Blennum & Cottum fl.) appellantes. Indigenæ Comasci Vulpem uocant, una Folpe, Bellonius.

GALLI circa Massiliam Gabot uel Gauot.

GERMANICVM Exocœti Bellonij nomen ignoro, quanquam in Oceano frequentissimum esse tradit, & in rupibus Bononiæ penè innumeros reperiri. fingamus igitur nomen, ein Puntersban, à maculis & crista: uel ein Steinrup, quòd ueluti Gobius aut Mustela saxatilis sit. Vel cadẽ nomina quæ præcedenti ponamus, idem enim uel cognatissimus esse uidetur.



PHOLIS Rondeletij, φωλίς. Superioribus (*inquit, de Alaudis autem & Scorpioide proximè scripserat*) & maximè Alaudæ similis est piscis, qui Antipoli à muco Bauosa dicitur. Mollissima est carne & glutinosa. Piscis hic (inquit Aristoteles) mucum quem ipse emittit, sibi obducit, ut in eo quasi cubili quiescat. Cubile autem Græci θαλάμην aut φωλεὸν appellant: inde nomen.

GALL. Bauose, ut prædictum est.

GERMANICE nominabimus ein Schleymlerch/ein Meerlerchen art.



SCOLOPAX Rondeletij, (ficto nomine Græco à rostri longitudine, quod scolopis, id est pa-
xilli instar productum habet, sicut & Σκολόπαξ uel Ascolopas, auis, quam aliqui recẽtiores Ro-
stricem nominant,) haud scio ad quem Ordinem referri mereatur. Rondeletius piscibus peregri-
nis adnumerauit: quos cum ego plerosq́ue omnes ad suas classes retulerim, & hic unus supersit: in fi
ne Ordinis primi, propter paruitatẽ, collocare uolui. Peregrinus (inquit) & rarus est piscis: sem
perq́ue paruus, ut arbitror. Aliqui Elephantum, tanquam à proboscide, sed rostrum proboscidis in- *Elephantus.*
star flexile non est: alij Ibidem uocare uoluerunt. Sic ille. Ego hunc piscem Serram Plinij potiùs *Ibis.*
dixerim, (ab aculeo serrato:) quàm Cetum illum quem Rondeletius Pristin appellat. Licebit & *Serra.*
Rhamphestem appellare. Ῥαμφησαὶ enim Hesychio pisces quidam sunt, à rostro nimirum dicti,
quod in auibus, præsertim maioribus, Græci rhamphos appellant.

GERM. F. Ein Sagfisch, id est, Serra piscis: uel ein Meerschnepf, id est, Scolopax marinus.

ORDO II. PISCIVM MARINORVM, QVI CONTINET SAXATILES, ET ALIQVOS EIS PROXIMOS, MAGNA ex parte latos & compressos.

DE SAXATILIBVS QVAEDAM IN GENERE.

SAXATILES pisces à ueteribus, non in dulcibus aquis, sed in mari tantum appellati sunt: qui nimirum in litoribus, non impuris & cœnosis, non terreis & arenosis: sed qui in puris & saxosis locis & circa promontoria degant. Quòd si quis tamē in dulcibus etiam aquis saxatiles aliquos contra ueterum consuetudinem nominare uellet, non ij qui sub lapidibus stabulantur & latent plerunq;, qui & squamis carēt, & humidiori sunt carne minimeq; friabili: sed illi potiùs qui in saxosis fluuijs & riuis degunt, exercenturq; subinde contra aquam natando: ut præcipuè Thymalli, qui saxatilibus mar. conferri possunt (quanquam & alij quidam minus laudandi, in saxosis fluuijs reperiuntur: qui tamen cæteris eiusdem generis in alijs aquis degentibus collati, multò præstantiores sunt) sic uocari poterunt. ¶ E saxatilibus marinis Galenus nominat præcipuè Scarū, Merulā, Turdū, Iulidem, Phycidem & Percam. Hi (inquit) nec alimenta, nec loca mutant, nec dulcibus aquis utuntur, ob eamq; causam omnes perpetuò sunt inculpati: & nullum in eis discrimen manifestum reperitur, ut qui perpetuò in purissimo mari degant: aquamq; dulcem, & eam quæ ex dulci & marina mixta est fugitent. Itaq; illos (inquit Saluianus) qui non perpetuò, neq; omnes eiusdem generis in saxosis locis uictitant, cuiusmodi (ipso authore) Gobio est, à uerè saxatilibus excludit: etsi à plerisq; antiquis scriptoribus hi quoq; inter saxatiles censeantur. ¶ Saxatilium quidam naturam formamq; imitantur, ut Alaudæ Rondeletij: qui tamen inter saxatiles à medicis non habentur. immorantur enim ferè saxis, nec ita circumnatando subinde exercentur, unde molliori sunt carne, aliqui etiam mucosa ut Blenni: quare nos ad primum Ordinem eos reiecimus. ¶ Sunt qui in saxis quidem degant: sed neq; figuram, neq; naturam saxatilium referant: ut Canicula illa quæ Gallis Cato rochiero dicitur: ut Locustæ, Murænæ. Saxatiles pisces pleriq; à Gallis communi nomine Rochiers uocantur, à Germanis dici possunt **Steinfisch/Steinling.**

Scari iconem quæres ad finem libri.

SCARVS, Σκάρος, inter saxatiles omnes principatū tenet. Genera eius duo sunt, ὀνίας, de quo hic agimus, (qui propter latitudinem corporis, & cum Sargo similitudinem, ad quartum Ordinem referri poterat:) & alter αἰόλος, id est, uarius cognomine. Vtriq; multæ communes sunt notæ: sed sunt etiam propriæ. A uerbo σκαίρειν (id salire uel saltare significat: aliquando etiam pasci. piscis quidem hic algam & herbas depascitur) fiunt σκάρος & σκαρεὺς, Athenæus & Eustathius. sed fortè duo hæc nomina piscis unius fuerint: ut Perca & Percis, &c. Nō alius hic piscis uidetur, quàm qui alibi Meryx (Μήρυξ) ab Aristotele uocatus est, hoc est, Ruminalis. solus enim hic piscium ruminare creditur: & solus uocalis esse Oppiano. ¶ Nostris (inquit Rondeletius) diu incognitus fuit: neq; mirum, cum Romanis olim & toti Italiæ serò uisus fuerit. nam Columella: Scarus (inquit) qui totius Asiæ Græciæq; litoribus Sicilia tenus frequentissimus exit, nunquam in Ligusticum, nec per Gallias enauit ad Ibericū mare. Et Plinius: Scarus Carpathio mari maximè frequēs, promontoriū Troadis Lecton spōte nunquā transit. Inde aduectos incredibili multitudine nauibus, Tiberio Claudio principe, Optatus è libertis eius, præfectus classis, inter Ostiensem & Campaniæ orā sparsos disseminauit. Quinquennio ferè cura est adhibita, ut capti redderentur mari. Posteà frequentes inueniuntur Italiæ in litore, non antè ibi capti. In nostro mari (inquit Rondeletius) capiuntur non procul à Massilia, & maximè circa Stœchadas insulas. Rhodi maximam esse copiam à Rhodijs accepi. Idem apud Athenæum perperam scribi ait, hūc piscem dentibus serratis, & carniuorū esse, & Lepore mar. uesci: omnia enim hæc falsa esse. ¶ Colore ex cæruleo nigrescit, uentre est candido: Sargo similis, corporis forma ad rotundam accedente, aculeorum pinnarumq; situ & numero, &c. Dentes planos hominis modo maxillasq; habet: immò propriè solus latos habet, (Plinio teste.) atqui Sargi etiam dentes, & Picij seu Melanderini, & Auratæ, plani humanisq; similes uidentur. Aristoteles hunc piscem ut solum ruminare, ita etiam non utrinq; dentatum esse scribit, & superioribus dentibus carere.

GRAECI etiam huius temporis Σκάρον nuncupant, Massarius.

ITAL. Nonnulli existimant Scarum Romæ inter Auratas à piscatoribus uendi: qui similitudine (quod facilè credo) decepti, neq; animaduersa saporis nobilitate, in foro piscario eum Auratis & Sargis commisceant. consensu tamen piscatorum, Zaphirus piscis, (sic à cyaneo eius gemmæ (*sapphiri*) colore dictus,) inter Auratas longè sapidissimus existimatur: qui fortasse Scarus antiquis

quis fuerit, Iouius. Romanis nostrisq́ non planè notus est, Rondeletius.

GALL. Romanis nostrisq́ non planè notus est. alij enim ob similitudinem Dentè, alij Sargo, alij Cantheno uocant. à nostris piscatoribus pro Sargo uenditur.

GERM. In Oceano Germanico an reperiatur hic piscis nondum mihi constat. (Scarum quidem uarium in Oceano non capi Bellonius testatur.) quamobrem nomen eius Germanicum fingo: **ein Mewer oder Mewling**: id est Ruminator: **ein Mewbrachsme/ein Steinbrachsme. ein Zanbrachsmen art.**



SCARVS uarius, Σκάρος αἰόλος. Αἰόλος quidem, id est, uarij cognomen, multis etiã alijs piscibus est commune: ut Percis, Coracino: & multis alijs saxatilibus epitheton hoc cõuenit, Rondeletius. Superior Scarus (inquit idem) ferè concolor est. hic uerò, oculis, uentris inferiore parte, in qua podex, purpurei est coloris: cauda coloris Indici: reliquum corpus partim ex uiridi, partim ex nigro, cæruleum est: squamæ ueluti notis obscurioribus aspersæ. In medio uentris notas duas purpureas habet: formosissimus sanè piscis, si quis alius. Romæ per semestre spatium unus tantùm mihi uisus est. Capitur aliquãdo in nostro mari, è regione Magalonę, & nõ procul à Massilia, & Antipoli: circa Stœchades insulas sæpius. ¶ Bellonius superioris non meminit: & hunc simpliciter Scarum nominat. Nullus (inquit) est in Propontide, Ponto, & Hellesponto: in Creta plurimus. ¶ Piscem corporis forma Scaro uario similem, totum purpurei coloris, Rondeletius tertiam Anthiæ speciem facit. Vide infrà in hoc Ordine.

GRAECVM in Creta uulgus hodieq́ antiquam appellationem retinuit, Bellonius.

GALL. Aliqui eum communi saxatilium nomine Rochau nuncupant: alij Aiol, alij Auriol: seruatis, ut credibile est, nominis αἰόλος uestigijs, Rondeletius.

CANARIARVM insularum incolæ, ut ferunt, Brechos appellant, Rondeletius.

GERM. In Oceano reperitur circa Canarias: fortè & alibi: quanquam Bellonius in Oceano reperiri negat: de Gallico nimirũ Oceano tantùm sentiens. Nomen fingemus, **ein Puntermewling**, hoc est, Ruminator uarius; uel circunscribemus, **ein schöner geteilter Mewer.**

Merula Rondeletij.



Bellonius aliam Merulæ iconem quàm Rondeletius exhibet, nescio an diuersi piscis. Suum quidem Rondeletius Tincæ fl. corporis habitu similem esse scribit: & suũ Bellonius ab Italis Tincam mar. appellari, &c. sed corporis species differt, ut apparet. Saluianus etiam Callariam suum, id est, Phycidẽ Rondeletij, Romæ Tincam mar. uocari scribit: & aliqui (ni fallor) Coracinum similiter uocant.

MERVLA piscis, dictus est à colore auis eiusdem nominis: sicut & Κόσσυφος uel Atticè Κόττυφος Græcè: quanquam in aue color niger est, in pisce ad uiolaceum accedit, ex indico nigrescens. sed ueteres etiam indicum aut purpureum exaturatum colorem, nigrum uocabāt, ut in purpura, uiola. Isidorus Hispalensis masc. genere Merulum dixit. Merulæ, Turdi, Squillæ, uere nigrescunt, posteà candorem suum recipiunt, Aristoteles: hoc est, suum quidem colorem seruant: sed is magis exaturatus fit circa uer, æstate uerò magis diluitur, minusq́ niger est, Rondeletius. Idem etiam aliud Merularum genus obseruauit, dorso nigro, uentre indico, quibusdam partibus cœruleis, ut pinnis, cauda & circa branchias. ¶ Oppiano Merula mas est, Turdus (Κίχλη) uerò fœmina. quod fortè nonnullis persuasit formæ similitudo: quæ facit ut hodieq́ nonnulli horum piscium nomina permutent. Terminatio quoq́ in Græcis uocabulis (nam apud Latinos contrà se habet) hanc persuasionem promouisse uidetur. Grammatici quidam Græci etiam Κόψιχον hunc piscem nominant, sicuti auem. ego pro pisce apud authores Κόσσυφον tantùm reperire memini.

Turdus an mas Merulæ.

ITAL. Piscatores maris Ligustici, Adriatici & nostri quoq́, hoc est, Mediterranei, ad unū Merulā agnoscūt, quā cum Phycidibus etiam confundunt. Romani tamen peculiariter speciē unam Merlo nominant, sæpe etiā Canarellas, Canadellas & Phycides Merulæ nomine uocant. Merulā Itali æquè atq́ Phycidem, Tincam mar. nominant, Bellonius. Merula Turdo simillima est, sed nigrior. eam quia Tincæ formam habet, Tincam mar. Veneti cognominant, Massarius.

HISPANI & Sardi adhuc nomen Latinum retinent, Gillius.

GALL. Vide superiùs in Italicis. Peritiores piscatores Merle uocant: nonnulli Tourd, non distinguentes Turdum à Merula: alij communi saxatilium nomine Rochau, Rondeletius. Cauendum ne quis Merlu dictum à Gallis piscem (Merlucium recentiores quidam Latinè efferunt, quasi marinum Lucium) pro Merula accipiat.

GERM. F. Ein Merlefisch, uel Amselfisch: Germani quidem inferiores Merulam auem uocant Merle, ut etiam Galli, qui & auem & piscem ita nomināt. uel ein Meerschlye, id est, Tinca mar quanquam & Phycis quibusdam Italis eodē hodie nomine uenit, & fortè alij etiam pisces, ut genus quoddam Iulidis. Ein Meerschlyen art.

ANGL. Merulam (inquit Turnerus in epistola ad me) in litore Angliæ occiduo uidisse me puto. hanc piscatores illic uocabant a Cookefishe: quòd nautarum coci iure quodam suo propter delicatum saporem apud se retineant & coquant, quum reliquos omnes facile ad quæstum distrahi patiantur.

DE TVRDIS IN GENERE: IN GENTIVM TAMEN NOMENclaturis quædam ad species aliquas Turdorum priuatim pertinere uidentur.

TVRDORVM multa sunt genera (inquit Rondeletius,) uaria nomina: tantaq́ colorum uarietas, ut in ijs creandis lusisse uideatur natura. Pancrates apud Athenæum author est, multis nominibus appellatum fuisse Turdum, & Nicander πολυώνυμον cognominat. etenim Κίχλην, Σαῦρον, Αἰολίαν, nuncuparunt: ex quibus nomen Κίχλη frequentius est: & ita potiùs scribendum quàm Κίχλα. Athenæus ex Aristotele μελανόστικτον, id est, nigris maculis insignem facit: sed potiùs ποικιλόστικτον dixerim, id est uarijs notis distinctum: & sic apud Athenæum legisse uidetur Phauorinus, & Eustathius. Hæc ille. Addit, multas illas à se positas Turdorum species, solo ferè colore differre. ¶ Turdus piscis à colore dictus est, ut tradit M. Varro: non à sapore simili, ut forsan aliquis suspicaretur. Atticis Κίχλη, Doribus & Siculis Κιχήλα dicebatur. Πολυώνυμα recentiores Græci philosophi uocāt, quæ Grammatici synonyma: unde & hic piscis Polyonymus cognominatur, quòd diuersis uocabulis rem eandem significantibus appelletur. Σαῦρος quidem nomen frequentiùs alteri cuidam pisci attribuitur: siue illi quem Acui similem Rondeletius exhibuit: siue Lacerto eiusdem peregrino, (Græcè enim Σαῦρος lacertum sonat:) quem (inquit) aliqui propter uiriditatem iucundam, simul & oris totiusq́ capitis similitudinem cum terrestri, Lacertum uocant. In Turdis quidem nullam ad Lacertos formæ similitudinem reperio: sed quidam ex eis planè uiridi colore sunt, qui præ cæteris fortè Sauri nomen merentur. Aeoli siue Aeoliæ nomen, uarium significās, alijs quoq́ diuersis eandem ob causam piscibus, siue ut nomen, siue ut epitheton tribuitur: ut Scaro, Coracino, alijs. ¶ Merulam in eodem genere marem: Cichlen uerò, id est, Turdum, fœminam esse, solus tradit Oppianus: necdum inuenit (puto) qui consentiret: ex uulgi nimirum opinione. Alexander Trallianus medicus: Turdus (inquit) piscis est tener, humidus, concoctu facilis: & si fortè ipsam Ptisanam marinam nomines, non erraueris: adeò recrementi expers est alimentum quod ex ea capitur. ¶ Turdorum plura esse genera (inquit Saluianus) res ipsa declarat: licet solus antiquorum Columella (quod sciamus) id notauerit, inquiens: Turdi complura genera includemus. Cauendum est autem ne omnes picturatos pisces (quod ichthyopolæ ubiq; ferè faciunt) Turdos uocemus: non solùm Turdos ipsos, qui uerè picti sunt (Turdorum auium instar:) sed Percas etiam, Hiatulas, Fucas, Merulas, Pauones, atq́ reliquos depictos pisces, Turdos perperam appellantes. Hunc autem errorem facilè uitabimus, si ueterum authorum testimonio, Turdi piscis aluū

Κίχλη. Σαῦρος. Αἰολίας. — *Κιχήλα.* — *Ptisana marina.*

Turdi auis instar, uariam siue maculosam esse animaduertermus: quamobrem qui uariam aluum non habent, Turdi non sunt. Hæc ille. Veteres quidem illi, quorum testimonio Turdorum aluum uariam esse comprobat, non alij sunt, quàm diuus Ambrosius, qui Turdum aluo uarium appellat: Isidorus Hispalensis albouarium dixit, [*fortè quòd in uentre candido uarij coloris puncta sint:*] sed horum scriptorum in hoc argumẽto non magna est authoritas: ego Turdos pisces non in uentre tantùm, sed alijs etiam partibus maculosos, & uarijs coloribus insignes esse uideo: quod nimirum cum alijs multis saxatilibus commune habent. Rectè igitur dixerit Saluianus, aluo uarios esse Turdos: sed addendum, alijs etiam nonnullis partibus. Post hæc, Turdorum species tres describit: quas nos suis locis cum Rondeletij Turdis componemus: generibus summis hic indicatis: Turdus (inquit) aut minor est, & latus: aut maior, & oblongus, qui rursus subdiuiditur in uiridem & rubrum, nulla alia quàm coloris differentia distantes.

ITALI, Hispani & pleriq; alij Turdum (Turdo) appellant, Rondeletius & Saluianus. Glaucum piscem Massilienses falsò Vmbrinam, Veneti (eundem uel Chromin Bellonij) Turdum nominant, qui uerus Turdus non est. sed qui inter Genuensium Lagionos peculiariter Turdus dicitur, is meritò Turdus est, ab eo potissimum uocatus, quòd cum eius color ex rufo in melinum uergat, ad uiridem tamen inclinet, &c. Bellonius. ¶ Papagallo: Vide inferiùs inter Germanica.

HISPANI & alij pleriq; etiamnum Turdo appellant.

GALL. Nostrates, Prouinciales, Itali, Hispani Turdo nominant: Galli Vielle, Rondeletius. qui tamen rursus duodecimum Turdi genus priuatim Vielle nominat: undecimum uerò peculiariter à quibusdam Durdo uocari scribit. alibi etiam Coracinum in Gallia Narbonensi quosdã Durdo uocare testatur. ¶ Vielle nomen ad Græcũ Cichla uel Cichela ferè accedit.

GERMANICVM nomen fingimus Punterfisch, à punctis & maculis quibus distinguitur. Vel Krametfisch: nam Krametuogel, Turdus auis est. Vel Meertrostel. nam inter Turdos aues minorem alterum Germani Trostel uel Trossel appellant. uel Seepfawe, id est, Pauo marinus. Rondeletius quidem genus secundum de suis Turdis mar. priuatim Pauonem nuncupat. Bellonius in Gallico libro de piscibus, piscem Romæ Papagallum dictum, Pauonis nomine exhibuit: quem Turdum postea in libro Latino nominauit. is uel idem cum Saluiani Papagallo est, (quem infrà post Turdos collocabimus,) uel planè similis. Vel communi Saxatilium nomine uocamus Steinling/ein art der Steinlingen: ut etiam Galli Rochau.



TVRDVS I. Rondeletij. Non admodũ (inquit) dissimilis est Cinædo, minor paulò & latior, ad Auratæ figuram accedens, dentibus recuruis: pinnarũ situ numeroq; cæteris saxatilibus similis. Labra habet crassa & rugosa: dorsum fuscum est, uenter ex albo liuescit, &c. ¶ Idem est Turdus minor Saluiani, ut coniicio: quem & latum facit. Rondeletij quidem effigies proportione latiorem ostendit: & caudæ pinnam aliquousq; bipartitam, cum in descriptione aliter dicat, Cauda non in duas pinnas, sed in unam latam desinit: (qualis nimirum in cæteris etiam Turdis & saxatilibus plerisq; spectatur.)

ITAL. HISPAN. Vide Gallicum nomen.

GALL. A pluribus (simpliciter) Turdo dicitur, sicut & apud Italos, & Hispanos.

GERM. F. Die erst art der Krametfischen/Meertrosteln/oder Meerpfawen.

Lepras Bellonij.



Scarus. *Eiusdem alia icon, Venetijs facta pro pisce nomine Marzapan: quam apud me uisam Bellonius, eandem suæ Lepradi esse asserebat. Cognatus huic uideri potest Scarus uarius Rondeletij, quem Bellonius simpliciter Scarum nominat. sed differt dentibus, quos planos (suprà) habet Scarus, & in Oceano non capitur: cum hic exhibitus & Mediterranei & Oceani piscis sit.*

LEPRAS Bellonij, (ficto nomine,) piscis saxatilis, qui ab Oceano ad mediterraneos deferri solet. Mihi quidem Turdis cognatus hic piscis uidetur. Lege mox in Gallicis eius nomẽclaturis. Bellonius hunc Psorum & Lepradem Græcorũ esse putat, Leleprin uerò Latinorum, in lemmate historiæ huius piscis. Sed leuis est coniectura, eaq; ex solo nomine, *Psorus.* Psorum hunc piscem idcirco facere, quòd eædem in ipso suggillationes, quales in psora uel lepra laborantibus, uisantur, atqui psora uel lepra affectus est turpissimus, & fœda cutis asperaq; facies: huius uerò piscis colorum uarietate (ut Bellonius ipse refert) nihil pulchrius. Hoc etiam non animaduertit huius piscis nomen (Ψόρ☉) per o. breue scribi, psora (ψώρα) cutis uitium per o. longum. Prӕterea Athenæus significare uidetur, Melanderinũ à Speusippo Ψύγρου, à Numenio Ψόρου dictum: Melanderinum autem longè diuersum Rondeletius exhibet. Sed Athenæi locus aliquid *Lepras.* dubitationis habet. Porrò Lepradem piscem nullus quod ego sciam authorum nominauit: *Lelepris.* & Lelepris Græcum, non Latinum uocabulũ est, sed diuersi piscis, qui aliter Phycis dicitur, teste Hesychio in λελεπρείς. ¶ Quid si At- *Attagenus.* tagenus sit hic piscis Athenæo memoratus, propter maculas & pũcta, quibus similiter ut Attagen auis distinguitur: similiterq; in cibo lautissimus est? Scio Attagenum alio nomi- *Scepinus.* ne Scepinũ dici à Dorione, à quo fortè diuer- *Scepanus.* sus fuerit Oppiani Scepanus, (per a. in penultima,) qui in cœno & paludibus maris uiuit.

ITAL. Venetijs Marzapan nominatur: nimirum quòd æquè in delicijs appetatur, ac Martius panis uulgò dictus.

GALLICE. Armoricis ad Oceanum uocatur Poulle de mer, id est, Gallina marina, ab alijs Rosse, nimirum à colore rubicundo, quibusdam Vieille, circa Lutetiam. at Rondeletius Turdum suum à Gallis Vielle uocari author est, in primo Turdorum genere, & rursus similiter duodecimũ atq; ultimum. Videtur autem hic quoq; piscis Turdis cognatus, tum specie corporis, tum colorum uarietate insigni, primo præsertim generi quod Rondeletius ponit.

GERM. F. Ein rooter Punterfisch: uel ein rooter Krametfisch, hoc est, Turdi genus rubicundum.



Pauo

TVRDVS II. Rondeletij. Hic (inquit) à nobis diſtinctionis gratia Pauo nuncupatur, priori ſimilis, maior tamen plerunq;, colore ex uiridi cęruleo uel indico, colorem colli Pauonis referente in pinnis omnibus, & in cauda. ¶ De Pauonis nomine lege ſuprà in Germanicis nominibus Turdi in genere: Saluianus Pauonem alium, & ipſum tamen, ni fallor, Turdis cognatum exhibuiſſe uidetur: cuius uerba recitabimus infrà.

GERM. F. Die ander art der Krametfiſchen oder Meerpfawen/ von farben an̄ floßfädern vnd am̄ ſchwantz blawgrün/ wie ein Pfaw am̄ halß.



TVRDVS III. Rondeletij. Superioribus (inquit) ſimilis eſt, colore uerò diſpar. eſt enim uarius admodum: uixq; ullus eſt qui plures colorum differentias habeat. Viridis eſt magna ex parte: ſed pūctis purpureis, cæruleis, indicis & alijs confuſis coloribus conſperſus, &c. Frequens eſt Romæ, & Antipoli, & in Lerino inſula. Vide in decimo Rondeletij Turdo inferiùs.

GALLICE (*circa Monſpelium puto*) Minchia di Re à nonnullis uocatur, ut Rondeletius ſcribit. at Saluianus Iulidem Romæ & Neapoli obſcœna uoce Menchia di Re (*id eſt, Mentulam regis*) uocari tradit.

GERM. F. Die dritte art der Krametfiſchen/ iſt am̄ meerern teil ſeins leybs grün/ mit mancherley tüpflinen/ roten/ blawen vnd andern geſpreckelet.



Pſittacus.

TVRDVS IIII. Rondeletij. Hic etiam (inquit) uarius eſt, dorſo nigreſcente, pinna eius uireſcente, &c. Nonnulli ex piſcatoribus noſtris Perroquet, id eſt, Pſittacum uocant, quòd ea ſit coloris uarietate, qua auis illa Indica. ¶ Alius opinor, ſed cognatus eſt, Pauus Saluiani, quem Romæ uulgò Papagallum (id eſt, Pſittacū) uocari ſcribit, ob oculorum uarietatem: de quo inferiùs poſt Rondeletij Turdos leges.

GALLICE Perroquet, ut iam dictum eſt.

GERM. F. Die vierdte art der Krametfiſchen/ am̄ ruckē ſchwartzlacht/ mit einer grünlachten floßfädern darauff. wirdt bey Monpelier von ettlichen ein Pappegey genennt/ von wägen ſeiner farben.

TVRDO Rondeletij quarto cognatus uidetur piſcis, cuius imaginem, qualem Venetijs (ubi Porga, ſi bene ſcribo, uulgò uocatur) nactus ſum, hîc exhibeo. Colores in pictura noſtra, huiuſmodi ferè ſunt: Dorſum & laterum dimidia pars ſuperior, fuſci ſunt coloris, maculis crebris ſubnigris uariantibus. Lineæ tres aut quatuor cœruleæ à branchijs ad caudam tendunt. In oculis circuli duo aurei pupillam ambiunt, inter quos medius unus fuſci coloris eſt. Cauda quoque maiori ex parte cœrulea eſt; idemq; color initio pinnarum ad branchias, & in capite circa infraq; branchias



apparet. eodem dimidia pars dorsi pinnæ anterior, pulchrè pingitur: posterior uerò pars cùm flaua sit, cœrulei coloris maculis distinguitur. Laterũ pars dimidia inferior flaua est, & maculis subruffis uariat. Pinnæ ad brãchias fuscæ: binæ in uentre, & una à podice, flauescũt. Reliqua apparẽt.

GERM. F. Ein art der Krametfischen/der yetz gemelten vierdten art änlich.

TVRDVS V. Rondeletij. Hic (inquit) Gobionem flauum refert, hoc ab eo discrepans, quòd lineam albam ductam ab oculis ad caudam habet: & maculis nigris, quib. aspersus est Gobius, caret, colore aureo est, &c.



GERM. F. Die fünffte art der Krametfischen/ist gold=

goldfarb/ mit einer weyssen linien von den augen biß zů dem schwantz.

TVRDVS VI. Rondeletij: quinto omnino similis, linea ab oculis ad caudã ducta, nõ alba est, sed cęrulea: rostroq́ est longiore & aquilino.

GERM. F. Die sechßte art der Krametfischen/ der fünfften änlich/ hat aber nit ein weysse/ sunder ein blawe linien von den augen biß zum schwantz: vnd am̃ schnabel ein vnderscheid.



TVRDVS VII. Rondeletij. Magnitudine (inquit) est cubitali, coloribus uarijs insignis, dorso aureo, uiridibus maculis conspersο, uentre candicante: lineis rufis & tortuosis, nullo ordine dispositis. Hoc genus esse puto, quod Κηρὶς ab Athenæo dicitur, (unde Cero fecerũt nostri:) quam facit teneræ carnis, aluo facilem, stomacho gratam: cuius succus incrasset & abstergat. Sic ille. ¶ Meminit eius aliquoties Trallianus inter salubres pisces: apud Plinium medicum Cereda pro Ceris legitur. Idem uidetur esse Cirrhis (Κιῤῥὶς, ἡ) Oppiani, quem circa petras leprades degere scribit: & alibi eundem, ut puto, cirrhadem uocans, à Perca deuorari refert. Ceris quidem à ceræ colore uocatur: cirrhis uerò ab eodem!: Græci enim giluum uel subflauum (citrinum aliqui uulgò uocant) colorem κιῤῥὸν appellant. Hæc coloris similitudo fecit, ut aliqui hunc Turdorum generis piscem, cum Adonide seu Exocœto cõfunderent. sic enim in Phauorini Lexico legimus, Κιῤῥὶς ὁ ἰχθὺς, ἐπειδὴ κιῤῥός ἐστι τὴν χροιάν. ὁμοίως δὲ λέγεται παρὰ Κυπρίοις Κίῤῥις, ὁ Ἄδωνις: παρὰ Λάκωσι δὲ ὁ λύχνος. in quibus uerbis Lychnũ quoq́ pro pisce acceperim: etiamsi ab Adonide seu Exocœto distinguere eum uideatur: nisi deprauata est lectio, & sine articulo legendum, παρὰ Λάκωσι δὲ λύχνος. Lychnum in Arcadia modò uocitant, ut nos interrogauimus Exocœtum olim dictum, Massarius. Verisimile est autem Lychnum dictum similiter ut Ceridem à cereo colore: quoniam & lychni seu candelæ è cera fiebant. (Alius uidetur Dilychnus Nili piscis, memoratus Straboni.) Oppianus quidem Adonidem seu Exocœtum & Cirrhidem planè diuersos facit. Inuenio in Græcorum Lexicis nomen hoc uariè scriptum, Κηρὶς, Κίῤῥις, Κιῤῥὶς, Κίρυλος, Κιῤῥὰ, Κίῤῥυλος. ex quibus ultimum fortè tantùm probari poterit: reliqua perperã mihi scribi uidentur. Apud Vuottonum etiam Scirrhis legitur: abundante nimirum σ. ut in Scordylo & Scolijs.

Κηρίς. Cirrhis. Κιῤῥάς.

GALLICE ad mediterraneum Cero, à Græco uocabulo Κηρὶς.

GERM. F. Die sibende art der Krametfischen/ mit einem goldfarben rucken mit grünẽ fläcken besprengt: mag ein Wächßling genennt werden/ dann er wachßfarb ist.

TVRDVS VIII. Rondeletij. A septima (inquit) nõ admodum differt. est enim eodem ferè modo uarius: sed lineas multas habet in uentre sese intersecantes.

GERMAN. F. Die achtende art der Krametfischen/ dem sibenden beynach geleych: hat aber vil übertwäre striche durch einander am bauch.





TVRDVS IX. Rondeletij: similis superiori, nisi quòd lineam candidã habeta branchijs ad caudam: alias multas confusas, obliquas, ut Ceris, quæ aurei sunt coloris. alioqui colore est uario, uiridi, & flauescente.



GALL. A quibusdam Gaian (*sicut & undecimus*) dicitur, ab alijs Bille: à nostratibus Menestrier, hoc est, Tibicen: quia uarijs est coloribus tibicinum ritu, qui uersicolori habitu uti apud nos solent, Rondeletius.

GERM. F. **Die neünte art der Krametfischen / geleych der achtenden / außgenommen daß sy ein weysse linien hat von den orwangen biß an den schwantz.**

TVRDVS X. Rondeletij. **Colore** (inquit) est uiridi, extrema operculi branchiarum & pinnarum uentris purpurascunt. oculi rufi. uenter ex albo flauescit. ore est paruo, labrisq; paruis. ¶ Idem hic Saluiani Turdus maior uidetur, etsi latior proportiõe quàm à Saluiano pingitur. Turdus maior (inquit) etsi partibus externis internisq; (ferè) omnibus, minori (*primo nimirum Rondeletij*) simillimus est: tamen ab eo corporis figura, colore & magnitudine plurimũ differt. Nõ enim Tincæ instar latæ figuræ est, ut ille, sed oblongæ: nec eisdẽ depingitur coloribus. Nam cum hic maior coloris ratione duplex sit, neutri cum minore cõuenit color. horum nanq; unus (quem Romæ & Tordo & Verdone appellant) totus uiridis est: alter uerò subrubet: cætera simillimi. Vtriusq; dorsum maculis paruis, rotundis atq; cæruleis conspersum est. uenter uerò & latera maculis confusè permistis, Turdi auis more, insignita conspiciuntur: qua una nota minori Turdo similes sunt. qui etiam palmi mensuram non excedit: hi ad cubitalem aliquando excrescunt magnitudinem. ¶ Aliqui Turdum simpliciter alio nomine Σαῦρεν uocant: quod nomen si à colore, ut aliquis conijciat, impositum est, non omnibus, sed huic præcipuè, utpote uiridi: aut etiam tertio, qui magna ex parte uiridis est, conuenire uidetur. **Salusanum** quidem, Turdi maioris uiridis nomine, (qui Romę Verdone uocatur,) non tertium **Rondeletij Turdum**, sed decimum hũc intellexisse animaduerto uel ex eo, quòd à Turdo subrubro, **colore solùm eum** separauit: quemadmodum Rondeletius quoq; decimum suum ab undecimo, colorum tantùm uarietate diuersum facit. ille enim uiridis ei est, &c. ut diximus: hic uerò colore rubricę, multis nigris & liuidis maculis respersus. uentre plumbei coloris. labris magnis. ¶ Idem, ut suspicor, Teragus Ouidij fuerit: de quo ille in Halieutico: Tum uiridis squamis, paruo saxatilis ore. ego pro squamis, Teragus legendum censeo, ex Plinio Ouidium citante. Quòd si quis pro Terago, Turdum legere maluerit, parum refert: Bellonius quidem eundem Ouidij uersum de Turdo interpretatur.



Teragus.

ITALICE. Tordo aut Verdone Romæ, ut suprà dictum est.

GERM. F. **Das zähende geschlecht der Krametfischen / grün von farben / darumb es Grünling genennt mag werden.**

TVRDVS XI. Rondeletij. Hic (inquit) inter Turdos maximus, ad Lupi cubitalis magnitudinem & crassitudinem accedit, &c. Vide plura in decimo Turdo: à quo (Rondeletio teste) colorũ duntaxat uarietate differt. picturę quidem ab eo exhibitæ alias



etiam

etiam differentias ostendunt: Saluianus pro utroque unicam iconem exhibuit, cum in colore duntaxat discrimen esse admonuisset.

GALL. Auriol nostri uocant, alij Gaian, alij Durdo, Rondeletius. suspicatur autem Auriol, quasi αἰόλον dictum, cùm suprà Turdum primum priuatim αἰόλον nominârit. Gaian quoque nonum Turdum suum à nonnullis uocari dixerat.

GERM. F. Die einlifte art der Krametfischen / ein rotlacht geschlecht der Steinlingē.



TVRDO undecimo Rondeletij specie similem cognatumque esse conijcio, cuius figuram hic, qualem amicus quidã Venetijs depictam ad me dedit, apposui. Bellonius hunc piscem suis coloribus expressum apud me cum uidisset, Hepatum à se descriptum (nam iconem non dedit) esse affirmabat. Piscis est undiquaque fermè rubicundus, magis quidem circa dorsum, circa uentrem albicat. Dorsum dimidia sui posteriore parte, tribus maculis atris deinceps notatur, ita ut macula ultima caudam attingat. Oculorum pupillam nigram circulus ruber ambit: isque rursus includitur cæruleo, uti pictura nostra præ se fert. Turdorum quidem generis uerè esse hunc piscem, non habeo quòd affirmem; Rondeletij tamen Turdo undecimo similem aut cognatum esse ut putarem, similitudo aliqua effecit, ut prominentia labra, color rubricæ, pinnæ consimiles. Noster tamen latior uidetur, Rondeletij oblongior: qui etiam (inquit) multis nigris & liuidis maculis aspersus est: quas in nostro non uideo, nisi quòd dorsum ternis (ut dixi) atris maculis notatur.

ITAL. Venetijs uulgò aliqui Lucium marinum uocant, ut audio. sed Sphyrænæ etiam id nomen tribuitur: & Asellus quoque Merlucius, quasi Lucius marinus appellatur. Bellonius à uulgo Venetorum Sachetum, ut etiam Chanadellam, indifferenti nomine appellari scribit. solo enim (inquit) colore, qui paulò magis in Hepato fuscus est, inter se differunt.

GERM. F. Ein rotlachte art der Steinlingen oder Krametfischē/ bedunckt mich der nächstgesetzten einlifften art ånlich vnnd gleych/ wo es nit åben der selbig fisch ist.



TVRDVS XII. Rondeletij. Et hic (inquit) in Turdorum genera referendus mihi uidetur, qui uulgò Vielle (*ſuprà Turdum in genere à Gallis Vielle uocari ſcripſerat*) dicitur: neq; enim minus uarius eſt, ꝙ cęteri iam deſcripti. Capite eſt cæruleo, dorſo uireſcente. Linea uiridis & tenuis à branchijs ad caudam ducta eſt, in cuius extremo macula eſt rotunda, paulò ſupra caudam. reliquo corpore eſt rubeſcente. Pinnæ uariæ, ſed maiori ex parte purpureæ.

GALL. Vielle, ut ſuprà dictum eſt.

GERM. F. Die zwölffte art der Krametfiſchen/mit einem blawen kopff/vnnd grünem rucken. es ſtreckt ſich auch ein enger grüner ſtrich von den floßfädern/an den ſchwantz zů.



TVRDIS uel Scaro uario fortè affinis eſt piſcis, cuius picturam, ut olim Venetijs accepi, huc appoſui. Luſitanos Bodian uel Ruijo uocare audio, Illyrios Cany. Coloribus uarijs eleganter depingitur ac uariatur: fuſco præſertim, ſeu nigricante & rubro. Pinnæ ad branchias flaui coloris ſunt: reliquæ fuſcæ, ſed fibris ſpinis'ue (ad picturam hæc ſcribimus) rubris diſtinctæ, uti etiam cauda. In oculis pupillam nigrã circulus è luteo ſubuiridis ambit: quo exterior alius eſt uiolaceus, ſequitur luteus, poſtremus niger. Maculæ quædam magnæ per latera nigricant, &c. ¶ His ſcriptis incidi in Saluiani piſcẽ 94. quem uulgari nomine Papagallum nominat, figura noſtro hîc exhibito planè ſimilem: quanq; coloribus ab eo deſcriptis nonnihil diſsidet. Romæ (inquit) ob oculorum uarietatem Papagallo uocant, Luſitani Budiam. A diuo Ambroſio & Iſidoro Hiſpalenſi propterea quòd Paui auis colorem imitetur, Pauo uel Pauus uocatur. (Deſcriptionem prætereo. conuenit enim cum icone noſtra, coloribus exceptis: & quòd dentes nimis magni noſtro adpinguntur.) Circa ſaxoſa maris litora atq; ſcopulos uictitat: ubi etiam ineunte ęſtate parit. Carniuorus eſt, nõ ſolùm enim alga atq; alijs maris purgamẽtis, ſed minoribus etiam piſcibus ueſcitur. Solitarius eſt: & ferè ſemper ſinguli capiũtur, ſolentq; uerno ac autumnali duntaxat tempore capi: eò quòd forſan æſtate caloris, hyeme frigoris impatientes lateãt. Inſipidus atq; ignobilis piſcis habetur. carnem habet mollem potiùs quàm duram, cui & lentor aliquis ineſt. Hæc ille. Vilis quidem & inſipidus cum ſit, Scari nomen non meretur. Romani (Bellonio teſte) genus omne piſcium diuerſis coloribus inſignium, nomine Pſittaci, Pauonis, Turdi uel Merulæ uocare conſueuerunt. Idem in Gallico libro de Piſcibus Pauonis nomine piſcem, ut ſcribit, Romæ Papagallũ dictum exhibuit: quem Turdum poſtea in libro Latino nominauit. is uel idem cum Saluiani Papagallo eſt, uel planè ſimilis. Sunt & Rondeletij quidam Turdi eidem ſimiles.

Alius

Alius ab hoc est, opinor, quartus Rondeletij Turdus, quem circa Monspeliũ à nonnullis Perroquet (id est Psittacum) uocari scribit. Idem etiam Turdum secundum suum, Pauonem uocare uoluit.

ITAL. Romæ Papagallo, ut supra dictum est.

LVSITANICE Bodian, Budiam, Ruĩjo.

ILLYRICE. Cany.

GERM. F. Ein art der Steinfischen / wirdt zů Rom ein Pappegey genannt / von wägen daß er so mancherley farben in den augen hat.

TVRDORVM etiam generi planè cognatus uidetur, quem pro Anthia tertio, Rondeletius ponit.





Maior

SVNT etiam pisces duo Venetijs mihi depicti: quorum icones hîc subiungere Turdorũ historiæ uolui, quòd utriq; horum piscium speciem præ se ferant aliquam, (unde etiam saxatilem utrunq; esse cõijcio,) & colore sint uario: et alia eorum uetera nomina ignorem.

Ex his maior, (quem propiùs ad Turdos accedere puto quàm minorem,) Raina de mer, id est, Carpa marina uulgò dicitur, (si modò rectè hoc nomen à pictore adscriptum est,) mihi quidem nõ placet. nã & Coracinus Bellonio Massiliæ alibiq; pesce Carpa uel Scarpa dicitur: Raina autem Italicè Carpam sonat: & Rondeletio Coracinus à Gallis quibusdam ad mediterraneum Durdo.) In eo (ut pictura præ se fert) cauda, & posterior pinnæ dorsi pars, rubicunda & punctis uaria est. anterior uerò & maior eiusdem pinnæ pars, è fusco albicat. Dorsum ipsum cœruleo uiridiq; colore mixtis tinctum apparet: uenter candicat: pars ad caudæ initium nigricat. Punctis toto corpore subnigris aut fuscis uariatur. In oculis pupillam nigricantem circulus aureus uel croceus ambit: quem alius fuscus, hunc deniq; subflauus circundat.

Minor uulgò Venetijs Luisolo dicitur, si bene lego adscriptum à pictore nomen: in quo plus Minor.

cœrulei eſt, præſertim in cauda extrema, & parte prona tum corpore tum pinnis. cuius etiam coloris in oculis circulus apparet, medius inter alios duos albicantes. Corpus ferè fuſcum, ſed alijs coloribus paſsim modicè admixtis, & punctis quæ magis fuſca aut ſubnigra ſunt uariantibus. Hęc ad picturas. Eundem aut ſimilem in Oceano ab accolis Germanis, præſertim Flandris, audio **Poſten** uocari, à uelocitate. ſic enim propriè appellamus nuncios Principum, (aſtandas ſiue angaros Perſæ,) qui equis diſpoſitis itinera accelerant.

DE ANTHIIS IN GENERE.

ANTHIAS ut Aeneas dicitur: Græcè Ἀνθίας, ὁ. Oppiano Ἀνθιεύς. Huius quatuor genera Rondeletius libro ſexto De piſcib. mar. inter Saxatiles deſcripſit. Oppianus piſcibus uagis eos adnumerat. Præcipuè (inquit) circa petras profundas degunt: non ſemper tamen. oberrant enim undiquaq;, pro libidine gulæ, utpote edaciſsimi piſcium, quanuis edentuli. magni & cetacei ſunt, in quatuor genera diſtincti. Primi flaui ſunt, ſecundi candidi, tertij punicei: quarti Euopi uel Aulopi, propter ſuperciliorum ſpeciem dicuntur. Lege infrà quæ ſcripſimns cum quarta ſpecie Anthiæ. Quanquam autem quatuor illi Rondeletij Anthiæ omnes toto genere differant: hoc tamē loco eos cōiungere uolui, donec certius aliquando de his piſcibus aliqd cōſtet. ¶ Ariſtoteles Aulopiæ eundem Anthiā facit, neq; in ſpecies diſtinguit: fortè quòd nulla præterquàm colorum notabilis eſſet differentia: quæ ſi tanta fuiſſet, quāta in Rondeletij Anthijs apparet, nomina certè cuique propria deberentur, non unum tribus, coloris duntaxat differentia expreſſa.

Anthias alio nomine Callichthys dicitur. aliqui Callionymum & Ellopem quoq; uocant. aliqui ſacrum piſcem: ſed hæc appellatio cum multis alijs ei cōmunis eſt. aliqui Leucum, λευκόν, (qui nimirum Oppiani Anthias candidus fuerit.) alij Aulopiam, αὐλωπίαν. Oppianus Aulopum priuatim quartam ſpeciem Anthiarum facit.



ANTHIAE prima ſpecies, Rondeletio.

GALLICE circa Monſpelium Barbier.

GERMANICE circūſcribi poteſt: **ein rotlachter Rundtkopff**. nam & colore rubeſcit, & capite eſt rotundo, non compreſſo.



ANTHIAE ſecunda ſpecies fortaſsis, ut Rondeletius ſuſpicatur. Anthiæ rubeſcenti (inquit) ſubiungit Oppianus ἀργεννόν, id eſt, album & ſplendidum. quis autem is ſit, me nondùm planè ſcire fateor. nam hîc à nobis exhibitū, ſuſpicione tantùm quadam motus, anthiam album eſſe puto: utpote quo candidiorem ſplendidioremq; nullum unquam uidi. Piſcis eſt pelagius, ad aſellorū genus accedens, ſed paulò latior. noſtri Capelan appellant. *Aſelli.*

GERM. **Bolck/Kableau/Capellēgau.** ¶ Ex Aſinis Oceani eſt (inquit Turnerus in epiſtola ad me) uentricoſus ille piſcis, cui in labro inferiori barbula eſt, unde Aſinus barbatus cognominari poterit. Hunc Angli Boreales uocāt **a Keling**, Meridionales **a Cod**, Occidentales **a Melwel**: Friſij orientales **ein Cabbelow**: Rheni accolæ ſalſum, **ein Bollich**.



ANTHIAE tertia ſpecies Rondeletio. Tertium Anthiæ genus (inquit) Oppianus nigrum (αἵματι κελαινόν, purpureum exaturatum) facit. cuius generis piſcem eſſe eum, quem

quem hîc exhibemus, affirmare ausim. est enim saxatilis, totus purpurei coloris uel indici, corporis forma Scaro uario similis. ¶ Turdorum generi forma naturaq; cognatus hic piscis uideri potest.

GERMANICE circunloquemur: **ein schwartzbrauner Steinling oder Steinfisch.**



ANTHIAE quarta species, Rōdeletio. Quarta Anthiæ species (inquit) Oppiano dicitur Euopus, Εὐωπός, quòd bonis sit oculis, & optima uisus acie, *(uel à pulchris uel magnis oculis:)* & Aulopus, Αὐλωπός: nimirum quòd oculi in orbem ueluti supercilio rotundo, obscuro uel nigro, cincti sint & coronati: quo fit ut caui & sint & uideantur, cernantq; acutiùs. Hæc nota cum huic, quem oculis subijcimus maximè conueniat, quin Anthias sit quarti generis non dubitamus. ¶ Aelianus (inquit idem Rondeletius) Aulopiam alium uidetur descripsisse, magnitudine maximum: qui magnos etiam Thynnos, etsi mole inferior, robore uincat. Cum captus est (inquit Aelianus) eximia forma spectatur. oculis est patulis, rotundis, magnis, cuiusmodi Homerus bubulos canit. maxillæ non solùm robustę, sed etiam pulchræ sunt. dorso est cœrulei coloris saturati. uentre candido. à capite ad caudam pertinens aurea quædam linea in orbem desinit. Ex his (inquit Rondeletius) colligunt nonnulli, Aulopion esse quem lingua uernacula uocamus Boniton, nos Amiam esse demonstrauimus. Hæc ille. Ego Aeliani Aulopiam, utpote magnum piscem, &c. ab Anthijs diuersum non fecerim. nominat enim Oppianus ἀνθιέων μεγακήτεα φῦλα: & quas earum species facit, omnes edentulas, non tam forma quàm colore aut specie oculorum distinguere uidetur: at Rondeletij Anthię, siue omnes, siue pleriq;, minores sunt, dentatiq; omnes, & genere toto inter se differũt. ¶ A Neapolitanis de piscatore quodam probo uiro accepi, piscem quendam uocari Aulopenam uulgò, quem uidere mihi nondum licuit, Gillius.

GERMANICE. **Ein Seebrachsmen art mit einem schwartzlachten kreiß oder ring vm die augen.**



IVLIS, ἰουλίς. Gaza Iuliam conuertit. Piscis uix digito *(palmo, Bellonius. dodrantem interpretor)* longior, uarius: nimirum dorso uiolaceo: à capite ad caudam, subauream lineam ductā habet, hinc & inde rostri modo dentatam: cui pars quæ subest, colore est cœruleo, uenter candido flauescente, &c. Rondeletius. Hi pisces frequentes inuadere muscarum instar, & mordere solēt illos, qui in mari urinantur aut natant: nec ueneno caret morsus eorum. ¶ Idem fortè est Teragus, Ouidij hoc uersu celebris: Tum uiridis squamis paruo saxatilis ore, ut nostri codices habent. ego pro squamis repono Teragus, è Plinij catalogo piscium, qui Teragum paruum ex Halieutico Ouidij nominat, sed est etiam in Turdorum genere (decimus Rondeletio) uiridis quidam, & paruo ore. Iulidem quidem magna ex parte uiridē uidisse memini. Non est una Iulidum species (inquit Bellonius.) euariant enim colore: sed semper reuertuntur ad suas notas, quibus ab inuicem discernuntur. Lege mox in Italicis nominibus. Sed magis placet, ut Turdum uiridem, de quo suprà scri- *Teragus.*

C

psimus, Teragum Ouidij faciamus. ¶ Hyccam pro Iulide Hermippus Smyrnæus accipit. Synesius in epistolis Iulum pro Iulide dixisse uidetur. Hycca fortè, id est Sucula, à uoracitate dicta fuerit: Iulis uerò dicta uideri potest, quòd similiter, ut Iulus insectum, suo morsu pruritum in corpore excitet. Oppianus certè de uenenosis morsu piscibus agens: primùm Scolopendras mar. suo morsu in corpore pruritum & calidum ruborem tãquam ab urtica herba excitatum inducere ait. deinde, Iulides simile illis ore uenenum continere. Est autem Scolopendra mar. insectum à similitudine terrestris sic dictum: terrestri rursus similis est qui Iulus uocatur uermis multorum pedum, ita ut nauim longam referat, unde Lycophron νῆας ἰουλοπέζους dixit: & Synesius nauim quæ remis impellitur ζώῳ πολύποδι comparat: Nicander Scolopendræ: Aelianus cetaceam quoq; Scolopendram naui remis impulsæ confert. Aut fortè Iulis dicta est, quòd ut eruca maior lanuginosa, (nã & alij uermes multipedes, iuli dicũtur, ut Scolopendræ; licet pilos non habeant, quòd plurimi pedes fortè in eis quasi pili quidam sint,) uarietate colorũ insignis sit. ¶ Colore est tam uario, ut pulchritudine cum Pauone pisce contendat: pisciumq; omnium formosissimus uideri possit. Palmi magnitudinem non superat. Iulis Aristoteli gregalis est: nostra in Romano maris tractu rarissimè, & sola semper capitur. Hermippus quidem captu eam difficilem scribit. Aelianus & Oppianus tradũt Iulides pisces saxatiles esse, quibus os ueneno refertum sit, adeò, ut quemcunq; piscem degustarint, inhabilem cibo & perniciosum reddant. easdem hominem urinantem aut natantem infestissimè persequi, & Muscarum in terra instar, frequentes incurrere & morsu affligere. Hæc Saluianus Iulo pisci diuerso, non autem Iulidi adscribenda putat. Oppianum ait diuersis in locis utriusq; meminisse: qui tamen piscis sit Iulus, nondum constare. Neq; enim Hermolao (inquit) subscribendum censemus, qui Balænæ ducem, quem alij Musculum uocant, Iulum uocari testatur. atqui hic pisciculus ab Oppiano ὁδηγός, id est, dux, nõ autem Iulus uel ab illo, uel ab alio quoquã, quod compererim, nominatur. ¶ Iam cum non Aelianus modò & Oppianus, Iulidem, non Iulum, piscem morsu infestum & uoracem appellent, sed Numenius quoq; ἰουλίδα μάργον unà cum uenenata Scolopendra nominet: Iulum autem uenenatum esse nemo dixerit: est quòd diligentiùs hac de re cogitet Saluianus. Natantes quidem ab hoc pisce morderi & infestari Rondeletius suo experimento testatur: qui etiam incuruos eius dentes esse tradit. Os paruum apparet: quare cum escam uorare nequeant, præmordent: unde captu difficiles sunt. Ego ita uenenatum morsum earum esse puto, ut punctura Apum & Vesparum uenenata traditur, hoc est, magis propter dolorem quem excitat, quàm periculum. Exesos uerò ab eo pisciculos uenenatos reddi, non simpliciter crediderim, ex illa quam recitat Aelianus historia: piscatores cum Squillam media ex parte ab Iulidibus exesam gustassent, uehementes alui cruciatus sensisse. Piscem enim nõ recentem quemuis, aut à quouis alio aliqua ex parte exesum, nemo tutò ingesserit: & qui fame coactus id fecerit, periclitabitur. An Iulides quia panphagi sunt, noxijs etiam circa saxa animalculis, ut Scolopendris alijs'ue non abstinent: & inde morsus earum nocentior redditur? quamuis simpliciter etiam paruis & recuruis dentibus uulnuscula inflicta noceant. an à Scolopendris marinis, quos etiam Iulos dixeris, exesa, potiùs quàm ab Iulide, ueneno non carent? Vtcunq; est, Iulidem à Bellonio, Rondeletio & Saluiano exhibitam: ueram, & eandem Aeliani Oppianiq; Iulidem esse persuasus sum. ¶ Iulis, sicut & cæteri saxatiles, teneram, friabilem, concoctu facilem, & saluberrimam carnem habet. Saporis quidem suauitate cum sapidissimis minimè conferri debet, Saluianus.

GRAECVM uulgus Illecam uocat, uel Iglecquam. Rhodium Asdellos. nonnulli Zillo, (Ζῆλον,) uel Sgourdelle, Bellonius.

ITAL. Veneti & Massilienses Donsellam & Domisellam uocant: Genuenses Zigurellam, hoc est, puellam, Bellonius. A Liguribus Girello siue Girella nominatur, à nonnullis uerò Donzella: ab alijs Iurela, Iula, Rondeletius. ¶ Romæ & Neapoli obscœna uoce Menchia di Re uocatur, Venetis Donzella, Saluianus. Rondeletius Turdum tertium quoq; suum ab aliquibus Minchia di Re appellari scribit, ἴσως διὰ τὸ τὴν κεφαλὴν καὶ σῶμα τοῦ ἰχθύος τούτου, βάλανον καὶ ἐρύθεαν ἀνδρὸς μορίου μιμεῖσθαί πως δοκεῖν. Nos alium quoq; piscem rubicundum, Donsellæ nomine alicubi (in Italia puto) dictum, descripsimus in Corollario de Alpheste. Rondeletio Ophidion Plinij (Asellorum generis pisciculus ut uidetur) circa Monspelium uulgò Donzelle uocatur. eius quidẽ species una Rondeletio flaui coloris est: qui color etiam Adonidi pisci tribuitur, quem alio nomine Ophidion dictum Kiranides tradit. ab Adonide quidẽ Donzellæ nomen deduci potuit: quanquã à Græcis hodie nonnullis ζῆλος appellatur: quod nomen fortè per aphæresin à Donzella factum est. ¶ Ex picturis Cor. Sittardi habeo, non forma, sed coloribus, ab ea, quam hîc exhibeo, Iulide, nonnihil differentem: quæ & dentes ore aperto ostendit. Tincam marinam ab aliquibus uocari adscriptum erat, nimirum quòd magna ex parte uiridi colore sit Iulidis illa species. sed Itali Merulas ac Phycides in mari, Tincas mar. uocitant, ut scribit Bellonius.

GALL. Massilienses, sicut Veneti Donsellam & Domisellam uocant. Lege plura in Italicis nominibus. Nostris (inquit Rondeletius) incognita est, quia uix in toto nostro litore reperiatur.

GERMANICE & ILLYRICE. Sclauonicè (ut Sigismundus Gelenius ad me scripsit) dicitur Knezik: quod nomen significatu ab Italico non discrepat, nisi quòd hoc masculinum est, æquè ut illud diminutiuæ formulæ à Knez primitiuo. Germanicè diceres Jüncklerlin. Videtur enim

Hycca.
Iulus.
Tinca marina.

enim hic inter pisces cultior, nimirum prasinatus, ceu quispiam aulicus, aut puella aulica. ¶ Licebit & à pulchritudine **Schönling** appellare.



ADONIS seu Exocœtus Rondeletij. nam alius est Bellonij, Ordine I. inter Gobios. Hic & Cirrhis apud quosdam à cirrho, id est, subflauo colore dicitur: aut Lychnus, à colore ceræ ceréi ue. Vide suprà quæ cum Turdo Rondeletij VII. annotauimus.

GALLICE. Nullum huius (inquit Rondeletius) uulgare nomen comperi, sed cõmuni tantùm Saxatilium nomine (Gallico, Rochau scilicet) uocatur.

GERMANICE circunscribatur: **ein gälber oder goldgälber Steinling.** Nomine quidem **Steinling** communi uti licebit ad omnes saxatiles. Lege scripta ad finem Exocœti Bellonij, Ordine I.

ALPHESTES Rondeletij: quem eundẽ Cinędo statuit: quod ueterum nullus (puto) expressit. erudita tamen hæc Rondeletij coniectura est, quòd utrique cereus color tribuatur: & Alphestæ ueluti libidinis causa, quod cinædorum est, κατὰ πυγὴν alter alterum sequantur. Bellonius quoque hũc piscem Cynædum (per y.) nominat.

Cinædus.



GALLICE. Rochau, communi saxatilium nomine. Peritiores piscatores uocant Canus, Massilienses Canudo, (un Sanut, Bellonius,) corrupto uocabulo cinædum uolentes dicere, Rondeletius.

GERMANICE. **Ein art der Steinlingen oder Steinfischen/auff dem rucken purpurfarb/am übrigen leyb gälblacht.**

Quærendum an Adonis, qui & Ophidion & Cirrhis dicitur, cognatus sit Alphestæ. est enim Ophidion ueluti Mustela quædam marina: sunt autem Mustelæ quædam colore luteo, omnes quidem μονάκανθοι, ni fallor, &c. ut alius fortè sit, quàm Rondeletius putauit, Alphestes: quem tamen cinædum esse non dubitarim. Bellonius pro Alpheste eundem quidem piscem pingit: sed minùs latum, crassioribus labris, bene dentatis: corpore maculoso, & punctis distincto, non expressis squamis. ¶ Alphestes ab Aristotele, ut citat Athenæus, monácanthus dicitur. Dorion scribit fluuiatilem Mitrænam (Lampredam nimirũ) spinam unicam solùm habere, Onisco galariæ similẽ.

CHANNVS uel Channa piscis est sic dictus ἀπὸ τοῦ χαίνειν, hoc est ab hiando, liquida Aeolicè duplicata. χάννος, χάννη. Non probo eos qui χάνη per αυ. diphthongum in prima scribũt, &c. Gaza Hiatulam interpretari uoluit: sed quoniam & Chamam concham alicubi similiter interpretatur, præstiterit nos Græca retinere uocabula, ne res diuersæ confundantur. ¶ Channa piscis moriens perpetuò hiat ac rictum ædit. ¶ Hunc piscem Aristoteles inter pelagios numerat: ipsa tamen experientia in saxosis litoribus reperiri demonstrat: quod & Oppianus testatur, non uerè tamen saxatilis est, Saluianus.



GRAECORUM uulgus adhuc Channo uocat, Bellonius. Chane, Gillius.

ITAL. Genuenses Bolassos uocant, incolæ portus Veneris, Barquetas, Bellonius. Græci etiam hac ætate & Veneti uocant Chanen, Gillius. Romæ, Sopracielo. Genuenses & Hispani, Serran, Saluianus.

GALLICE & HISPANICE. A Massiliensibus, nostratibus (circa Monspelium) & Hispanis Serran dicitur, à quibusdam Thanna, Rondeletius. Massilienses piscem alium isti similem, Channam uocitant: & stagni, quod lingua nostra Martegue dicitur, accolæ, pisciculum alium Canadelle: quod fieri propter similitudinem reor, & hos pisces cum Channis confundi, Idem. Massilienses Serranos uel Serratanos uocant.

GERM. F. Ein fisch gleych dem Meerbersich/ein Meerbersich art. Tanta est (inquit Bellonius) huius piscis cum Orpho, Hepato & Perca mar. (cum qua publicè diuēdi solet) similitudo, ut piscem penè eundem esse credas, &c.



CANADELLA uulgò dictus piscis à Gallis ad Ligusticũ mare, nunquam ad eam magnitudinẽ extuberat ad quam alij pisces saxatiles, Bellonius.

ITAL. Veneti Sacheto uel Saccheto uocãt: quod nomen etiam Hepato nostro tribuunt (inquit Bellonius) à quo, solo colore differt.

GALLICE. Chanadelle: quòd fortè tanquam diminutiuum à Channa nomen est. ¶ Massilienses alium piscem Channæ similem, Channam uocitant: & stagni, quod lingua nostra Martegue dicitur, accolæ, pisciculum alium Canadelle; quod fieri propter similitudinem reor, & hos pisces cum Channis confundi, Rondeletius.

GERM. F. Ein besundere vnd kleine art der Meerbersichen/oder Seeparsen.

Perca marina Rondeletij.



PERCA marina, tenera & friabilis est: fluuiatilis uerò, de qua suo loco dicemus, dura & glutinosa. Græcè πέρκη dicitur, aliquando περκίς, Rondeletius. Etsi Plinius eodem capite Percas & Percides nominat, illas amni & mari communes: has uerò maris peculiares faciens: Græci tamen hæc nomina non distinguunt, Saluianus. Percam conijcio dictam à colore, quem Græci περκνόν uocant.

GRAECI etiam hodie antiquo nomine utuntur, Rondeletius.

ITALICE. Romæ Perchia dicitur. quanquam & Phycis eodem nomine ibidem sic appellatur.

HISPANICE Percha.

GALLICE Perche de mar, ad mediterraneum.

GERMANICE ut fluuiatilem nominamus Bersich/Barß: ita marinã nominabimus Meerbarß/Meerbersich. Apud Borussos Bertschge uocatur marinus piscis, subfuscus, dodrantalis, gratus in cibo, & solidę carnis: non alius puto quàm Perca: etsi Bellonius Percam ex Oceano nunquam se uidisse scribat, Albertus Percam mar. piscibus, qui circa litora maris Germanici capiantur, adnumerat.

ANGLI similiter Gallis nominant Perche.

Hanc quoque iconem Venetijs olim cum alijs ad me missam, Percæ mar. esse conijcio, cum aliâs, tum propter maculas transuersas, fuscas, punctis nigrioribus notatas, ut pictura præ se fert, interuallis rubicundis. ad latera ex ruffo subflauus color est, &c. sed aculeus ab ano, non uidetur conuenire Percæ: nisi hæc proximæ pinnæ pars est, à pictore imperito diducta.



Vt Bramæ marinæ species multas feci, non quòd reuera generis unius species sint: sed similitudine quadam formæ inter se conuenientes pisces diuersos, Germanis ita interpretari uolui: sic ab aliqua cum Perca similitudine, alios quoque diuersos pisces ceu species eius interpretari nobis licebit, ut Channam, Phycidem, Hepatum Bellonij, & eiusdem Canadellam, &c.

Phycis Rondeletij, picta pro pisce quem Phyco (aliâs Figo) Romæ uocant: cuius aliam imaginem Ordine V. dabimus. neq; enim saxatilis is piscis est.



Phycis Bellonij, Merulæ cognata.



Phycis uera Saluiani, pingitur ab eo pag. 227.

PHYCIS. Græcè φυκὶς & φύκιον dicitur: à Gaza Phuca uel Fuca uertitur. Phycidion Aristotelis, nihil aliud est quàm parua Phycis. Phycis ita dicitur, quoniam pisciũ sola nidificet ex alga,

quam Græci phycon uocant. Phycis etiam phycos Aristoteli dicitur, ut recentiores quidam scribunt. mihi φυκὶς oxytonum genere fœm. per iôta, solùm rectè scribi uidetur, (non etiam φῦκος aut φύκιον) sicut & apud alios authores inuenio: nec aliter apud Aristotelem in præsentia. apud quem tamen libro 6. historiæ cap. 13. φύκης paroxytonum per η. reperio, de Phycide mare. A Diphilo nominatur ὁ φυκὴν, καὶ ἡ φυκὶς, siue specie diuersi pisces, cognati tamen inter se: siue sexu tantùm, ut ὁ φύκης καὶ ἡ φυκὶς ab Aristotele, sexu solùm differentes. φυκὴν (inquit Saluianus) fortè corruptum pro φύκης est. ¶ ——— καὶ φυκίδες ἅος, ἀλιῆες Ἀνδρὸς ἐπωνυμίην θηλύφρονος ἠνδάξαντο, Oppianus. pro ἅος, ex uetustis codicibus, legendum ἃς δ'. Græcus Scholiastes: His uerbis (inquit) poëta notat eunuchum quendam: qui patrem ipsius apud regem detulerat: unde is in exilium missus fuit. In tribus quidem manuscriptis codicibus (inquit Saluianus) super nomen φυκίδες, glossematis loco

Λεπίναι. λεπίναι inscriptum reperiri: quasi Phycides λεπίναι fuerint dictæ, eo nomine ab eunucho eis imposito, Hæc ille. mihi poëtæ uerba clariorem expositionem requirere uidentur. Rondeletius diuersos à Phycidibus pisces, Alphestas siue Cinædos interpretatur: sicut & Brodeus. Lippius ex Oppiano uertit, Phycides eunuchi uero de nomine dictę: quem Rondeletius & Saluianus reprehendunt, nescio quàm rectè. mihi quidem meritò hi pisces, Eunuchi nominari posse uidentur: quoniam pisciũ soli εὐνὰς, siue (ut Aristoteles loquitur) στιβάδας, hoc est, lectos potiùs quàm nidos, ut quidam uertunt, sibi construant, inq; eis pariant. Alga uelut nido constructa fœtus circundant, & contra tempestates tuentur, Plutarchus. Eunuchus sanè lecti custodem significat, ut poliûchus urbis. Confirmat sententiam Lippij & nostrã, quòd in quatuor manuscriptis Vaticanæ bibliothecæ exemplaribus (Saluiano teste) legitur ἃς δ', id est, quas, fœminino genere: ut ad Phycides referamus: nam si de alijs quibusdam piscibus sensisset poëta, οὓς δ' masc. genere prolatum ab eo oportuisset. Idem poëta hos pisces canit degere circa petras φυκίοισι, id est algis, & musco plenas. Quare Phycis siue à cubili suo algario, ut ita dicam: siue à petris, ubi degit, algosis dicta fuerit. λεπίνης quidem nomen ad Leleprim accedit: est autem Lelepris Hesychio piscis, qui aliter phycis dicitur, λελέπρις. Cum Phycida Massiliensi piscatori ex oppido Neapoli oriundo demonstrarem, dixit Neapoli Leprem uocari, Gillius. Rondeletius etiam Phycidem suam Venetijs Lepo nominari scribit. Sed Gillius de quo pisce senserit, nondum mihi constat: qui tamen cum hodieq; Græci, ut ipse testatur, Phycida nominẽt: & Neapolitani Lepre (tanquam Leleprin) ueram Phycidem cognouisse uidetur. Veneti (inquit idem) quendam piscem falsò Phycum uocant. is enim squamis caret, & paruulæ Pelamydis similitudinem gerit. Phycis squamosus est, & saxatilis, trientalis longitudinis. sic ille. Puto autem eundem piscem quem Phycum Venetijs uocari scribit, Romæ Figo dici: & squamis carere. sic enim & Tincæ mar. quod ei tribuunt nomen conueniet. Saluianus in icone squamas paruas addere uidetur: quarum in descriptione non meminit. mea etiam, quam ex Italia accepi, huius piscis icon squamis caret. Rondeletius magnas & manifestas suæ Phycidi attribuit, quam Romæ Phyco uocari scribit. Quamobrem diligentius expendenda res est. Rondeletius certè Phycidem ueram non agnouisse uideri potest, ex eo quòd Romæ Phyco nominari scribit: qui piscis, Saluiano teste, in cœnosis litoribus capitur: at Phycis saxatilis est, Aristoteli, Diocli, Galeno, Plinio. Oppianus eam circa saxa muscosa degere canit. ¶ De Bellonij Phycide, leges inferiùs in Italicis nominibus.

GRAECOS hodie uulgo Phycida (Phocida Rondeletius) antiquo nomine uocare Gillius tradit: Phyceam, Massarius: Pephycarismenam, Hermolaus. Lampinam uel Lambenam, Bellonius.

ITAL. Phycides Tincarum uiridium colorem atq; effigiem referẽtes, Fici uulgò nuncupantur, Iouius. Est autem qui Romæ Fico uocatus piscis, Rondeletij quidem Phycis, Saluiani uerò Asellus callarias. De Italicis nominibus Lepre & Lepo, leges suprà: ad uetus enim Græcum Leleprís accedunt. ¶ Audio à Neapolitanis piscem quendam ostendi, nomine Pittara, pro Phycide, quem Græci huius temporis Phocida nominent, Rondeletius. in cuius uerbis pro Pittara primùm Lepre legendum puto: deinde pro Phocida, Phycida: idq; ex Gillij uerbis, quæ imitatum esse Rondeletium apparet. ¶ Phycidem uti Romæ unà cum Percis, quibus simillima est, uendũt: sic à Percis non distinguẽtes, Percia (etsi perperam) appellant, Saluianus. cuius sententiam approbat Speusippus, Percam, Channam, & Phycidem similes inter se faciens. Lepo nomen Vene-

Elepox. tijs usitatum, tum ad Leleprin alludit, ut dixi: tum ad Elepoca, quem Hesychius Phycidi similem facit, his uerbis: Ἐλέποκα, ἰχθῦς, ὅμοιος φυκίδι.

Phycis Bellonij. Phycis (inquit Bellonius) multorum colorum est piscis, fluuiatili Tincæ persimilis. Hunc Veneti promiscuè Lâmbênam, Genuenses Lagionum, Romani ut plurimùm Merlinum (*Merlo cum icone scriptum erat*) uocant. nam id genus omne piscium coloratorũ, nomine Psittaci, Pauonis, Turdi uel Merulæ illis (minùs tamen rectè) uocari consueuit. Sic ille. Est autem Phycis eius alia quàm uel Rondeletij uel Saluiani Phycis: &, meo quidem iudicio, à Phycide ueterum, omnino diuersus piscis, Merulæ potiùs quàm Percæ similis & cognatus. Itali quidem Merlo, Merulam piscem uocant, Saluiano teste. Lambenæ nomen Venetijs usitatum, à labijs crassis & carnosis factum uideri potest, etsi Bellonius Græcis quoq; uulgarem eam uocem esse scribit.

HISPAN. Vide in Gallicis.

GALL. Phycidis Saluiani, quam ueram existimo, Gallicum nomen non habeo. ¶ Rondeletius

letius suam Monspessuli Mole uocari ait, fortasse ob carnis mollitudinem, Hispanis Molere. ¶ Bellonius suam Massiliæ Roquau: quod nomen Saxatilibus omnibus commune est.

GERMANICE circũscribemus, Ein art des Meerbersichs / ein Meerfisch oder Steinling / dem Meerbersich an der gestalt vast ånlich / hat aber keine übertwåre mackeln wie der Bersich. ¶ Rondeletij Phycis: Ein Meertrüschen art. ¶ Bellonij Phycis, Ein Steinling / ånlich dem Merlefisch.

SCORPII quanquam à quibusdam Saxatiles dicuntur: à nobis tamen Ordine quinto positi sunt, &c.

ORDO III. DE LYRA ET SIMILIBVS PISCIBVS, QVOS LYRIFORMES (ΛΥΡΟΕΙΔΕΙ͂Σ) APPELLAMVS: QVI CORPORE SVNT TERETI, capite crasso: plerique rubescunt, &c. Horum alij sunt squamosi, alij squamis carent.

Bellonius piscem quendã huius generis Cuculũ simpliciter nominat, uel minoris cognomen addit. maiorẽ enim illum facit, quem Rondeletius Lyram: cui pinnas cæruleas tribuit, minori rubentes. Icon quidem Bellonij Cuculum repræsentans, omnino alia quàm Rondeletij est, similis Lucernæ Venetijs dictæ, (ubi nos aliquando pingi curauimus, quanquam cæruleis ad branchias pinnis, quem colorem maiori Cuculo suo Bellonius adscribit,) nisi quòd tres utrinque infra branchias cirros ostendit: quales in Rondeletij Cuculo, ab altera tantùm parte terni spectantur.



CVCVLVS piscis à uoce dictus est, Κόκκυξ. Coccyx similis est Triglæ, id est, Mullo: & Typhon in libris de animalibus author est, putare aliquos Trigólan (Τριγόλαν) eundem esse Cuculo piscem, propter similitudinem formæ, & partium posteriorum siccitatem, Athenæus. ¶ Cuculi caput grandius, & alæ breuiores (si Hirundini & Miluo præsertim conferas) quàm ut uolare posse uideatur. Massarius hunc Miluũ facere uidetur, sed falsò. in Miluo enim Ouidius tergus nigrum requirit: huic rubet, Saluianus.

ITAL. Neapolitani Græci nominis uestigia seruantes Cocchou, quasi Coccygem, (*Cœchum, Siculi uerò Cochum, Gillius. Itali quidam el Cuccho*) uocant: Maris Illyrici accolæ Organo à uoce, Rondeletius. sed Lyram quoq; similiter à uoce Organo uocari scribit apud Ligures. ¶ Romæ pesce Capone dicitur. Neapolitanis & Siculis Cocco. Liguribus Organo. Venetis Lucerna, Saluianus.

GALL. A nostris (*circa Monspelium*) Morrude dicitur ab ore: quia morre uocant os cum prominentibus labris. Galli à Mullis non distinguentes, quòd eiusdem sint coloris Rouget uocant, (*ut Lyram quoque:*) Santones hunc & similes Perlon. Massilienses Galline, (*Corax etiam similis piscis à Romanis Gallina dicitur, Rondeletio teste.*) Agathenses Rondelle, à corporis rotunditate.

GERMANICE & ANGLICE. Aut Cuculus est, aut Cuculo simillimus, magnitudine solùm fortasis, aut colore differens piscis, quem inferiores Germani Gornart, uel Gaernaert appellant: Angli Gurnarde, à crasso naso fortasis. omnibus enim huius generis piscibus capitis magnitudo communis est. Galli quidam Gronau proferunt: tanquam à grunnitu uocis, ut Rondeletius conijcit. Redfisshe, id est, piscem rubentem Angli Gurnardo suo similem esse aiunt. quare Cuculum, cui color rubicundus in hoc genere maximè conuenit, Numenio teste, Redfisshe appellarim: Lyram uerò Rondeletij, Gurnardum. (Alius est Rotfisch Anglorum, inter Oceani Asellos à Bellonio nominatus.) Licebit & Redfisch nomen (aliqui Germanorum Rotabert uocitant: Adamus Lonicerus scribit Rodtbart. Ab authore Regiminis Salernitani Galbio uel Rogetus nominatur) ceu genus ad species aliquot inter se similes extendere. nam & Galli Rogeti (Rouget) nomine similiter à rubore facto, Mullum, Cuculum & Lyram comprehendunt. Græcè Λυροει-

δεῖς, id est, Lyriformes, huiusmodi pisces appellârim: ut Hirundinem, Miluum, Coracem, Lyram utranque, Cuculum. hi enim omnes multa habent communia. Mullus quoque parum ab eorum forma recedit; longiùs aliquanto Vranoscopus. Omnes ferè corpore tereti sunt, capitibus crasſiores, &c. Itaque genus unum commune statui poterit, cuius species Germani differentijs expresſis circunloquentur. Cuculus generis nomine appelletur **ein Redfisch**, ob excellentiã nimirum rubicundi coloris, quem tamen cum Lyra & Mullo communem habet. Hirundo & Miluus, **fliegende Redfische**, id est uolantes Lyriformes. Corax, **ein schwartzlachter Redfisch**. Mullus, **ein Rotbart**. Lyra, **ein Gornart**, uel **Seehan**: uel **Seehaß** ut quidam putat. Lyra altera, **ein geharnischter Redfisch**. In quibusdam Angliæ locis huius generis fusco colore piscem, **Curre**, à sono quem ædit, indigetant. Gurnardorum (inquit Turnerus) habemus duo genera: quorum alterum, quod cinerei ferè coloris est, in occiduis & meridionalibus Angliæ prouincijs appellatur simpliciter **a Gurnard**, apud boreales Anglos **a gray Gurnard**. Alterum genus quod rubrum est, à meridionalibus nostris uocatur **a Rochet**, ab aquilonalibus **a rede Gurnarde**. In littore orientali Angliæ, ut in Essexia, hoc est, orientali Saxonia, & Norfolcia & Sudfolcia, fieri potest ut Gurnardus **Curre** appelletur: at in alijs omnibus Angliæ prouincijs nomen hoc prorsus ignotũ est. ¶ Antuerpiæ piscem toto genere diuersum Leporem marinum (uulgò **Seehaß**) nominant, qui totus est mucosus, & Orbis scutatus à Rondeletio uocatur. ¶ **Gyldenpolle** piscis apud Anglos alicubi dictus: similis est Lucernæ (uel Cuculo, ut audio) mixti coloris ex cinereo & rubro. **Polle** caput eis significat, quo lucet (nimirum etiam noctu) ut aurum, quod Angli **Gylde**, nostri **Gold** appellant.

Est & alius piscis (inquit Bellonius) Romæ tritisſimus, quem piscatores Griczo uel Riczo uocant, hic squamis obducitur crasſisſimis & tangenti asperulis, uelut in Galeorum pellibus uidemus. Rougetum Gallicum, atque etiam Grundinum (*Lyram Rondeletij*) capite, pinnis, cauda, & toto corpore habitu refert, unde piscatores plerique Caponem nominant.



LYRA, λύρα, sic dictus est piscis, quia rostri (bifurci) cornua Lyræ antiquæ figuram referunt. Sonum quidem hic piscis seu stridorem edit, quem ei Aristoteles tribuit, Rondeletius. Sed fortè ab ipso quem edit sono, Lyra fuerit dicta, per onomatopœiam. nam & Lyra instrumentum est sonorum: & sonus talis est, ut ab Aristotele γρυλλισμός appelletur: quod uocabulum literis quibusdam partim omisſis, partim transpositis, cum Lyra colludit. ¶ Bellonius hunc piscem Coccygem (id est, Cuculum) alterum seu maiorem nominat. ¶ Ab huius piscis similitudine alij non pauci forma ei consimiles, λυροειδεῖς appellari poterunt, hoc est, Lyriformes, ceu generis uocabulo: Vide superius in Germanicis Cuculi uocabulis. λυροειδεῖς.

ITAL. A Liguribus uocatur Organo, ob sonum quem edit, Rondeletius. (Idem Cuculum quoque ad mare Illyricum Organo uocari scribit, à uoce.) Genuenses Orgam uel Organum uocant, (*nomen accedit ad Gornart Gallicum, per metathesim:*) alij Canistrum, un Cofano, Bellonius. Romani Caponem, Iouius. sed Caponis nomen communius est: & Miluo quoque tribuitur. Saluianus Cuculum quoque Romæ sic uocari tradit.

GALL. Circa Monspelium Gronau, uel Grougnant, quòd grunniat more suis, (*aut fortè tanquam à naso grosso.*) A Gallis Rouget, à rubro colore, Rondeletius. Gournautum (uel Grundinum, à grunnitu, nostri simul & Angli uocant: Rothomagenses Tumbam: (*origine fortè Germanica, à pollice. nam & Gobium fl. capitatum Angli* **Myllerßthombe** *uocant, & pisci* **Curre** *λυροειδεῖ conferunt,*) Bellonius.

GERM. **Seehan**, id est, Gallus marinus, Rondeletius. (Albertus quidem hunc piscem pro Lepore mar. accipit, qui Germanicè diceretur **Seehaß**.) De Germanicis nominibus Lyræ & similium piscium plura scripsi in Cuculo. Color quidem rubicundus non in Cuculo tantùm excellit, sed in Lyra etiam: ut uterque simpliciter **Redfisch** Germanis ab eo colore denominari uideatur, sicuti Gallis etiam Rouget. cæterùm **Curre** Anglis quibusdam dictus, quoniam fusco colore est, non rubro, ut **Gornard** eorundem, nec Lyra, nec Cuculus fuerit, sed alia eiusdem generis species, Corax ne, an alia, dubito. ¶ Germanicum nomen **Seehan**, quo Pomerani utuntur, uel à rostri figura factum fuerit, quod durum corneumque in hoc pisce prominet: tanquam in uetere gallinaceo, ut Io. Kentmanus ad nos scripsit. Vel ab eo quod inueteratus in aëre suspensus, cauda unde

uentus

uentus spiret, indicet, (quod de Lyra altera Rondeletius scribit,) ut cantu suo tempestatis mutatio nem Gallinacei. Vel à sono quem edit in hoc piscium genere Cuculus, quo Gallinæ aut Pulli uocem quodammodo imitatur: translato postea ad alios similis formæ pisces nomine. Quare & Walkus piscis, uel Wolkus à Danis & Pomeranis dictus, alio nomine Meerhan uocatur, cuius ad sceleton iconem idem Io. Kentmanus ad me misit: qui uiuum uiderint, ad aliquem ne ex illis quos hîc proponimus, referri debeat, an sui generis piscis sit, iudicabunt. Lyriformem quidem esse dubium non est. Branchiarum oræ multis aculeis horrent. os studio diductum, & maximè hians, ueluti orbem, nulla parte prominente efficit: maxillis intus asperis dentium loco. Pinna caudæ & reliquæ rotundæ apparent, præter binas oblongas quæ infra branchias dependent, in dorso geminæ sunt.

Lyræ alterius Rondeletij effigies (quanquam cornua ab ore prominentia, tanquã in Lyra instrumẽto, nulla ostendit) ad sceleton olim nobis delineata.



Cataphract. Holosteus.

LYRA altera siue Cornuta Rondeletij. Plinius (inquit) duobus locis Cornutæ meminit: priore, cùm de uolantibus piscibus loquitur, (lib. 9. cap. 27.) altero, cum de cetaceis, (lib. 33. cap. 11.) De Cornuta cetacea aliâs: nunc de pisce qui cornua attollit è mari, quiq; uolare nititur. Eum esse existimo, quem hîc exhibeo. Nonnulli Lyræ superioris marem esse arbitrantur, sed falsò. Octagonus est, colore phœniceo, totus squamis osseis contectus, &c. Hanc aliquando Lyram putauimus: sed cùm uocalis non sit, (*Bellonius Lyram appellat, & uocalem esse insinuat,*) etiamsi cornua maiora habeat, Cornutam rectiùs dici nunc arbitramur. Plinius sesquipedalia eius cornua dicens, de maximis Cornutis intelligit: quæ uerò sæpius capiuntur, semipedalia ferè, uel etiam minora cornua habent, ut fortasse apud Plinium semipedalia pro sesquipedalia legere oporteat, Rondeletius. qui etiam Cataphractum hunc piscem uel Holosteum, se primum nominasse scribit, quòd undiquaque armatus, totusq; osseus sit. Bellonius etiam in Nilo quendam piscem Holosteum uocauit, quem nos Ostracionem ex Strabone. ueteres holosteum tantum herbam quandam dixerunt. Fallitur autem in hoc Rondeletius, quòd Plinium lib. 9. cap. 27. Cornutæ tanquam piscis uolantis meminisse scribit. Volantes quidem Hirundinem & Miluum capite 26. proximè nominârat. hîc uerò Lucernam primùm, non uolare, sed in summa maria subire dicit. Et mox subdit: Attollit è mari sesquipedalia ferè cornua quę ab his nomen traxit. Sesquipedalia quidem cornua, ceto magis quàm pisci conueniunt: sicut & hoc, quòd è mari ea attollit. siquidem aëris inspirandi causa ceti plerunque capita ad summam aquam efferunt. & libri 32. cap. ultimo Plinius Cornutas cum beluis numerat. Cæterùm Cornutæ beluæ nusquam alibi Rondeletius, ut hîc pollicetur, mentionem facit. Eam tamen Gillius descripsit. Apicius ius seu condimentum Cornutæ describens, piscem intellexisse uidetur.

ITAL. A Liguribus uocatur Malearmato pesce: à Romanis Forchato & pesce Forcha, à duobus cornibus. Nonnulli Lyræ superioris (quam Caponem nominant Romæ) marem esse arbitrantur, Rondeletius. A Genuensibus pesce Armato, Bellonius.

GALLICE circa Monspelium (& Massiliam, Bellonius) Malarmat, id est, Malè armatus, per antiphrasim, Rondeletius.

GERM. F. Eingeharnischter Redfisch, hoc est, Lyriformis armatus; uel ein Gable / ein Gabler, à rostro præ cæteris huius generis piscibus bifurcato.

Pleraque ex prædictis uulgaribus nominibus, alijs etiam eiusdem generis piscibus adtribuuntur, quare cauenda est confusio. nam ne eruditi quidem in hoc argumento species huius generis omnes, etsi non multas, satis adhuc distinxerunt. Venetijs quem hic exhibemus Lucernam uulgò uocant: uel potiùs similem ei alium, nigriorem, cæruleis ad branchias pinnis: cuius ego recens extincti oculos noctu lucere obseruaui.



LVCERNA piscis olim à Plinio dictus, & hodie Venetijs. Subit in summa maria, piscis ex argumento appellatus Lucerna: linguaq; ignea per os exerta, tranquillis noctibus relucet, Plinius. Rondeletius conijcit Hirundinem piscem eundem esse, qui à Plinio Lucerna sit appellatus: Lucernam uerò hodie uulgò dictam, Miluum esse Plinij, *Miluus.* *Hierax.* ἱέρακα, (uel ἵρηκα, ut Oppianus) id est, Accipitrem Græcorum. quanquam Miluum auem Græci ἰκτῖνον nominant. Vide quæ cum Hirundine annotauimus: nobis enim distinguere libuit. Miluum quidem eundem Lucernæ Gillius quoq; & Massarius faciunt. Lucernam Plinius tranquillis noctibus lingua per os exerta lucere ait: id quod omnes piscatores negant: & sanè piscium lingua explanata & mobilis ut exeri queat, nō est. Fortè potiùs Lucerna appellata fuit, uel quòd pinnæ uersicolores noctu fulgorem quendam mittunt, uel quia antiquæ Lucernæ speciem similitudinemq; gerit, Gillius. Nos oculis hunc piscem recens mortuum noctu fulgere obseruauimus. Ouidius nigro tergore Miluos dixit. *Miluago.* Eadem est nimirum Miluago Plinij, (sicut & Rondeletio uidetur:) ea quoties cernatur extra aquam uolitans, tempestates mutari, Trebius Niger author est. ¶ Cuculū nostrum Massarius Miluum facere uidetur, sed falsò, Saluianus. Vide in Cuculo. Idem Cuculum suum à Venetis Lucernam dici prodit. Miluus à Bellonio pictus, squamosus, &c. Hirūdo Rondeletij est. Aliqui Coruum (Coracem) nostrum Cuculum faciunt: cum ille niger sit: Cuculus uerò ἐρυθρός, id est ruber dicatur. Miluum uerò, quem nos Coruum (*fortè Hirundinem: huic enim longißimas pinnas tribuit*) appellamus, ob pinnarum quæ ad branchias sunt longitudinem, Rondeletius. Bellonij sanè & Saluiani Miluus, Rondeletij Hirundo uidetur. Lege in Hirundine.

ITAL. Venetijs Lucerna antiquo nomine uocatur. Romę Capo, uago nomine, ut in Lyra prædiximus.

HISP. A Lusitanis pesce Cábra.

GALL. Circa Monspelium Gabot, uel Cabote aliquibus, à capitis magnitudine: ut fortè Italicè etiam Capo quasi Capito dicatur. Rondeletius tamen Coruum (in hoc genere nigerrimum) Cabote uocari scribit à suis. ¶ Massiliæ Beluga. Vide mox in Lucerna Rondeletij.

GERMANICE nominari posset ein Meerwye, id est, Miluus marinus, nisi id nomē ad Haliæetū potiùs pertineret. Circūloquemur igitur, ein art vō Gornard / oder Curtfisch / oder Seehan / oder Redfisch: ein fliegende Redfisch art / die bey nacht scheynet. uel uno nomine appellabimus ein Scheynfisch.

ANGLI

ANGLI Redfisch uel Gurnarde uocāt: & similem huic, sed nigriorem, minorem, Rotchet.



LVCERNA seu Miluus Rondeletij. Piscis est (inquit) corporis forma coruo persimilis, colore magis rubro, capite minus lato, utrinque compresso: pinnarum numero caudaque similis, magnitudine & colore dissidens. Parti pinnarum quæ ad branchias sunt externæ, nullæ maculæ rubræ insunt: interna ex uiridi non nigricat: sed pinnæ istæ partim flauescunt, partim nigricant, &c. Vide mox in Gallicis nominibus.

GALL. A nostris Lucerna, quòd noctu splendeat. eâdem de causa à Prouincialibus Belugo: nam Belugnez fauillas appellant, Rondeletius. Gillius Lucernam ab accolis Adriatici sinus uulgò dictam, (quæ à Rondeletij Lucerna uulgò circa Monspelium dicta, nonnihil distare uidetur, coloribus saltem,) Masiliæ Belugam (*nomine nimirum facto à Græco φλόγα*) nominari scribit. Generis quidem unius species duæ proximæ uidentur.

GERM. F. Ein andere art des obgesetzten Seehanens oder Scheynfischs.



CORAX piscis, id est Coruus Rondeletij. Corporis forma Miluo similis est. dorsum ei ex cœruleo nigricat, &c. ¶ Græcè Κόραξ, Latine Coruus à Plinio, Celso & Isidoro Hispalensi uocatur, Saluianus.

Qui Coruus piscis & apud Latinos ueteres quosdam uocatur, ut Celsum: & hodie uulgò apud Italos, non alius quàm Coracinus est. Rondeletius diuersum ut faceret, uno (opinor) Athenæi loco commotus est: ubi is scribit Corui carnem, duriorem esse quàm Milui: insinuans speciem reliquam esse similem, carnem duntaxat in cibo duriorem. Xenocrates Coraxum (κόραξον) scribit piscem esse prædurae carnis: qui & in maiorem auctus magnitudinem durior euadat, sapore uirosc, Vuottonus. Coriax uel Coriaxus salsamentum non semel à Tralliano memoratur.

ITAL. Romæ Gallina uocatur, Rondeletius. Sed Cuculus quoque piscis (eiusdē generis species) à Masiliensibus Galline dicitur. ¶ Romæ communi nomine cum Lyra & Cuculo, Capone uocatur, Saluianus.

GALL. A nostris (*circa Monspelium*) Cabote uocatur, à capitis magnitudine, Rondeletius. (Ab eadem & Lyram Rondeletij, cognatum piscem, aliqui Caponem uel Capitonem uocant.) Burdegalenses Perlon, ut reliquos similes.

GERM. Ein schwartzlachter Redfisch. Quære in Cuculo.

Hirundo Rondeletij: eam Miluus à Bellonio pictus propius refert, quàm Hirundo ab ipso picta: quæ ad sceleton fortè facta est, non ad uiuum piscem. Miluus autem Rondeletij, diuersus est.



Hirundinem ad sceleton effictam cum iam olim haberem, hîc etiam apponere libuit.



HIRVNDO, Græcè χελιδὼν dictus piscis, uolucri hirundini perquam similis est. quam ob causam idem nomē ab omnibus ferè gentibus seruatum est. Oris eius partes internæ rubræ sunt, coloris iucunditate & splendore sandaracham uel cinnabarin superantes. ijs partibus Hirundo noctu lucet, uidetúrque candentes carbones ore cōtinere. quam ob causam piscis idem existimari potest, qui à ueteribus Lucerna appellatur: ut Plinij super hoc pisce locus inemendatus sit, &c. Rondeletius. Sunt qui piscē, quem Veneti Lucernam uocant, Miluū esse credant, Bellonius. ipse uerò Lucernam Venetorum, Cuculum facit. Equidem Plinij locum non mutârim; & Hirundinem à Lucerna distinxerim. nam & hodie uulgò Venetijs alium piscem Hirundinem uocant, (Rondola uel Zisila uulgus dicit) aliū Lucernam. Hirundinem noctu lucere, ita ut Rondeletius scribit, non dubito. sed non cōtinuò qui noctu lucet piscis, in hoc etiam genere, Lucerna fuerit. Vidi ego Lucernam Venetijs, ut illic uocant, noctu in cubiculo meo, mortuam quoq; recens, oculis lucere. Hirundo piscis Lucernæ ualde similis est, Massarius Venetus. Miluus siue Lucerna piscis, tam similis est Hirundini pisci, ut Græci hodie falsò eum Chelidonem uocent: Adriatici sinus accolæ Lucernam appellant, Gillius. ¶ Cuculo mulloq; colore & corporis specie similis est Hirundo. longissimas latissimasq; pinnas habet. uolat extra aquam, cuius rei testes sumus oculati. sunt & testes qui ad Herculis columnas nauigarunt: ubi tanta aliquando uolantium hirundinum turba conspicitur, ut non pisces sed aues aquatiles esse credantur, Rondeletius. Oppianus lib. 2. inter pisces quorum uenenati sint aculei, hirundines recenset. ¶ Hirundinis piscis, quē Chaldæi uocant ἰχθὺν χελιδονίαν, caput habere fertur piscis cœlestis iuxta Andromedam, Theon in Aratum. Alius uerò piscis est Chelidonias ille, qui Pelamydi comparatur. ¶ Cum Miluus (Hirundo Rondeletij) super aquam uolitet, & nigro tergore ab Ouidio describatur: nullus alius reperitur & hoc colore simul, & ad uolandū idoneus. Idem autem & Miluago Plinij & Lucerna est quare in Catalogo cum Lucernam connumerasset, Milui non meminit, Saluianus.

Lucerna. *Chelidonias.*

GRAECI huius ætatis χελιδόνα uocant, addita uoce ψάρο, (*meliùs opsaro, pro opsario, id est pisce*) ad distinguendum piscem ab aue, Rondeletius. Miluus seu Lucerna piscis tam similis est Hirundini pisci, ut Græci hodie falsò eum Chelidonem uocent, Gillius.

ITALICE. Adriatici maris accolæ Rondela uel Rondola uocant, Rondeletius. Rondola uel Zisila Venetijs uocatur: in Sicilia Rondine, quæ tria nomina etiam aui hirundini tribuuntur. ¶ Romæ, pesce Rondine, Saluianus. Vide quæ scripsimus in Mugile alato.

HISPANICE. Voladór. Lusitanis Peixe uoatór, uel potiùs uolatór.

GALL. Arondelle, uel Arondelle de mer. Massiliensibus Rondole, uel Lendole. Gallorū nonnulli (inquit Rondeletius) Volant appellāt, quòd auis instar ad lapidis iactū extra aquā uolet. Alij

Alia Hirundinis imago, quam ex Italia accepi, piſcis uolantis ſpecie: pinnis nempe in tranſuerſum extenſis. eædem demiſſæ natantis ſpeciem præbebunt.

D

Alij Papilionem. Alij Rate penade, id est Vespertilionem: quòd colore, alarum magnitudine maculisq́ Vespertilionem æmuletur. Quæ tamen si attentiùs cõsideres, tum etiam uolatum (demissè enim uolat, quemadmodum aues è flumine aquam haustaræ, uel à terra festucas cibúm ue collecturæ) Hirundini uolucri magis quàm Vespertilioni assimilaueris. Hæc ille.

GERMANICE nominari poterit **ein Schwalmfisch**: uel **ein fliegender Rotfisch**: uel **ein art der Zündfischen.**

Pictura hæc Venetijs facta est: satis bona, sed minùs elegans & accurata quàm Rondeletij: quæ cirrhum etiam à medio inferioris maxillæ propendentem ostendit.



CALLIONYMVS, Vranoscopus, Agnus. Καλλιώνυμος, οὐρανοσκόπος, ἄγνος. Agnus quidẽ castum significat; nihil autem de huius piscis castitate legitur. Vranoscopus Cœlispicem significat: Galeni interpres Cœli speculatorem appellauit. oculi enim eius supra caput siti, rectà cœlum intuentur. Latino nomine caret. Idem nimirum fuerit Anodorcas à Thebanis dictus, teste Hesychio: & alio nomine Bricchus, Ἀνωδόρκας, βρίκχος ὁ ἰχθῦς, ὑπὸ Θηβαίων. Gaza Pulchrum piscem interpretatur, tanquam Callichthyn, nõ Callionymon legisset. Atqui tum ob fuscum colorem, tum ob capitis totiusq́ corporis speciem, fœdus est aspectu. & Callionymus, id est, pulchri nominis piscis nominatur, ob Vranoscopi appellationem, quæ pulcherrima est, & homine quàm pisce dignior, ut Rondeletio uidetur. Sed an ab aliqua membri genitalis similitudine potiùs, ita uocatus sit, considerandum est. nam callionymus Hesychio, non piscem modò, sed etiam utriusq́ sexus genitale significat. & Tapecon hic piscis à Massiliensibus nuncupatur, quòd pessi instar conformatus esse uideatur, &c. (Hicesius diuersum piscem Anthiam ab aliquibus Callionymum uocari scribit.) Oppianus Hemerocœtũ (ἡμερόκοιτον) nominat, quòd interdiu in arena dormiat, noctu uigilet, prædæ quærendæ causa: unde & Nycteris (νυκτερὶς, id est Vespertilio) uocatus est. & Psammodytes (ψαμμοδύτης) apud Hesychium, quòd arenas subeat. ¶ Hic an Gobius ille Oppiani sit, quem aculeis suis uenenatum facit, quærendum. ¶ Piscem Arabicè dictum Sabot, uel Alsabut, aliqui hodie Callionymum Græcorum interpretantur: Syluaticus Spinulam (uulgò dictam: hoc est, Scorpium piscem.) at hi marini sunt pisces: Sabot uerò (teste Andrea Bellunensi) fluuiatilis, in Fora Persiæ flumine.

Anodorcas. Bricchus. Pulcher.

Hemerocœtus. Nycteris. Psammodytes. Sabot.

ITAL. Bocca in ca, Boca in capo. Venetis Bec in cauo. Genuæ Prete uel Preue. Romæ Missore, quod nomẽ etiã alijs piscibus attribuũt, (Beleño & Cotto fl.) Alicubi etiã Lucerna de petre: id est, saxatilis Lucerna. alius enim est qui simpliciter Lucerna uocatur. ¶ Romæ Messoro (*sicuti & Blennus mar. & Cottus fl.*) & pesce Prete, Saluianus.

GALLICE. A Massiliensibus turpi nomine uocatur Tapecon, quòd pessi instar conformatus esse uideatur: & Raspecon, quòd caput ob asperitatẽ ad scalpenda muliebria pudenda accommodari possit, inquit Rondeletius. Circa Monspelium, Rat. ¶ Massiliæ (inquit Bellonius) Rascassa bianca, quasi album scorpionem dicerent, uocatur. Alibi Responsadoux.

GERMANICVM confingi nomen licebit, **ein Pfaff**, id est presbyter uel sacerdos. nam & Genuenses Prete (id est Presbyterum) uocant, ab eo nimirum quòd cœlum suspiciat, ut solent qui preces ad Deum fundunt sacerdotes. Vel, **ein Himmelgugger**, hoc est Cœli spectator. Vel periphrasticè, **ein Meergroppen art**. nam & Romani eodem nomine, quo Cottum siue Gobium fl. capitatum nominant: & eruditi quidam hunc piscem Blenno cognatum iudicant. est autem Blennus quoq́ Gobio fl. persimilis, & à Romanis similiter appellatur.

MVLLVS nomẽ traxit à colore mulleorum calceamentorum, qui bus reges Albanorum primùm, deinde patritij usi sunt. Hos (inquit Rondeletius) purpureos fuisse oportet,



tet, cũ Mulli sanguinei, id est, purpurei sint. uel uarios: Mulli enim magna ex parte purpurei sunt, aliqua parte candidi, alia liuidi: habent & lineas aureas parallelas. Maximè cum expirant, colorem mutant. Sic ille. Sunt qui Mullum à mollitie deriuent, ut Isidorus: quòd mollissimum hoc genus piscis sit, non quidem in cibo, sed seruitutis indignantissimum, Columella teste. quare in piscinis non crescit. Non laudo qui Mulum l. simplici scribunt, sicut iumentũ quadrupes. Græcè τρίγλη dicitur, idq; rectiùs quàm τρίγλα per α. quamuis sunt qui hoc commune, illud Atticum putent. Oppianus (carminis causa forte) τρίγλα trochaicum usurpauit. Aristoteles hunc piscem ter parere scribit: & inde forsitan nomen habere. id confirmat Oppianus. à quo etiam τριγλίδες pisces lutarij nominantur, cùm paulò antè Triglam dixisset tanquam diuersum piscem in litoribus arenosis uersari. Dorion Triglides paruas, Hepsetis pisciculis connumerat: unde conijcio eandem esse Triglitidem Apuarum generis. Si quis tamen Triglidem, Mullum Lutarium à Plinio dictum esse uoluerit, & eundem fortè imberbem, esto. ¶ Mulli quidem in mari species quędam sunt: in fluuijs nulla: & qui Barbum fluuiatilem piscem, Mulli fl. nomine dignantur, non parum aberrant. ¶ Trigla & Trigola an ijdem sint pisces, difficile est explicatu, Saluianus. Nos in recto casu Trigolas, ut Aeneas, dicimus. quem piscem à Trigla Sophron disertè distinguit. Typhon aliquos Cuculum putare scribit, propter similitudinem (formæ) & partium posteriorum siccitatem. Porrò cum Trigla similis sit Cuculo: eidemq; Trigolas tam similis ut pro Cuculo à quibusdam accipiatur, ipsum quoq; Trigolan, similem Triglæ esse oportet, ut non temere nomen ab ea sit mutuatus, ac si Mullastrum Latinè dicas. Et probabile est eundem esse Mullum imberbem: quoniam idem Sophron alibi de barbato loquens, cæteris (nimirum imberbibus) eum præfert.

Trigle. *Triglis.* *Triglitis.* *Trigolas.*

Plinius (inquit Saluianus) eorum plura genera facere uidetur: sed quæ non uerè genera aut species sint: sed leues quædam differentiæ ex alimenti uarietate desumptæ: quibus tamen non perpetuò Mulli differunt. quippe quorũ haud perpetuò hi alga, illi ostreis, alij limo, aliqui uerò aliorũ piscium carne uescantur: sed quilibet horum quolibet sibi obuio indifferenter pascatur.

GRAECI etiam nunc rectè antiquo nomine Triglam uocant, Gillius. Cretenses nomine composito ex Græco corrupto, & Veneto, Στριγλημπαρπόνυ. ή enim β. per μπ. efferunt.

ITAL. A Romanis Trigla, (Triglia, Saluianus) à Venetis Barbono, à nonnullis Treglia uel Triglia: Liguribus Triga.

HISPANI Mullum Salmonetum appellant, Amatus Lusitanus. Aliqui, ut audio, Báruo de la már, id est, Barbum marinum.

GALL. Burdegalenses Barbeau, Galli Surmulet: *(fortè quòd Mugilem, quem Mullet uocant, precio superet:)* aliqui Barbarin. alij Moil, id est, maris Perdicem, Rondeletius. sed nomen Moil à Mullo detortum uideri potest. Parisienses uulgò Rougetos barbatos, uel Surmuletos appellitant. Burdegalenses & Baionæ Barbarinos dicunt, Bellonius. Massilienses & Ligures, Trigam: qui Niceam incolunt, Strilham, Gillius. Galli Cuculum Rouget uocant, non distinguẽtes à Mullis, quòd eiusdem sint coloris, Rondeletius. qui alibi etiam Mullum, Cuculum, Lyram, à Gallis indistinctè Rouget uocari scribit. Et in Erythrino: Obseruandum (inquit) diligenter est Cuculum, Lucernam, aliosq; rubros pisces Gallis, & maximè Parisiensibus dici Rougetz: nobis autem Monspeliensibus Mullos, Rougetz nuncupari: ne quis Gallica nomina cum Græcis temere confundens, illos Erythrinos esse putet.

GERMANICE Mullum nominabimus ein Meerbarbel, id est, Barbum marinum: quanq; Bellonius etiam Mystum piscem mar. Barbo fl. comparat. ual ein Redfisch art/ ein Rotbart/ ein gebarteter Redfisch.

ANGL. In Portlandia peninsula Mullum uerum uidi, quem piscatores uocant, a sore Mullet, Turnerus in epistola ad me. Mullet quidẽ Anglis, sicut & Gallis Mugilem significat. sed Galli etiam aliqui Mullum Surmulet appellant: ab eo fortè quòd Mugilem precio superet. à Gallis Portlandi suum nomen mutuati uidentur. Plinius: Septentrionalis tantùm hos (inquit) & proxima Occidentis parte non gignit Oceanus. In Gallico quidem Oceano Mullos capi, Bellonij authoritate constat: in Britannico, Turneri.

Mulli imberbis (inquit Saluianus) solus Athenæus meminit: reuera quidem nullus eorum imberbis reperitur. Duplex tamen Mullorum genus esse nos primi notauimus: quæ nõ solùm magnitudine (unum enim maius est, alterum minus:) sed colore etiam manifestissimè distinguuntur, utrunque barbatum, &c. Hæc ille. At secundũ Rondeletium, Mullorũ alij imberbes sunt: species una barbata, quam semper intelligi puto cum Mullus simpliciter nominatur. sunt enim Mulli barbati, τρίγλαι γυναικτιδες, multò suauiores.

MVLLVS imberbis (inquit Rõdeletius: Saluianus enim dissentit, ut proximè indicauimus) is est, qui à nostris Imbriago, *(sic etiam Lepus mar. quòd expressu succum remittat instar rubri uini)* dicitur, ab insigni rubore. ebriosis enim, quos imbriagos nostri uocant, sępius rubet facies. Ab hoc igitur exaturato & splendido rubore, (quo similes sibi figura pisces Cuculum & Hirundinem uincit,) nomen ei à nostris datum est. Caput ei magnum, stellulis cæiatum. A capite ad caudã dorso medio duo sunt ossiculorum acutorum ordines, cauum efficientes, è cuius medio pinna rubra



aculeis cõstans erigitur: cuius pinnæ aculei parum ferrati uidentur, &c. Hic piscis ueteribus (inquit idem) parũ notus fuisse uidetur, qui de solo Mullo barbato uidentur scripsisse. Atqui Sophronis apud Athenæum uerba paulò antè recitauerat, hęc: Mulli barbati longè suauiores sunt cæteris: hoc est, imberbibus. ¶ An Triglis Oppiani hic Mullus sit, quærendum. Vide suprà in ijs quæ de Mullo simpliciter scripsimus. Sed Trigolas potiùs Mullus imberbis mihi uidetur, ut suprà scripsimus. ¶ Piscem Caponẽ uulgò Romæ dictum, (Venetis Lucernam,) Mullum imberbem sibi uideri, eundemq́ꝫ Alutarium (*meliùs Lutarium*) Plinij, insinuat Iouius. ego Rondeletij magis sententiam circa hos pisces probo.

GALLICE Imbriago, ut superiùs indicatum est.

GERM. F. Ein glatter Rotbart/ein Onbart.



MVLLVS imberbis alius, asper cognominandus, Rondeletij. Hunc piscem (inquit) ob similem corporis figuram, similem colorem, Mullorum generi subieci: & à squamarum asperitate Mullum asperum nominaui: cùm nullum aliud nomen, immò ne mentionem quidem ullam piscis istius, apud antiquos scriptores legerim.

GALL. A nostris Cauillone dicitur, à claui lignei, qui cauille à nostris uocatur, similitudine.

GERM. F. Ein raucher Rotbart/mit rauchen schüppen/dem gebarteten Redfisch änlich/aber on ein bart.

QVAE sequitur pictura piscis incogniti nobis, exhibetur in Tabula Septentrionalis Oceani Europæi per Olaum Magnum, qui aliud nihil de eo tradidit. Videtur autem piscem uolantem exprimere uoluisse.

ORDO

ORDO IIII. DE PISCIBVS LATIS ET COMPRESSIS, SQVAMOSIS, VT SVNT AVRATA, ERYTHRINVS ET SIMILES, LITORALES FERÈ, &c. Item De Apro, Caprisco, Stromateo, Nouacula, Fabro, Seserino.

Latis & squamosis huius generis piscibus, Anthias quartus Rondeletij etiam adiungi poterat: & Scarus is, quem idem Rondeletius Auratæ comparat. Nos eos inter saxatiles posuimus, &c.

Iconem hanc dedi, ut Venetijs expressam habui. Rondeletij meliorem esse puto: quæ & dentes in ore, & toto corpore squamas ostendit. & pinnam dorsi non undiquaque similem: sed anteriore dimidia parte spiculis distinctam per interualla spinosis, posteriore non item.



AVRATA uel Orata, ab auri colore. Græci meliùs à parte, superciliis scilicet aureis, χρύσοφρυν appellarunt; non solùm tamen piscem hunc, sed etiam Pompilum eodem nomine.

GRAECI hodieq; nomen uetus seruant.

ITAL. Orata Romæ, Saluianus.

HISPAN. Dorade. Vide mox in Gallicis.

GALL. Prouinciales & Hispani (*à quibus alicubi Doradilla dicitur*) Dorade uocant. In Gallia Narbonensi pro ætatis differentia, quæ magnitudine desinitur, diuersa nomina habet. Quæ palmi magnitudinem nondum attigit, Sauquene dicitur: quæ cubiti est magnitudine, Daurade: quæ inter illas est, Meiane, quasi dicas mediam. Piscatores nostri maximam Auratam Subredaurade uocant, id est Supra Auratam. Galli Dauree, quem nos Fabrum esse dicimus, uocant: Auratam uerò nostram, Brame de mer: quo nomine etiam Sparum, Cantharum, & similis figuræ pisces nuncupant, Rondeletius. Video Sargum, Melanurum, Auratam, Sparum, Synodontem, Dentalē, ita similes esse, ut uix ab oculatissimo distingui posint, Bellonius. Bramæ seu Bremę mar, nomē nō solùm Gallis, sed Anglis etiam & Germanis latè patet ad pisces diuersos, qui omnes tamē squamosi latiq; sunt, & Cyprino, præsertim lato (ut Rondeletius cognominat) aliqua ex parte similes. quanquam certis in regionibus fortè speciem unam quampiam sic appellant. alicubi enim marinum piscem Bremæ lacustri similem, sed crasiorem & maioribus oculis, priuatim sic nominari audio. ¶ Aurata mari mediterraneo cognita, Gallis ignota est, nihil enim habet cum Dorada Massiliensium commune, Bellonius; qui alibi Piscem S. Petri à Gallis Dorade uel Doree nominari scripserat.

ANGLIS Giltheade, uel Gyldenpole, piscis est sic dictus ab aureo capitis colore: uel Goldeneie, quasi Aureum dicas oculum, habet is in fronte, ut ferunt, aliquid concretum, quod auri

instar in aquis lucet, &c. Hunc aliqui Auratam, alij Scarum esse putant. Sed Auratam in Britannico Oceano esse Iul. Cæsar Scaliger negat.

GERM. F. Ein Goldbreme/oder Goldbrachsme/oder Meerbrachsmen art.

Iconem hanc Rondeletius dedit. à Saluiano exhibita, maculas quasdã transuersas, latiusculas ostendit, quatuor aut quinque, quæ piscis latera supernè distinguunt; ut in Mormyro ferè. Nigram in cauda maculam, similiter ut in Melanuro, Rondeletius pingit: eandem Saluianus neque pingit, nec in descriptione eius meminit.



Alia Spari effigies, Venetijs mihi depicta.

Sparus qui in stagnis marinis degit, inquit Rondeletius: marino planè similis, & specie, & cæteris corporis partium, tum internarum tum externarum, differentijs. Quod cum ita sit, cur nouam eius iconem dare uoluerit, mireris.



SPARVS (Σπάρος) Auratæ tam similis est, ut ob coloris lineamentorũq; corporis similitudinem, aliquando à piscatoribus ipsis primo aspectu nõ internoscatur, Rondel. Paruæ Auratæ tam similis est, ut Romæ persæpe pro ea uendatur, Saluianus. Sargo etiam simillimus est, & solo ferè colore distinguitur, teste Bellonio. *Sparulus.* Sparulus apud Ouidium & Martialẽ dicitur. Isidorus sic dictũ ait à sparo lancea (uel iaculo) missili, quòd eiusdem figuræ sit. Sed cum nomẽ sit Grecum, origo quoq; Greca potiùs ei quærenda fuerit. Eustathio σπάρος dictus uidetur à uerbo σπαίρειν, q̃d est palpitare. Sparus apud Plinium legitur lib. 32. in Catalogo piscium, nec usq; alibi quod sciã. nam lib. 9. cap. 51. melior lectio est Sargus. *Rhyades.* ¶ Rhyades non Spari sunt, ut recentiores quidam, Gazę translatione decepti, putauerunt: (Gaza quidem uariè cõuertit:) sed generalis differentię uocabulum. Gillius ex Aeliano Rhyades interpretatus est *Aspargi.* Aspargos, quod non probo: Ex eo quidem quod de eis scribit Aelianus, per hyemem eos quiescẽtes simul manere, seq; mutuo tepefacere: uerno autem tempore longiùs migrare, gregarios pisces esse intelligitur. & quoniam longiùs abeunt, ita fit, ut non obuijs modò, sed & inuestigatis cibis uescantur. quæ omnia arbitror in uniuersum ad gregarios pisces complures pertinere: ut generale quoddã hoc uocabulum sit, &c.

ITALIS Sparlo uocatur, aliquibus Carlino & Carlinoto, Rondeletius. Romæ Sparo, Genuæ (*& in Portu Veneris, Bellon.*) Sparlo, Saluianus. Tametsi quotidiè Romæ ex mari in forum piscarium Spari adferuntur, tamen piscatorum nemo piscem hunc Spari nomine agnoscit. promiscuè autem cum Auratis & Sargis diuendi solet, Bellonius. Spari nunc quoque Spari appellantur, Massarius Venetus. Aliqui r. geminato el Sparro proferunt.

HISPAN. Spargoil, Rondeletius.

GALL. Circa Monspelium Sparallon. Massilienses corruptè Sparlum appellant, Gillius.

GERM. F. Ein Sparbrachsmen: uel per circunloquutionem, ein kleine Meerbrachsmẽ art/hat ein schwartzen flecken am schwantz/wie auch der Sargus vñ Melanurus, von welchen hårnach.



PISCIS marinus, de cuius antiquo nomine dubitamus. Coloribus pingitur uarijs: pinnæ ad branchias & cauda flauescunt, sed cauda innumeris etiam maculis ruffis distinguitur. pinnę binæ in uentre Indici coloris sunt: illa quæ podicem sequitur, primùm Indica, deinde flaua, in extremo rubicunda, &c. Venetijs audio Saccheto uocari, aliqui Sparo congenerem esse putant. Bellonius quidem Canadellam piscem hodie uulgò dictum à Gallis ad Ligusticum mare, à Venetis Saccheto uocari tradit, ut etiam Hepatum suum, qui undecimo Rondeletij Turdo cognatus uidetur: ab his uerò omnibus, quem hîc exhibemus, differre. *Saccheto. Sparo cognatus.*

GERM. F. Ein kleine art der Meerbrachsmen/oder Sparbrachsmen.

Iconem hanc Canthari ex Italia accepi. ea quam Rondeletius exhibet, corpus ostendit latius: &, si caudam excipias, infra supraq; rotundius, os minùs prominens, & denticulatum, &c.



Piscis hic à Bellonio pro Coracino exhibitus, Cantharus uidetur. nam & Rondeletius Cantharum esse docet piscem à Liguribus Tanado dictũ, non Coracinũ. & Gillius piscẽ Massiliæ à colore castaneæ nominatum, Coracinum Neapoli uocari, audiuisse se ait. unde nimirum deceptus Bellonius, Cantharum bis pinxisse uidetur, primùm pro Coracino, non expressis dentibus: deinde pro Canthoro, dentatum.

CANTHARVS (Κάνθαρος) à similitudine canthari terreni dictus mihi uidetur. Vt enim hic fimo delectatur, & in eo hyeme conditur: sic Cantharus piscis in luto & sordibus libẽter uersatur. quare in litoribus & portubus degit, Rõdeletius. ego à colore dictũ existimârim. Profertur &



Cantharis fœm. gen. Κανθαρὶς, ῦ. Idem Rondeletius, nomen Aetnæus (Αἰτναῖος) apud Oppianum, Canthari piscis epitheton esse putat: nos sui generis piscem esse monuimus.

GRAECI hodie Cantharum corruptè Scatarum nominant, Gillius.

ITAL. Ligures Tanada à colore pullo. Quidam Cantara, Romani Zaphile. Genuenses (inquit Bellonius) Tanna uocant, alij Daphanum, Dephanum uel Tephanum, Bellonius.

GALL. In Gallia Narbonensi, Prouincia, Hispania, parum mutato nomine Cantheno dicitur, Rondeletius. Lutetiæ ex Oceano tritissimus hic piscis, uulgò Bremma marina appellari solet, Massiliæ Cantena.

GERM. F. Ein braune Meerbrachsme.

Hanc picturā olim Cor. Sittardus misit: quæ Sargi (si bene memini) caput, os & dentes, repræsentaret.



Nostra hæc Sargi icon est: Rondeletij accuratior. nam & lineas à summo dorso descendentes octonas repræsentat, (quæ tamen in mortuis ferè euanescunt:) & dentes humanis non dissimiles: & nigram, iuxta caudam, maculam.



SARGVS quanquam ab Oppiano petras herbidas incolere dicitur, piscis tamen saxatilis non est, sed litoralis, & in cœnosis litoribus frequentior, Rondeletius. Græcè Σαργὸς dicitur, oxytona dictione: uidetur autem à carne (quam Græci σάρκα nominant) sic dictus. est enim pro corporis magnitudine spissus, plusq; carnis habet, quàm similes ei pisces Sparus & Cantharus. Apud Aristotelem quinto historiæ, bis uel ter Σάργος pro Σαργῖν& mendosè legitur. *Sarginus.* est autem Sargînus longè diuersus piscis, in genere Mugilum. ¶ Similis est Sargus prędictis piscibus, (à Sparo ferè solo colore differt,) item Melanuro, macula quoq; similiter ad caudam nigra: sed corpore est rotundiore, compresso, spissiore, &c. item Scaro: Lege mox in Italicis nominibus. et Apro, uide in Illyricis. ¶ Circa branchias & caudam in eo nigra nota satis ampla apparet: & lineæ subnigræ à branchijs ad caudam ducuntur: quæ omnia cum Melanuro communia habet, atque insuper corporis figuram, Saluianus.

GRAECI etiam hodie ueterem eius appellationem retinuerunt.

ITAL. Sargo Genuæ. Venetijs, alibiq; ferè ubique: Romæ Sargono. Non modò Massilienses & Ligures, sed omnes quas obiui regiones, Sargum adhuc uulgò nominant, Gillius. *Scarus.* Romæ Sargus imperialis dicitur, ut Cor. Sittardus olim indicauit. ¶ Scarus Romanis nostrisq; non

non planè notus est. alij enim ob similitudinem Dente, alij Sargo uocant. à nostris quidem piscatoribus pro Sargo uenditur, cui similis est corporis forma subrotunda, & aculeorum pinnarumq; situ ac numero, Rondeletius.

HISPAN. Lusitanis Sargo.

GALL. Circa Monspelium & Massiliæ, Sargo. Oceano quidem Gallico ignotus est piscis, mari rubro & Nilo peculiaris, Bellonius: qui pro peculiari frequentem dicere debuerat.

ILLYRII piscium affinitate decepti, Aprum Chergnier uocant. sed uox ea Sargo debetur. Aper enim Sargi modo corpus tornatum habet, Bellonius. *Aper.*

GERMANICVM nomen fingendum est. nam cum in Oceano Gallico ignotus sit piscis, teste Bellonio: in Germanico etiam deesse uerisimile est. appelletur igitur ein Geißbrachsme, ut & corporis eius speciem (Bramis uulgò dictis piscibus similem) & occultum cum genere caprino cõsensum indicemus. Vel, ein Brandbrachsmen art im meer: id est, Melanuri species in mari. Vel describatur: Ein Meerbrachsmen art/mit übertwären schwartzen streymen von dem rucken hinab/wie an eim Bersich/oder auch an dem Mormyro: hat auch ein schwartzen flecken gägen dem schwantz.



Oculata.

MELANVRVS (Μελάνουρος) Sargo similis est, caudæ nigra nota insignis, ut nomen etiam præ se fert. at nota hæc illi cum alijs quibusdam, (ut Hepato, Sparo & Sargo,) communis est: à quibus alijs notis secerni debet. Gaza Oculatam uertit. Plinius Melanurum & Oculatã ueluti diuersos nominauit: sed is in alijs quoq; multis similiter diuersa aliquãdo rei unius nomina, ad res quoq; diuersas pertinere putauit. Nec de alio pisce sensisse uidetur Plautus Ophthalmiam nominans, (nimirum à recto masculino Ophthalmias.) Vulgaria quidem hodie pleraq; huic pisci nomina ab oculis facta sunt. hos enim ratione reliqui corporis admodum magnos habet, ex cœruleo nigrescentes, &c. ¶ Veterum Oculatam Melanurum esse Saluianus negat comprobari posse. Plinium manifestè distinguere. Celsum sic scribere: Deinde qui quanuis teneriores, tamen duri sunt, ut Auratã, Coruus, Scarus, Oculata. ex quibus uerbis (inquit) haud ulla uerisimili coniectura Melanurum ab eo Oculatam appellari, conijcere possumus: ut neq; ex Plauti uerbis: alius uerò ueterum nemo Oculatæ meminit. *Ophthalmias.*

ITAL. Romani Ochiado nominant, uel Ochiata: Torpedinem uerò oculatam, Ochiatellam. Veneti Ochia, (uel Ochiada: proferunt autem ac si nos scriberemus Otschada:) Siculi similiter, uel Okada, uel Marilia, si bene memini, à Melanuro nimirũ deprauato nomine. Genuenses, Oia.

GALL. Massilienses Oblado, uel Olhada, Monspelienses Nigr' oil, id est, Nigrum oculum. Nicenses Iblada, uel Auguyata, Oyata.

ANGLI. Seebreme: quod GERMANICE nostra dialecto diceres Meerbrachsme, nimis generali nomine: quare cõtractiùs dixerim ein Brandbrachsme, à titionis extincti colore nigro. nam & Græci quidam similiter à titione Melanurũ, Δαλόψ appellant, Hesychio teste. Ein Meerbrachsmen art mit einem schwartzen flecken am schwantz/wie auch der Hepatus, Sparus, vnd Sargus: welche drey man nennen mag Läberbrachsme/Sparbrachsme/Geißbrachsme. Oceano Gallico perrarus est, Adriatico & Mediterraneo frequentissimus hic piscis, Bellonius. *Δαλόψ.*

MELANDERINVS Græcis à nigrore dicitur, Μελανδέρινος. Meminit eius Athenæus duntaxat. qui significare uidetur Melanderinum à Speusippo Psygrum, à Numenio Psorũ appellari. (*Athenæi quidem uerba dubia sunt, ut nos in Corollario ad Lepradem seu Psorũ Bellonij ostẽdimus.*) Melanuro similis est, sed corpore paulò rotundiore. Toto ferè corpore nigrescit: circa caput ex nigro purpurascit, sicuti uiola, &c. Rondeletius.



GALL. In nostro mari reperitur, & Sargi nomine uenditur, ob similem corporis figuram, Rondeletius.

GERMANICE circunloquemur: Ein schwartzlachte Meerbrachsmen art/ründer dann der meerteil andere Meerbrachsme. Ein runde Brandbrachsme/ id est, Melanurus rotũdior.

Pro Rondeletij icone nostram iam olim Venetijs pictam exhibuimus, etsi minus accuraté.



Rubellio. Hycca. Dyca. Dentices.

ERYTHRINVS uel Erythinus. ἐρυθρῖνος, ἐρυθῖνος. Erythrinus (inquit Rondeletius) aliquã do à Plinio Rubellio, aliquando seruato Græco nomine Erythrinus dicitur. Gaza Pliniũ imitatus Rubellionem uertit. Nomen à rubro colore positum est. Cyrenæi ὕκκην uocabant, uel δύκην. Falsum est hos pisces uerti in Dentices. qui error inde ortus est, quòd cum maiores fiunt, propiùs ad Synagridis Denticis'ue formam & colorem accedunt, minusq́ solito rufi sunt, ac ueluti canescunt. quem colorem apté refert minium pauco candido dilutum. sed facilè periti maculis & dentibus à Synagride distinguent. ¶ Recentiores quidam Ruscupam & Ruburnum pro Harengo infumato accipiunt. ¶ Erythrinus Pagro simillimus est, (differentiam eorum leges inferiùs in Pagro:) unde diuersæ gentes à Pagro diminutiuo nomine denominarunt. ¶ Apud Aristotelem de generat. animal. lib. 3. cap. 1. ubi Erythrini ß. nominãtur, ut qui sine mare concipiant, Phoxini legendum uidetur, Saluianus.

GRAECI hodie Lethrinum nominant.

ITAL. Romæ Phrangolino uocant uel Fragolino, quasi paruum Pagrum. confundunt enim Pagros cum Erythrinis. In Liguria & quadam Italiæ parte, Pagro. Veneti Arboro uel Lalboro uocant, Siculi Sarofano. Arborem Michaël Sauonarola tanquam Latinè nominauit. Qui Istriã incolunt, Illyrij puto, Rybon. Acarnan Romæ frequens, inter Erythrinos & pro Erythrino uenditur: eodemq́ nomine (Phragolino) nuncupatur, Rondeletius.

HISPANI (ut & Galli Narbonenses) Pagel. Lusitani, Pargo.

GALLI Narbonenses, ut & Hispani, Pagel uocant. Massilienses Pagium intelligunt ad discrimen Pagri, quem etiam Pagre nominant. Cæterum Rougets Gallicè dicti à rubro colore pisces, longè alij sunt.

GERMANICE circunloquemur, die kleiner rote Meerbrachsmen: hoc est, Bramæ marinæ genus rubicundum minus. Pagrum enim ei similem, sed minorem esse aiunt. Vide in Cyprino lato inter fluuiatiles. Qui à rubro colore Germanis denominantur marini pisces Rotfäder & Rotbart, non Erythrini, sed λυροειδεῖς pisces sunt. Rotfisch, id est, piscis ruber, in Noruegia piscis est marinus (ut audio) Bramæ nostræ magnitudine & figura ferè similis, minoribus pinnis, totus rubens intus & foris: laudatus in cibo. Hic Pagro aut Erythrino cognatus fuerit, si non alteruter est. Sed cauenda est homonymia: quoniam Angli alium quoq; piscem λυροειδῆ, hoc est Lucernis aut Miluis congenerem, Redfisshe uocitant: & Rotfisch Anglorum inter Oceani asellos à Bellonio nominatur.

PHAGRVS (φάγρος) Græcè dictus piscis, apud Latinos & multos alios populos nomen retinuit. φ. litera in π. mutata. Pagrus enim Latinè dicitur, Græcè Phagrus tantùm. Phagrus autem uocatus est quasi φάγος à uoracitate, ad quam dentibus bene instructus est, adeò ut echinos etiã frangat & pascatur. Vnde & recentiores quidam (ut Albertus) hunc piscem cum Dentice confuderũt. Apud Strabonem Phagrus in Nilo alio nomine Phagorius dicitur, ut interpres Latinus habet: in Græco codice nostro φαγρώριος legitur, cũ rhô in penultima simul & antepenultima: unde & Phagroriopolis Aegypti ciuitas apud eundẽ. φάγωρος est in Hesychij & Varini Lexicis. Pagur in Hali

eutico



eutico Ouidij, nisi mendum subsit. Phagri ab Oppiano nominantur, simul & ἀγελαιόφαγροι, tanquam duæ unius generis species. Phagrus fluuiatilis marino inferior est, authore Diphilo. is an è mari flumina subeat, ut Nilum: an à marino specie differat, quærendum. Rondeletius è mari subire putat. ¶ Phagro quanta cum Rubellione similitudo sit, leges mox in Italicis nomenclaturis. ¶ Pagurum ne quis cum Pagro confundat, cauendum.

GRAECI Phagrum adhuc uulgò nominant, Gillius & Massarius. uel, ut Bellonius scribit, Fangro. ¶ Pagri similitudo cum Dentice, tanta est, ut aliqui ætate tantùm differre putent. Vide mox in Synagride.

ITALI Pagro, nonnulli Phagorio, Rondeletius. sed Phagorij nomen potiùs Græcum fuerit, ut prædictum est. Romani Erythrinum Phragolino, quasi Phagorino à Phagorio, id est, Pagro, diminutiuo nomine appellant, Massarius. Inter Rubellionem & Pagrum (inquit Gillius) tanta est similitudo, ut eadem magnitudine inter se collati, non ab imperitis internoscantur, ut Ligures Rubelliones etiam Pagros imperitè uocent, & tota Prouincia Narbonensis atq; Hispania Pagellos, quòd Pagri longè maiores euadunt. Sed à piscatoribus facilè distinguuntur. nam Pagrus capite est rotundiori, Rubellio longiori. tum hic tenuiori est habitu, & cauda longiore: ille crassiori, & cauda breuiore. Huius extrema pars magis attenuatur, illius multùm larga & crassa. Pagri pinnæ in imam uentris partem magis inflexæ, Rubellionis uerò magis in dorsum eminent.

HISPANI quidam Bezogo nominant: Dalmatæ & Lusitani Phagro, Rondel. Dalmatæ, Hispani ac Lusitani Pagro, Massarius. Hispani Erythrinos, quoniā sunt Pagris similes minoresq;, Pagellos uocant, Idem.

GALL. In toto litore Galliæ nostræ Narbonensis Pagre dicitur, Rondeletius. Galli Oceani accolæ, ut etiam Angli, proprium eius nomen non habent, sed communi etiam alijs quibusdā piscibus nomine Bremmam marinam uocitant.

DALMATAE. Vide supra in Hispanicis.

GERMANICE circunloquor, **Die grösser rote Meerbrachsme.** Vide in Erythrino.

ANGLI. Lege in Gallicis.

Iconem hanc Rondeletius dedit: quæ cum satis conuenit à Bellonio exhibita: pinna dorsi excepta, quam Bellonius uniformem (qualis & in nostra icone apparet) & pluribus aculeis munitam ostendit.



SYNAGRIS & Synodus (Συναγρὶς, Συνόδους) duo nomina apud Aristotelem, recentiorum alijs pisci um simpliciter specie diuersorū, ut Gillio & Bellonio, alijs ætate tantùm differentium: alijs unius eiusdemq; piscis uidentur. Gaza piscē unum ratus, pro utroq; Latinum nomen Dentex posuit, à Columella sumptum. *Synodus.*

¶ Quod ad nomina: Synagrides quidem cur appellentur aliqui pisces, non facilè dixerim: nisi fortè quia gregales sint, sicut & Synodontes: διὰ τὸ συναγείρεσθαι καὶ συναγελάζεσθαι, ἢ καὶ ὁμοῦ ἀγρεύεσθαι. Syagrides uerò, alij nimirum pisces (Epicharmo memorati) ab aliqua ad syagrum, id est, aprum similitudine dicti fuerint. Synagridi quidem hodie apud Græcos dictæ, dentes quatuor, teste Bellonio, cæteris longiores eminent: quod cum uerre & apro ei commune est. Idem Synodonti dentes omnes caninos exertosq; esse scribit, sicut & Cinædo: unde Synodontem quoq; tanquam Cynodontem dictum conijcias: & Cinædi quoq; nomen inde detortum. Scribitur autem Synodus per ypsilon in prima syllaba, & sic à Diphilo nominatur, ab Aristotele Synodon, (Συνόδων,) & alibi apud eundem prima syllaba per iôta, Σινόδων. quo modo scribi à Dorione & Archestrato, Athenæus etiam admonet: παρὰ τὸ σίνεσθαι καὶ βλάπτειν τοῖς ὀδοῦσι, mordaces enim & noxios dētes habet. ¶ Ego *Syagris.* *Synodon.* *Sinodon.*

eundem piſcem, cum minor & iunior eſt, Synagridem dici ſentio: cum maior Synodontem, Rondeletius: ſed nulla firma ratione innixus. Hiceſius ſimile alimentum è Synagride & Synodonte haberi ait: quod ſi ætate tantùm differunt, ut Rondeletius putat, ſimile non fuerit. pro ætate enim id uariat. at ſi ſpecie differunt, ſimile eſſe poteſt, in eadē nimirum ætate. Synagridem hodie à Græcis uulgò dictam, omnino Synodontem eſſe, nec notis ullis (niſi fortè quas ętas, temporis'ue aut loci uarietas attulerint) differre ſentit Saluianus. Veterum autem Synagris (inquit) quinam piſcium ſit, quó ue Latino nomine aut uulgari uocetur, haud nobis hucuſque notum eſt: ſuſpicamurq́ in poſterū etiam cognitum non fore, quòd nec nomen eius, nec quæ ei authores tribuūt, ullam ad id coniecturam afferant. ¶ Synagridē (inquit Bellonius) uulgus Græcum optimis notis à Synodonte diſtinguit. hic enim magis recurto eſt corpore: Synagris Cyprini in modum, ueluti circino ita circunductus, ut pro longitudine ac latitudine magis craſſus appareat, &c. Idem Synodontem tantùm Denticem interpretatur: Synagridi Latinum nomē eſſe negat: nec ullum eius uulgare nomen profert: Synodontem uerò ſeu Denticem, genuinam & antiquam appellationē ubiq́ retinere ſcribit. huius etiam iconem dat, illius nullam. ¶ Phragolinos (*ſic puto uocant tum Phagros tum Erythrinos*) quum ſeſquipalmi magnitudinem exceſſerunt, in Dentices ſiue Synodontes euadere, cōmunis piſcatorum conſenſus exiſtimauit, Iouius. Dentex corporis figura ac partibus ferè omnibus Phagro ſimilis adeò eſt, ut non facilè ab inuicē internoſcantur. ſunt qui credant eos ætate ſola atq́ magnitudine differre, ita ut unus idēq́ piſcis, minor adhuc, Phagrus: ad ſeſquipalmum uerò auctus, Dentex appelletur, Saluianus. Sed Denticis nomen à piſcatoribus minùs peritis, ad alios etiam piſces transfertur. ¶ Synodontem, Sargum, Auratam, &c. Bellonius adeò ſimiles eſſe tradit, ut uix ab oculatiſsimo diſtingui poſsint. Ab Aurata (inquit) differt Synodon, quòd exteriores branchias ſpinoſas habet: & tegumentum ei perpetuò rubet, nec aureis eſt cilijs ut Aurata. ¶ A recentioribus quibuſdam Dentalis maſculino genere profertur: uel etiam neutro Dentale, ut à Platina. ¶ Synodontis (Συνοδοντὶς, fœmininum oxytonum) alius piſcis eſt, nempe Pelamys magna.

Alia Denticis imago Venetijs picta.



GRAECI hodieq́ Synagridis nomen habent: ſiue id Synagridis ueterum quoq́ ſit: ſiue Synodontis ut Saluianus putat, Synagris autem ueterum ignota nobis eſt. ¶ Synagris & Synodon tam ſimiles ſunt, ut Græci utroſq́ Synagrides nominent, Gillius.

ITAL. Dentale. Synagris & Synodon tam ſimiles ſunt, ut Ligures ac Maſsilienſes utroſq́ Dentices appellent, Gillius. Sunt qui à Phagro ætate ſolùm diſtinguant, ut ſuprà dictum eſt.

GALL. A Maſsilienſibus Dente dicitur hic piſcis. in Gallia noſtra Narbonenſi Marmo pro Mormyro enim oſtenditur uenditurq́, Rondeletius. (Vide proximè retro in Italicis.) Idem admonet Scarū etiā ab ichthyopolis circa Monſpelium Denté uocari, à dentibus magnis latisq́: Et alibi, Scarū ob ſimilitudinem ab alijs Dente, ab alijs Sargo nominari. Synodon ſiue Dentalis noſtro litori (*Oceano Gallico*) admodum rarus, aut eo nomine ignotus eſt, Bellonius.

GERM. F.

GERM. F. Ein rotlachte Meerbrachſmen art: ein Zanbrachſme/ein Zanfiſch.



ACARNã, Acharnas, Acharnᵒ, Grȩcis & Latin.

ITAL. Hunc piſcē nec in Prouincia, nec in Gallia Narbonenſi, nec in Hiſpania uidere potuimᵒ: ſed Romæ tantùm, ubi inter Erythrinos & pro Erythrino uēditur, eodemq́ꝫ nomine (ſcilicet Phragolino) nũcupaẗ. Idē eſt fortaſſe qui Albores etiã diciẗ Venetijs, quòd albus ſit, Rondeletius.

GERMANICE. Ein Meerbrachſmen art/wyß von farben/hat ein ſchwartzrote mackel am anfang der floßfädern by den orwangen.

Figura hæc non Rondeletij eſt, ſed nobis adumbrata Venetijs. Ea quam Rondeletius ponit, denticulos labris diductis oſtēdit: et à ſuperiore labro per breuem ſurſum eminentem cirrum. Bellonius anguſtiorem hũc piſcem pingit, nec ſatis latitudinis proportionem ſeruat.

MORMYLVS uel Mormyrus, Μορμύλος, Μορμύρος: à uerbo μορμύρειν, ut Euſtathius annotat, neſcio qua ratione. quanquam id uerbum producit ſuum ypſilon, quod in piſce corripi ſolet à Græcis: Ouidius quidem produxit, à quo etiam Mormyr in recto ſingulari dicitur. Et rarus Faber: et pictæ Mormyres, & auri, &c. Videtur autem meliùs paroxytonum hoc nomen ſcribi, quàm proparoxytonum. & duplici quidem ρ. Μορμύρος, magis propria primariaq́ꝫ ratione: Μορμύλος uerò propter euphoniam: quare & poſteriori hoc Græci poëtæ in carminibus utuntur. Idē puto Μύρμας Epicharmi fuerit. A Theodoro Mormur cõuertiẗ. ¶ Piſcis eſt litoralis Auratæ ſimilis, ſed minùs rotũdus: colore argenteo. lineas habet tranſuerſas à dorſo ad uentrem, nigras uel pullas ȩqualibus ſpatijs diſtantes, &c. Rondeletius.

GRAECI hodieq́ꝫ, ut Byzantinum uulgus, Mormyrum nominant.

ITAL. Romȩ Mormillo, Venetijs Mormiro. In toto Ligurię ſinu, (ut & Maſsilię,) Mormo, Rondeletius. Maſsilienſes & Ligures, Mormurum uocant, Gillius. Ruſticè Marmur dicitur, Niphus Italus. Romæ & Venetijs Mormoro, Saluianus.

HISPANI Marmo.

GALL. Maſsilienſes Mormo uel Mormuro. Vide proximè retrò in Italicis. ¶ In Gallia Narbonēſi, Morme. Noſtri ichthyopolæ quandoq́ꝫ Synagridem (Marmo nominantes) pro Mormyro uendunt: qui admodum frequens apud nos nõ eſt, ſed Romæ & Neapoli frequentiſsimus, Rondeletius.



Myrmas.

E

GERM. F. Ein Meerbrachsmen geschlecht/langlecht/nit also breit wie der meerteil andere. Vel ein Malbrachsme: nam & Ouidius pictas cognominat. Vel, ein Marmelbrachsme: nam corpus eius albissimum esse, & lacteo argenteó ue colore nitere, (maculis tantùm seu lineis transuersis exceptis,) Bellonius scribit: qui Mormyrum etiam, à marmoris maculis & albedine dictum coniicit: sed absq; authore, à marmore quidem Marmarum, nō Mormylum, dici oportuisset.



CHROMIS Rondeletij, piscis litoralis. Vide mox in Italicis nominibus. ¶ Χρόμις & Κρέμυς an iidem, an diuersi sint pisces, nescio. Athenæo uidetur diuersi esse. semel enim ex Epicharmo Chromis ab eo nominatur: & alibi ex Aristotele Κρέμυς, cui lapidē in capite tribuit, (quem in hac nostra etiam Chromide inuenimus,) Rondeletius. Nos Cremyn & Chromin diuersos esse pisces liquidò ostēdimus. uidetur autem Cremys piscis unus, uarijs quod ad terminationem nominibus appellari: nempe Cremys, Chremys, Chremes, & Chremps: & Asellorum minorum generis esse, quod etiam Aelianus insinuat, sicuti & Hepatus Aeliani & Mustela. Mustela (inquit) Hepato persimilis est, sed barbam quàm is maiorem habet, minorem uerò quàm Chremes. Chremes quidem in ueterum Comicorum fabulis, senex, nimirum barbatus, inducitur: nomine forsan à screatione, ad quam hæc ætas procliuis est, facto: ut inde etiam piscis barbatulus ueluti ioco Chremetis nomen tulerit. Cęterùm Chromis ab Hicesio, Pagro & Synodonti comparatur: non solùm quòd ad alimenti ex eis rationem, de qua is author præcipuè tractat: sed (nisi fallor) etiam quod ad formam. Videtur autem per onomatopœiam dictus Chromis, quòd ueluti grunnitum ædere audiatur. Chromis immunda in Halieuticis Ouidij legitur gen. fœm. nos masculinum potiùs esse ostendimus, declinandum ut ὄφις, ιος, non per d. in obliquis.

Cremys alius q̃ Chromis

Chromis.

Alius est Bellonij Chromis, Vmbra scilicet, uel cognatus piscis: de quo infrà.

ITAL. Chromin (inquit Rondeletius) esse puto, quæ in ora Ligurię, Antipoli, & in insula Lerino, fraquentissima est: uocaturq; à Liguribus Castagno, à castaneæ colore. corpore toto nigricat: figura alioqui Melanuro uel Cantharo similis. ¶ Vulgò Genuensium, Massiliensium, & incolarum Portus Veneris, Castagnola dicitur, Bellonius.

GALL. Piscatoribus circa Monspelium incognita est, Rondeletius. Castagnola Massiliæ, Bellonius.

GERM. F. Ein geschlecht der Meerbrachsmen/überal schwartzlacht.



ORPHVS Rondeletij. ὀρφός, Atticè ὄρφως. ὀρφακῖνος diminutiuū est. Latinum nomē uetus non habet. Gaza & eū secuti Cernuam uerterunt: quod nomen inconstans & dubium est: diuersos enī pisces Romæ alibiq; in Italia Cernas appellant, ut Percam marinam, Channam, Canadellam, Merulam. Bellonius Cernuā fl. uocat, quā Germani Percam minorem uel rotundam cognominant. ¶ Orphum Hicesius eiusdem generis esse cum Chromide, Pagro, Synagride, cæterisq; huiusmodi. Verùm is de nutrimenti non formæ similitudine agit. Alexander Benedictus temere Orphos lacustres appellauit pisces, quos uulgò Tincas nominamus. ¶ Nos (inquit Rondeletius) Orphum hîc non depingimus eum, qui à Græcis quibusdam hodie uulgari lingua Orphi nomine dicitur. est enim nostro longè maior, utpote qui pondere uiginti libras æquet, nec sit litoralis. Sed Orphum depingimus ex Aristotele, Athenæo, Plinio. Is piscis est litoralis magis, quàm pelagius, Pagro quodammodo similis, colore ex purpureo rubescente, ideo rubentem appellauit Ouidius: (*Verùm hæc apud Plinium ex Ouidio non rectè citata leguntur.*) Pinnarum situ numeroq; & aculeis, Pagro similis est, podice admodum paruo. seminis meatibus nullis, quod huic pisci proprium est: sicut & hoc, quòd dissectus diutius uiuat, Rondeletius: qui etiam solitarium & carniuorum esse scribit, & breui è paruo magnum fieri. Ouidius pelagium facit, Aristoteles uerò & Aelianus litoralem. Oppiano degit in petris cauernosis, quæ plenæ sunt

næ sunt chamis & patellis, (quibus nimirum uescitur.) Amipsias quoq; carniuorum esse insinuat. Errat Plinius, quum solum Ouidium huius piscis meminisse scribit.

GRAECI hodie, ut dictum est, alium piscem uulgo Orphum uel Rophum appellant: quem Bellonius Orphum facit.

GERM. **Ein rotlachte Meerbrachsmen art/ in welcher man zů keiner zeyt milchen findt.**



ORPHVS Bellonij: quem is Orphum ideo esse putauit, quoniam uulgò hodie apud Græcos adhuc Orphos uel Rophos uocatur: sicuti etiam Gillius. sed cum ueterum descriptione non conuenit, ut Rondeletio uidetur. ¶ Vulgus Græcorum (inquit Bellonius) multa ei nomina imponit. Lemnij Rophum uocant, Cretenses Cheludam, alij Acheludam, plerique Petropsaro nominant: (*id est, Petri piscem: Romæ etiam Fabrum, piscem S. Petri uocitant.*) Colore rubet, quamuis etiam aliorum colorum uideri possit. magis compressus est quàm teres, hoc est, plus in latum quàm in longum effusus. os habet paruum, (*icon satis magnum ostendit,*) squamas asperas & firmissimè inhærentes. Pinnę eius uarijs coloribus insignes spectantur. Labra, ut Scarus, carnosa habet: (*ab ijs fortè Cheluda in Creta uocatur:*) dentes quoq; Scaro persimiles, minores. A media sui corporis parte secundũ dorsum liuet ac nigricat, albicat sub uentre. Caput est illi penè rubeum, ut Channæ. Maculam in radice caudæ, ut Melanurus, nigrã gerit. Apud Græcos magno est in precio. Herbis uescitur, (*Veterum Orphus carniuorus est,*) ut Salpa & Sparus.

GALLICVM nomen non inuenit, quia in litore Gallico uideri non solet.

GERM. **Ein frömbder fisch bey den Griechen bekañt / mag vnder die Meerbrachsmen gezellt werden.**



HEPATVS Athenæi & Aristotelis, Rondeletio. Hepatus (inquit) similis est Pagro & Erythrino, teste Speusippo. Ἥπατος aut λεβίας Græcis dicitur, Gaza uerbum è uerbo exprimens, Iecorinum interpretatus est. Hermolaus modò Iecur marinum, modò Hepatum appellat. Huius piscis nullum uulgare nomen neq; in Gallia, neq; in Hispania, neq; in Italia, potui à piscatoribus extorquere. A solis Græcis huius temporis didici Σέπτορον hodie uocari. Cęteri omnes anonymum esse dicunt, ob raritatem: & pro Mæna uendunt, à qua tamen plurimùm oculorum magnitudine, corporis latitudine, colore, differt. Hæc ille. ¶ Sed alius est Bellonij Hepatus. Hepatis color (in- *Σέπτορος. Mæna. Bellonij Hepatus.*

quit) ac magnitudo Hepati pisci nomen dedit. Vulgus Venetorũ Sachetum, ut etiã (*alium piscem*) Canadellam, indifferẽti nomine appellat. solo enim colore (qui paulò magis in Hepato fuscus est) inter se differunt. Sic ille. Videtur autẽ hic piscis undecimo Rondeletij Turdo cognatus. quęre inter Turdos. Idem Bellonius deiectamẽti cuiusdã marini genus, Hepatis nomine describit. ¶ Hepar pro pisce legitur apud Pliniũ in Catalogo. à Græcis semper tribus syllabis Hepatus nominat: quanquam & Kiranidæ interpres Cremonensis Hepar dixit. Cauendũ ne quis cum Hepato confundat pisces, quos Itali hodie ab hepate denominare uidẽtur, ut sunt Figo dictus Venetijs piscis, qui fortè Stromateus est: & in Ligustico litore Figon, quẽ Græci nostrę ætatis Myllocopion appellãt. ¶ Lebias Athenæo marinus piscis est, qui aliàs Hepatus dicitur. Bellonius Lebiam à rutilo & sub obscuro colore dictũ suspicatur, tanquam à lebete nimirũ. sed Hepatũ siue Lebiã illius iam diuersum esse diximus. Dorion Leptinũ, Lebianũ (τὸν Λεπτινὸν, Λεβιανὸν) nominans, eundẽ & Delcanum esse quosdã asserere ait. Delcanũ quidẽ piscẽ à Delcone fluuio nominari, in quo etiã capiatur, & salsus stomacho quàm cõmodissimus sit, author est Euthydemus. Delcus quidẽ Hesychio lacus est piscosus circa Thraciam: & Lebia (Λεβια) pisces quidã lacustres.

Figo Ital. *Lebias.* *Lebianus.* *Delcanus.*

AB ITALIS, HISPANIS & GALLIS, nullũ huius piscis, utpote rarissimi, nomẽ rescíscere Rondeletius potuit.

GERM. F. **Ein Läberbrachsme. Ei schwartzblawe Meerbrachsmẽ art/mit einẽ schwartzẽ fleckẽ am schwãtz/wie auch der** Melanurus. Sed alius est Aeliani Hepatus: paruus (inquit) piscis est Mustela nomine, &c. Hepatũ esse diceres, nam piscis est breuis, oculis cõniuentibus. Eius barba quàm Hepati maior est, & minor quàm Chremetis. **Ein Meertrüschen art.**

Piscis huius, quem Chromin uocat Bellonius, icon hæc Venetijs mihi expressa est: differt aũt ab ea quã Bellonius dedit, in hoc, quòd cirrũ sub mento seu inferiore labro nõ ostendit: nec caput, præsertim labro superiore, adeò simum & obtusum, &c.

CHROMIS Bellonij, Vmbra Rõdeletij, ut uidetur. Alium ab hoc diuersum Chromin Rondeletij (cuius sententiæ magis fauerim) dedimus suprá. Magna est (inquit Bellonius) Chromidis cũ Glauco (*Rondeletius Glaucum longè alium facit*) pusillo, ut & Glauci prouecti cum Vmbra similitudo.

ITAL. Veneti Turdum falsò appellant, Bellonius. Ligures Chro, (al' Chrõ, uel Chrau) Veneti falsò Coruum, Gillius.

LVSITANI Celema.

GALL. Massiliẽses Vmbrinã (à similitudine cũ Vmbra) falsò appellãt, Bellon. qui & Glaucum ab eadẽ similitudine falsò Vmbrinam uocari tradit.

GERMANI Vmbrã & cognatos

gnatos ei pisces Corui marini nomine circunscribere poterunt, adiecta magnitudinis differentia: ita ut Vmbra simpliciter dicatur, ein Seerapp, à colore, qui Græci etiam & Latini nominis causa fuit: Látus, ein grosser Seerapp: Coracinus inter hos minimus, sed corpore latiusculo, ein kleiner Seerapp: ein Meerbrachsmen oder Meerkarpfen art. *Latus.* *Coracinus.*

Ex hoc pisce esse puto lapidem, quem uulgò Coruinum appellant, uel lapidem Colicæ, Germani ein müterstein, nisi fortè è Coracino sit. uterq; enim in capite lapidem habere proditur.

Gillium & Bellonium ut hunc piscem, Chromin existimarent, nominis Chro uel Chrau, quo Ligures utuntur, similitudo mouisse uidetur. Rondeletius Vmbram hunc piscem uocat, & dentibus carere ait, cum suæ Vmbræ dentes Bellonius appingat, nomina interim eadem quæ suæ Vmbræ Rondeletius tribuens. Danda igitur est opera, ne pisces diuersos confundamus: Vmbram dico, Coracinum & Latum: qui tres tam similes sunt Rondeletio, ut magnitudine potiùs quàm alijs notis discernantur: & piscatores aliqui ætate tantùm (sed non rectè) eos differre existiment. Coracinus ad cubitalem peruenit magnitudinem: Vmbra ad multò maiorem, præsertim in Oceano: Látus maximus est. Vmbra uerrucam seu tuberculum in mento habet, Coracinus & Latus carent. Lineas siue lituras illas obliquas, (quæ à dorso descendunt, partim aureæ, partim obscuræ & aliarum ueluti umbræ,) Rondeletius Vmbræ tantùm attribuit.

Distinctionis horum piscium gratia quosdam ueluti aphorismos subijcere libuit.

1. Glaucus Rondeletij, toto genere à Chromi & Vmbris diuersus est.
2. Glaucus Bellonij, Vmbræ cognatus est, uel species Vmbræ, à Rondeletio non descripta, quod sciam: quanquam à Venetis Corbetum quasi Coruulum uocari scribat: Rondeletius uerò Coracinum (inquit) Italia ferè tota Coruum nuncupat.
3. Vmbra Rondeletij & Bellonij unus est piscis, & ijsdem nominibus ab utroq; nominatur: sed non similiter describitur. Rondeletio enim dentibus caret: Bellonio dentes habet in oris ambitu raros, firmos, acutos, &c.
4. Coracinus Bellonij longè alius est quàm Rondeletij, ut & figuræ & descriptiones ostendunt: unde non specie modò, sed toto genere diuersos esse pisces apparet.
5. Chromin & Vmbram confundere uidetur Bellonius.
6. Chromis Bellonij, Coracinus est Saluiani.
7. Chromin & Coracinum ut confunderēt aliqui, occasionem fecit uicinitas nominum, tum ueterum, tum illorum quibus hodie quidam utuntur.



GLAVCVS Bellonij Vmbræ cognatus est, ut apparet. A Rondeletio quidem descriptum nusq; reperio, nec Vmbræ, nec Coracini, nec Lati nomine: quos pisces tres cognatos & simillimos facit. Glaucus (*inquit Bellonius, qui Coracino cognatum Glaucum esse putat, ego Rondeletij potiùs sententiam sequor*) pelagius piscis, à squamarum colore dictus, ex eorum pisciū numero est, qui in partes diuidūtur, pluresq; patinas implent. Chromidi (*sed alius est Rondeletij Chromis*) adeo similis est, ut pro eo plerunq; diuendatur.

ITAL. Lutetiæ inuisus, Genuensibus frequens est. apud quos Fegarus appellatur: Venetis Corbetus, quasi Coruulum dicerent. Massiliensibus & Romanis nullo alio quàm Vmbrinæ nomine cognoscitur: quanuis ab hac quibusdam notis dissideat, Bellonius.

GALL. Vide in Italicis nomenclaturis.

GERM. F. Ein geschlecht der Seerappen. Vide in Chromide Bellonij, proximè retrò.



VMBRAM piscē à colore nominatum author est Varro: & Isidorus colorem umbrosum ei tribuit. A Latinis plerisque Græcā significationē ęmulatis, Vmbra uocatur; uel

quòd liueat colore, ut canit Ouidius: uel quia celeri suo natatu oculos effugiens, umbra piscis potiùs quàm uerus piscis, intuentibus appareat, ut innuere uidetur Ausonius, inquiens: Effugiens oculos celeri leuis Vmbra natatu, Saluianus. Sed Ausonius Vmbræ fluuiatilis tantùm meminit, toto genere diuersæ. Rondeletius cum de Coracino scripsisset, subdit: Vmbra Coracinum sequitur, nec meliùs certè umbra corporis sui habitum refert, quàm Vmbra Coracinum. Ob quam similitudinem piscatores & ichthyopolæ tam Romæ, quàm in Montepelio Coracinum pro Vmbra, & Vmbram pro Coracino uendunt: existimantes Vmbram, Coracinum, Latum, sola ætate differre, ut Coracinus paruus sit, Vmbra maior, Latus uerò maximus. Vmbra (inquit Bellonius) nomen sortita est, quòd quidpiam habeat inter Coruum & Lupum adumbratum: uel quòd, dum mo-
Sciæna. uetur, adumbrantem quendam oculis colorem iridis in morem rutilet. ¶ Græcè dicitur Σκίαινα
Sciadeus. proparoxytono nomine: ut etiam Σύαινα, qui diuersus est piscis. Item Σκιαδεὺς Xenocrati. Saluianus monet Sciænam & Sciadeum unum atque eundem piscem esse, etsi utriusque ceu diuersorum in
Sciathis. suo piscium catalogo meminerit Plinius. Epicharmus Sciathidem appellat, Σκιαθίδα: ego Sciæ-
Sciænis. nida (Σκιαινίδα) potiùs legerim, ut à Sciæna deriuetur Sciænis: à quo rursus per syncopen fiat Sci-
Scinis. nis, Σκινὶς, quod nomen Galenus usurpat, & Sciænam interpretatur. ¶ Coracini cum Vmbra similitudinem, & ab ea differentiam, graphicè explicat Rondeletius.

GRAECI hodie corrupto uocabulo Scion uocant, alij Μυλοκόπιον, (*Myllus uulgò Myllocopion à Græcis dicitur, Hermolaus. Myllum autem Rondeletius eundem Coracino putat,*) Rondeletius. Idem alibi Ouem marinam à Græcis hodie hunc piscem nominari scribit.

ITAL. Vmbrinam Romanorum uulgus nominat: atque huius quidem minorem speciẽ, quæ argentei est (coloris) Vmbrinottum, Bellonius. Ab Italis & Massiliensibus, denique à toto illo tractu qui à Massilia est Neapolin usque, Vmbrino uocatur, Rondeletius. Vmbrina, à Platina Lumbrina dicitur: aliqui Ombrina proferunt: Veneti Nembrella, ut audio. Bellonius Glaucum etiam suum prouectiorem propter similitudinem cum Vmbra confundi, eodemque nomine Massiliæ & Romæ nominari scribit: similem autem esse imprimis cirro labri inferioris.

GALL. Massiliæ Vmbrino, ut in Italicis dictum est. Baionæ Borrugat, quasi Verrucatus, à uerruca quam in mento habet, Rondel. Gallis & Parisinis Maigre uocatur, à carnis candore atque albedine, quam uulgus maciem appellat, quòd nullo sanguine colorata sit, Bellonius. In Gallia Narbonensi Daine, nonnullis Peis rei, id est, Piscis regius: sed peritiores Dainam à Pisce regio
Latus. & Coracino sic distinguunt, ut Peis rei sit is qui Latus dicitur. Daina uerò, Sciæna. postremò Coracinus, Corp. Minùs corruptè pro Daine dicitur à quibusdam Caine, omisso s. id quod Galli plerunque faciunt in nominibus quorum initium est s. Rondeletius. Mediterranei maris incolæ, apud quos magis nigricat, Damam appellant, ung Daing, Bellonius.

GERM. F. Ein Seerapp. Licebit & Gallicum uocabulum Maigre interpretantes nominare ein Mager oder Magerfisch. uel à uerruca menti, ut Baionenses Galli, ein Wertzer. Lege paulò pòst in Coracino.



LATVS (prima breui, λάτος) piscis à Coracino & Vmbra disiungi non debet. Eum esse putamus, quem nonnulli pro Vmbrina uendunt. Sunt qui Coracinum album esse credant: quorũ sententiam nec probo, nec improbo. fit enim persæpe ut idem piscis, diuersis in litoribus, diuersis nominibus nuncupetur, Rondeletius. Latilus piscis (λατίλος) à Tarentino nominatus, idém ne sit qui Latus, quærendum.

GERM. De Coracini, Glauci Bellonij, Lati & Vmbræ piscium confusione distinctionéque & nominibus Germanicis, lege superiùs paulò in Chromide Bellonij. F. Ein grosser Seerapp.

Coracinum

Coracinum nigrum Rondeletius maiorém ne an minorem hîc pictum intelligat, nescio. in descriptione nòn explicat: sed simpliciter tanquam de uno loquitur, nisi quòd ex Athenæo coloris differentiam affert: qui uerò hîc pingũtur, magnitudine etiam, & reliqua specie, differunt.



CORACINVS piscis (Κορακῖνος) nomine Græco meliùs uocabitur à Latinis, quàm Coruulus uel Graculus, ut Gaza conuertit. neq; enim apud omnes constat à Corui Graculi'ue, id est, à nigro colore dictum esse Coracinum, ut docet Athenæus libro 7. nominatum esse scribens διὰ τὸ διηνεκῶς τὰς κόρας κινεῖν, καὶ οὐδέποτε παύεσθαι: id est, quia perpetuò oculos moueat, & nunquam mouere desinat. Contrà Cælius Rhod. παρὰ τὸ κόρον, id est, à nigro colore dici putat. Et Oppianus: Καὶ κορακῖνον ἐπώνυμον αἴθοπι χροιῇ. Non omnes tamen coracini nigri sunt. Κορακῖνος ὁ ἐκ τοῦ Νείλου ἥττων (uel potiùs κρείττων, ut iudicat Rondeletius) ὁ μέλας τοῦ λευκοῦ. hoc est, Coracinus ex Nilo: minor autem (uel pręstantior) niger est albo, Athenęus. qui & κηροειδέας cognominatos coracinos tradit, hoc est, cerei coloris. Eodem authore Coracinus etiam Saperda & Platistacus (Σαπέρδης καὶ Πλατιστακός) *Dorion Myllum inquit, Platistacum uocari cum auctior est, non Coracinum*) dictus fuit. Nili incolæ Peltam (Πέλτην) uocant, Alexandrini Heminerum, uel Platacem, [Ἡμίνηρον ἢ Πλάτακα.] Sed quod in Aurata, idem in hoc pisce usu uenit, ut pro ætatis ratione, diuersa nomina sortiatur. nam maiores Coracini, Platistaci: qui medię ętatis sunt, Mylli (Μύλλοι;) minimi, Gnotidia (Γνωτίδια) nominãtur, Rondeletius. ¶ Coracinus à nonnullis Aeolias uocatur, aut potiùs cognominatur. ¶ Saperdam aliqui Apuam salitam interpretantur. ¶ Coracinus à nõnullis Saperdes dicitur, Dorion. Aristoteles Saperdam inter fluuiatiles ac lacustres numerat. Coracinus uerò tum marinus, tum fluuiatilis est. & Aristoteles fortè (inquit Saluianus) marinum simpliciter Coracinum, fluuiatilem uerò Saperdam uocauit. Coracinum autem fluuiatilem dico, in fluuijs natum, eisq; peculiarem: non qui è mari ascendat: ut species duæ sint diuersæ. Et rursus in fluuijs (ut Nilo) alius albus est, præstantior: alius niger: quæ coloris differentia marinis etiam conuenit: & si id ueterum nemo quod sciam notauerit unquam. Albus autem est, (*is quem Bellonius Chromin facit.*) Niger, qui Romæ Coruo di fortiera uocatur. Corporis quidem forma conueniunt, ut ambos eiusdem generis esse dubium nõ sit. Hæc Saluianus. ¶ Rondeletius Coracinum Nili, è mari subire putat: Massarius uerò specie à marino differre: sicut Perca etiam marina & fluuiatilis differunt. Capitur apud nos Coracinus (inquit Rõdeletius) in mari, & in stagnis marinis, in fluuijs minimè. Aelianus Coracinos & Myllos etiam in Istro, id est, Danubio reperiri ait. Mihi quidem ubi & quo nomine in eo flumine capiantur, nondum innotuit. ¶ Coracino idem uidetur Κορακεὺς & Κορακινίς: unde diminutiuũ formari potest Κορακινίδιον. At alius piscis est Corax ueterum, à quo diminutiua fuerint Κορακίδιον, Κοράκιον, Κορακίσκος. ¶ Bellonius Cantharum, de quo suprà diximus, pro Coracino accepisse uidetur. ¶ Vmbra Coracino simillima est: quamobrem ichthyopolæ tam Romę quàm in Montepelio Coracinum pro Vmbra, & Vmbram pro Coracino uendunt, Rondeletius.

Coruulus. Graculus. Saperda. Platistacus. Myllus. Heminerus. Niger mari. Coraceus. Coracinis. Corax.

GRAECI quidẽ hodie Coracinum, Córaca (ut Massarius;) uel Κόρακον (ut Rondeletius) Carakídia (ut Bellonius scribit) nominant. ¶ Coracinus à Græcis uulgò nunc Mylocopi dicitur, Saluianus. Hermolaus Myllum, hodie Mylocopion uocari annotat.

ITALICE uulgò Carbo, Coruo, Corfo, uel Corf appellatur, Venetijs & alibi. (Corbetto autẽ Venetijs dictus, Bellonij Glaucus est.) Romæ Coruo & Coruetto: & in plerisq; Italiæ locis pesce Coruo, Saluianus, qui etiam Coracinum fl. nigrum, Romæ Coruo di fortiera uocari ait.

GALL. Nostra Gallia Narbonensis Corp (per apocopen) uocat: alij Durdo, alij Vergo, alij Corbau.

GERM. F. Ein kleiner Seerapp. (Rab quidem uel Rapp piscis fl. apud Saxones dictus, Capitoni fl. cognatus est.) Ein schwartzlachte Meerbrachsmen art.

Venetijs pictum hunc piscem, quondam Tincæ marinæ nomine accepi: sed falsò, ut admonuit Bellonius: qui uisa hac effigie statim Coruum mar. siue Carpam mar. id est, Coracinum esse pronunciauit. Colore magna ex parte nigricat tum corpore, tum pinnis: sed per latera fusco colori aliquid subuiride admixtum est. unde coloris nimirum ratione, Tincæ mar. nomē (quod alij uulgò Merulæ tribuunt, Romani etiam Phycidi Rondeletij, id est, Callariæ Saluiani) imperitior aliquis ei adtribuit.

GERM. **Ein andere figur deß obgenanten fischs/des schwärtzeren.**



Hæc quoq; Coracini species uidetur, colore ferè tantùm à præcedenti differens. est enim candidior: reliqua uerò specie similis, oris nempe & caudæ, item latitudine, ac pinnis & aculeis in uentre.

GERM. **Ein weyssere gattung deß obgenanten fischs.**



PRAETER

Piscem hunc Coruuli nomine in Italia pictum Cor. Sittardus misit, colore rubicundo, &c.



PRAETER album & nigrum Coracinum, fuerit fortè etiam tertia quædam species, minor, rubescens: quam alicubi in Italia Coruulo uocant: & alijs nominibus Guarracino, (quasi Coracinum,) Capo grosso, Coruasili.

GERM. F. Ein rotlachter Meerfisch / Großkopff / Käpplin.

SEQVVNTVR LATI QVIDAM PISCES NON SQVAMOSI: qui nihil ferè cum præcedentibus latis commune habent, excepto Apro Bellonij, quem Sargo comparat, &c.



CAPRISCVS (Καπρίσκος) piscis à Græcis dicitur, & Μῦς, Athenæo & Oppiano: & à Strabone lib. 17. inter Nili pisces Χοῖρος, (id est, Porcus,) Rondeletius. Ego non Capriscum hunc, qui marinus est piscis, sed alium fluuiatilem (quem Percam rotundam Germani plerique nominãt) Porcum Nili esse suspicor. ¶ Aprum suum Bellonius squamas habere negat: Rondeletij uerò tũ Aper tum Capriscus squamosi sunt. In cæteris plerisque descriptio Apri Bellonij, & Caprisci Rondeletij, ferè conueniunt: ut uel ijdem, uel omnino cognati inter se pisces uideri posʃint. Vtrique pellis dura & aspera, qua ligna expoliri possunt: duæ in tergo pinnæ: quarum prior fortibus aculeis obfirmatur. branchiæ non detectæ. corpus rotundum ferè. lineæ cancellatæ in cute. una utrinque in lateribus pinna. Oculi sursum in capite. Os paruum: in quo dentes acutissimi & ualidissimi, Rondeletio: humanis æmuli, in gyrum siti, Bellonio. Hactenus descriptiones conueniunt. Icones uerò ab utroque positæ, multùm dissimiles sunt.

E libro Saluiani. Piscis Græcè dictus Κάπρος, Καπρίσκος, Χοῖρος, Ὗς & Μῦς. Latinè Caper, Aper,
Porcus, Sus & Mus. Κάπρου Aristoteles & Athenæus nominant: Plinius Græcam uocem imita-
tus, Caprum: Gaza Aprum. Eundem hunc esse Caprisco piscem, non solùm ex maxima nominũ
affinitate: sed ex eo etiam intelligi potest, quòd uterque duram pellem habere traditur. quòd præte-
rea Κάπρος, Χοῖρος etiam (cuius apud Strabonem & Atheneum habetur mentio) sit, & dicatur. Athe Χοῖρος.
næus enim Aristotelis Κάπρου, Χοίρου uocat. Ὗν uerò apud Athenæũ: licet is dubitare uideatur an Cá- Ὗς.
pros sit: unum tamen & eundem piscem esse, eadem nominum significatio insinuat. accedit, quòd
quemadmodum alij Καπρίσκου & Χοίρου ferum esse tradunt: ita Ouidius Sues diros appellat. Po-
stremò quòd Μῦς etiam (cuius Aelianus atque Oppianus mentionem fecère) & Καπρίσκος, unus sit pi Μῦς.
scis, apertissimè declarat Athenæus, his uerbis: Capriscus uocatur etiam Μῦς, (id est Mus.) nec est,
ut unà cum Hermolao Barbaro, Ὗς hoc Athenæi loco, pro Μῦς restituendum cõijciamus: quando
quæ Μυὶ ab Aeliano & Oppiano tribuuntur, Caprisco optimè respondent. Interim non negandũ
etiam alios dici Sues marinos, ut Thynnos, quòd glandibus uescantur. Isidorus Hispalensis Sturionem, Suem uocat. Marini Mures etsi non magno corpore, (*nec magnis uiribus, Oppianus:*) inexpugnabili tamen septi sunt robore atque muniti: quippe qui ad propugnandũ duplici confidunt armaturæ, prædura nimirum pelli & dentium robori. cum ualentibus enim piscibus & rei piscatoriæ peritissimis hominibus pugnant, Aelianus; ex quo & Oppianus transcripsit. Aristoteles Ca-

pri singulas utrinque branchias esse tradit, easq; duplices. Congro binas, alteras simplices, alteras duplices. Verùm ut de Congri, ita etiam Capri branchijs hæc perperam scripsit. Vtrinq; una tantùm pinna parua & rotunda ad branchias cõspicitur. nam illis, quæ in piscibus alijs utrinq; in uentre sunt conspicuæ, prorsus caret. In dorso ferè medio tres membranis inter se iuncti reperiuntur aculei robustißimi & magni: quorum prior reliquorum duorum triplus est: eosq; omnes non solùm ubi uult deprimit (hic piscis:) sed in sulcum etiam osseum in dorso ob id sculptum recondit. Depreßi autem & reconditi, uti quàm facillimè omnes simul eriguntur, ita eorum unus duntaxat erigi nequit. Et pari ratione erecti omnes deprimi possunt, cùm eorum unus solus nequeat. suntq; ea arte fabrefacti, ut cum prior & maior quantumuis impulsus deprimi nullo prorsus pacto posit: postremi tamen depreßione quæ facillima est, statim deprimitur: non secus quàm in arcubalistis uocatis accidit: in quibus paruo ac inferiori ferreo uecte compresso, tensus illico remittitur arcus: ob cuius similitudinẽ hic piscis Romæ pesce Balestra uocatur, &c. Horum aculeorũ meminit Strabo, his uerbis: Χοῖροι, id est, Porci, cũ rotũdi sint, & spinas ad caput habeant, periculũ Crocodilis afferunt. Et Plinius hisce: Inter uenena sunt piscium Porci marini spinæ in dorso, cruciatu magno læsorum, &c. Corio tegitur squamoso, (cuius tamen squamæ serpentis potiùs quàm piscis uidētur,) ita duro & aspero, ut uix dissecari queat, atq; lignum & ebora eo poliri possint. Totius piscis figura ualde cõpressa & lata, atq; ferè orbicularis est. Pondere duas libras rarò excedit: (quanquam Plinius scribat: Appion maximum piscium tradit esse Porcum, quẽ Lacedæmonij Orthragoriscum uocãt.) Reperitur in plerisq; maris locis, etsi ferè nullibi admodum frequens. Aelianus quidem & Oppianus Murem, marinum faciunt: Ouidius etiam Suem: & Archestratus Caprum: Aristoteles uerò & Plinius Caprum in Acheloo amne reperiri testantur: Strabo & Athenæus Χοῖρον inter Niliacos pisces connumerãt. Hucusq; Saluianus. Ego Plinij Porcum aculeis uenenatis Galeum centrinen esse potiùs suspicor: qui & uulgò hodie Italis Porcus dicitur, & eius aculeos ueneno non carere Oppianus cecinit. Nili etiam Χοῖρος, id est Porcus, alius fortè fuerit: ego Percæ similem piscem minorem & rotundum, capite aculeato, unde à Lucijs non deuoratur, & Porcellio apud inferiores Germanos uocatur, Nili Porcum esse conijcio. sed hic an in Nilo reperiatur, non constat mihi: ut neq; Saluiano, an Caper eius usquam in ullo flumine. ¶ Vide mox in Capro Rondeletij.

Plinij Porcus.

ITAL. GALL. A nostris (circa Monspelium) & Siculis Porco dicitur, Rondeletius. Romæ Pesce balestra, Saluianus: propter causam suprà expositam.

GERM. F. Ein Sauwfisch im meer. quanquã etiã Delphini & Phocænæ uulgò Meerschweyn uocantur: sed ij cete sunt, non pisces.

CAPROS, Κάπρος, ab Aristotele dictus piscis, à Gaza Aper conuertitur: à Plinio non rectè Caper. hoc enim Latinis hircum significat, cápros uerò Græcis aprum.

An piscis (inquit Rondeletius) quem hic exhibeo Aper sit, pro certo nondum habeo: sed cum rarus admodum sit, & notas insignes habeat, studiosos, proposita pictura, ad rem diligentiùs expendendam, inuitare uolui. Τραχύδερμος est κάπρος Athenæo, & noster hic duris asperisq; squamis tegit. Sed noster marinus est, Aristotelis uerò fluuiatilis, nempe in Acheloo amne, idemq; uocalis. Alius est Capriscus dentibus acutis & ualidis, uirus olens, durus. Capros uerò dentibus caret, & ab Archestrato laudatur. Hæc ille. qui etiam rostrum oblongum & obtusum, Suis modo, in eo quem exhibet pisce, haberi scribit: multos firmosq; aculeos in pinnis uentris: à podice etiam tres, breues & acutos. Idem præterea Aprum suum à figura rostri aculeorumq; setas referentium sic appellandum censuit: cum ueterum Aper à uoce & grunnitu hoc nomen tulerit. ¶ Cápron aliqui recentiores cũ Caprisco cõfundere uidentur. Aprũ piscẽ (inquit Gillius) uidi Venetijs in foro diui Marci conditum in opificis cuiusdam officina pendere: quem cum Thraci cuipiam ostendissem, Capriscum dixit appellari: cumq; huius pictam effigiem Siculis piscatoribus ostendissem, Porcum esse affirmarunt. Sic ille. Venetijs quidem Porcum appellant Mustelum centrinen, quem aliqui Vulpem ueterum esse putarunt. & Bellonius cum scribit: Piscis quem antehac aliqui pro Apro descripserunt, Vulpes marina est: Gillium notare uidetur. ¶ Equidem Rondeletij Aprum Hyænæ, uel Caprisci (quo cum plurima habet communia) speciem esse coniecerim. ¶ Plura lege superiùs in Caprisco.

GERMANICE circunscribo: ein seltzamer Sauwfisch im meer/ mit gantz rauchen schüppen: vnd mit scharpffen dörnen in den floßfäderen am bauch vnd nach dem weidloch.

APER



APER à Bellonio exhibitus, à Rondeletij Apro differt, cum aliâs, tum quòd squamas ei negat: dentes albos & humanis æmulos tribuit, &c. Illyrij (inqt) piscium affinitate decepti, piscem istum Chiergner uocant: sed uox ea Sargo debetur. Aper enim Sargi modo corpus tornatum habet. Erit forsan is quem Athenæus Porculum fluuiatilē uocat: quem etiam ex Aristotele uocalem esse tradit, Hæc ille. Plinij quidem Porcus aculeis in dorso noxijs, Galeus centrines (meo iudicio) fuerit. ¶ Lege etiam quæ proximè retrò de Capro Rondeletij scripsimus.

GERM. Ein vnbekannter frömbder fisch / einer Geißbrachsmen gleych.



STROMATEVS, Στρωματεὺς. Nascitur Salpæ similis piscis in mari Rubro, qui Stromateus appellatur, per cuius totum corpus lineæ seu uirgæ aureæ extenduntur, Athenæus ex Philone. Stromata Gręcis sunt stragula & tapetes elegantiores, uarijs colorum imaginumq́ue differentijs spectabiles; unde & pisci nimirū nomē. Plura leges cum sequentibus tribus Eiconibus scripta.

ITAL. Piscis hic si in aliqua maris mediterranei parte reperitur, nec mari Rubro tantùm proprius est, forsan is fuerit qui Romæ Fiatola nuncupatur, eo à Salpa dissidens, quòd lineas aureas breuiores habeat, nec ad caudam usq; productas, (*atqui Philo requirit in Stromateo ῥάβδους δι' ὅλου τοῦ σώματος τεταμένας, χρυσιζούσας: hoc est, per totum corpus tendentes lineas aureolas: ut etiā in Salpa, cui confertur:*) Rondeletius. Idem piscem alium, de quo proximè agemus, in fine octaui libri cum peregrinis describens, Romæ uulgò, similiter ut hunc quoq;, Fiatolam nuncupari scribit: tanquam uterque in Mediterraneo mari iuxta Romam capiatur.

GERMANICE F. Ein Teppicher / oder Teppich fisch: zů Rom bekannt / mit schönen goldfarben streymen durch den leyb wie ein Goldstreymer: gleych als ein Teppich die von farben schön ist.

Fiatolæ (alterius) eiconem à Bellonio exhibitam omisimus: quòd forma & circunscriptione corporis, ac pinnis, cum ea, quam Rondeletius dedit, conueniat. Lineæ tamen seu striæ & maculæ, longè aliæ ac aliter in utriusq; pictura sunt: ut pisces esse diuersos aliquis existimaret: sicuti etiam ex utriusque descriptione idem non uidetur. Rursus uerò propter formam & pinnas, ut dixi: & quoniam uterque circa Romam frequentem esse, & Fiatolam uocari, scribit, unus uideri potest.

Alia eiuſdem piſcis effigies, quam à Cor. Sittardo cum alijs piſcibus Romæ depictis olim accepi. Hæc cum Belloniana ferè per omnia congruit, niſi quòd rudimenta quædam dentium oſtendit, cùm Bellonius omnino edentulam faciat: & lineam mediam rectam à branchijs ad caudam non exprimit, (cuius tamen in deſcriptione Bellonius non meminit:) nec aliam ſuperiorem Bellonio memoratam, incuruam & ſquamoſam, cum reliquum corpus ſquamis careat.

Addebat (Sittardus) non excedere hanc magnitudinem. erat autem miſſa ab eo pictura uno alteró ue digito longior, quàm à nobis hic propoſita eſt.

GERM. Ein andere figur des obgenannten fiſchs.

STROMATEI ſpecies altera, uel cognatus ei uideri poteſt hic piſcis. Rondeletius nullũ ei uetus nomẽ poſuit. *Callichthys.* Bellonius Callichthyn appellauit: hoc eſt, Pulchrum piſcem, quod nomen (inquit) nulli pelagio piſci rectius conuenerit, quàm huic: ut qui totus ferè ſit argenteus ut Lampuga, ac præterea multis aureis lituris uariegatus. Sed nihil tale de Callichthye ſuo ueteres prodiderunt. Hæc tantùm ex eorum ſcriptis obſeruauimus: *Anthias.* Callichthye piſcem Anthiam eſſe, (ex Athenæo: ſed meliores authores diſtinguunt:) gregarium, cetaceum, dentibus ſerratis, & è Thunno eſca gaudere. Ariſtoteles & Oppianus, ubi Anthias piſcis appareat, nullum animal noxium illic in mari eſſe tradunt, ideoq́; ſacrum haberi. Plinius (lib. 9. ca. 47.) ubi de periculo ſcribit, quod urinãtibus imminet à Canibus marinis: Certiſsima (inquit) eſt ſecuritas uidiſſe planos piſces: *Plani piſces.* quia nunquam ſunt, ubi maleficæ beſtiæ: qua cauſa urinantes, ſacros appellant eos. Hoc in loco pro planos repoſuerim Anthias. Plinium enim ab Ariſtotele mutuatum, ut alia pleraq́;, nõ dubito. Bellonius fortè hinc occaſionẽ cepit, ut latos piſces, (qualis eſt Faber, Fietola, Lampuga,) eoſdem Anthias faceret, cõſtituto hoc quaſi genere ad piſces forma plurimùm differentes. Latos enim piſces, quanquam à planis diſtinguit, quòd non ſua latitudine natẽt ſicut plani: uideri tamẽ & ipſos planos ait, ſi ſuper ſolo collocẽtur. Sed hanc ſententiam eius, nemo (quod ſciam) doctorũ approbauit. ¶ Rondeletius cum ſuperiorem piſcem libro 5. in Latorum cenſu deſcripſiſſet: *Cyanei.* hũc in fine octaui inter cyaneos (id eſt cœruleos) collocat, cũ diuerſis forma piſcibus Hippuro, Seſerino, & Glaucis ipſius, (quos Bellonius etiam Lãpugę nomine Anthijs ſuis adiungit.) Ego à ueteribus piſces cyaneos tanquam generis nomine appellatos nõ reperio: neque à colore alió ue huiuſmodi adiuncto, genus conſtitui laudo. ſic enim ſæpe unius ſpeciei

piſces,

pisces, ad genera diuersa trahentur: (Anthiæ Oppiano alij flaui sunt, alij niuei, alij atro sanguine fusci:) & species generis unius proximi, nihil ferè præter colorem aut tale quippiam commune habebunt. Nos igitur neque latos pisces adeò angustè ad tres aut quatuor species infimas cōtrahemus: neque ab accidente genus propriè uocandum statuemus. ¶ Dorsum lateraque in hoc pisce cœrulea sunt, uenter candidus, labra purpurea. ferè rotundus & compressus est, Seserino non ualde absimilis, nisi quòd lineas duas à branchijs ad caudam ductas non habet: sed unicam duntaxat. A dorso autem ad hanc lineam, & ab hac ad uentrem lineæ demissæ sunt, perbellè inflexæ, Rondeletius. ¶ Præter omnium piscium morem, pinnis sub uentre caret, estque prorsus inermis: Cantharo quidem similis, sed eo maior euadit, non tamē æquè crassus. Lineam habet à capite sub uentre ad umbilicum extensam, atque utrinque in ceruice nigram maculam. Squamis undecunque caret: præterquàm in eo lineæ ductu, qui piscis huius latera distinguit, &c. Bellonius.

GRAECI uulgò Gofidaria uocant, ni fallor.

ITAL. Romæ uulgò nuncupatur Fiatola, quemadmodum Stromateus ob similitudinem quandam, Rondeletius. Romæ ac Neapoli Fietola: Tyrrheno familiaris, Adriatico non itē, Bellonius. ¶ De hoc pisce, missa eius icone, doctissimus Sittardus sic ad me scribebat: Fetolo uulgò dicitur, Romanis Lampeca, delicatissimus piscis, (*atqui Bellonius: Nullū, inquit, inter apprime delicatos pisces nomen retinet:*) fertur nasci ex Pulmone marino. Ego ex Pulmone alió ue zoophyto marino piscem nasci, non temere crediderim. Lampecæ uel potiùs Lampugæ nomen, alijs piscibus (quos Glaucos Rondeletius facit) debetur. ¶ Quærendum an hic Venetijs à quibusdam Figo, ab alijs Truellia nominetur. *Pulmo mar.*

HISPAN. A Lusitanis Pampano, ut audio.

GALLICVM nomen non habet, ut neque superior. in nostris litoribus (inquit Rondeletius) nunquam uisus.

GERM. F. **Ein andere art des Teppichers/zů Rom bekannt vnder einem namen mit dem nächstgemelten.**

Rursus alia eiusdem piscis eicon, Venetijs facta.

Hunc primùm Hepatum esse conijciebam, quoniam à Venetis Figo nominatur: & Italicè iecur quoque Figato: & figura Hepati à Rondeletio posita, ad hanc proximè accedere uidebatur. Color etiam nigricans conueniebat. Posteà me admonuit Bellonius, piscem hunc potiùs esse Callichthyn suum, (seu Stromateum Rondeletij:) quanquam non sint eidem colores & maculæ. idque animaduerti cùm ex figura eius, tum quòd solus hic piscium pinnis sub uentre careat, nec aliam parte supina habeat, quàm quæ ab ano est. Hepatus squamosus est, &c.

GERMAN. **Nach ein andere figur des selbigen fischs.**



SESERINVS Rondeletij. Σισερῖνος. Sola (inquit) corporis latitudine à Glaucis discrepat. est enim corpore breuiore quidem, sed latiore, compresso: sine squamis, cute læui, dorso cœruleo, uentre argenteo. Lineas duas à branchijs ad caudam ductas habet, superiorem curuam, inferiorem rectam. ob quam notam in isto pisce manifestissimam, in eam adducor sententiam, ut existimem Seserinum esse, cuius ex Aristotele περὶ ζώων meminit Athenæus, his uerbis: Duas uir

gas siue lineas habent alij pisces, ut Seserinus: alij plures & aureas, ut Salpa. ¶ Idem Rondeletius in Orthragorisco pisce recitatis Aeliani de Luna pisce uerbis, descriptionem eius Seserino conuenire coniectat. ¶ Illum cuius eiconem damus, Rondeletius inter pisces Cœruleos ponit: & in eodem genere Stromateo non ualde absimilem facit.

GALL. Circa Monspelium Tronchou, Rondeletius.

GERMANICE circumloquemur: **Ein besunderer breiter meerfisch / on schüppen: mit zweyen strichen von den orwangen gägen dem hinderen teil.**

Nouacula Rondeletij.



Eiusdem alia icon, qualis Romæ olim depicta est, à Cor. Sittardo nobis communicata.



NOVACVLA Rondeletij, (inter latos planosq; ambigit, ut mox in Fabro dicetur.) Sequor in hoc pisce (inquit) uulgarem appellationem, quam ex Latina sumptam arbitror. dicitur enim Rason: quę uox nobis & Hispanis nouaculam significat: à Plinio uerò, qui solus ex ueteribus piscis huius meminit, Nouacula piscis. Eius uerba sunt: Nouacula pisce quæ tacta sunt, ferrum olent. nam in uulgaribus codicibus perperam locus hic legitur, eo quo citaui modo restituendus. Et meritò quidem Nouacula dicitur. est enim dorso cultellato, (*atqui Plinius à ferri odore Nouaculam dictam insinuat,*) quo maiorem nouaculam aptè repræsentat. piscis est marinus, palmi longitudine, tres digitos latus, unum spissus. capite Pagrum quodammodo refert, posteriore corporis parte Buglossum. Ore est paruo: dentibus acutis, magnis & recuruis. Oculis est paruis, à quibus descendunt ad os lineæ obliquæ, purpureæ & cœruleæ. Squamis tegitur magnis, rubescentibus: (unde aliqui pro Erythrino perperam hunc piscem acceperunt.) Piscis est Rhodo frequens, & in Melita insula, ex quo post Rhodum à Turcis expugnatam illuc migrarunt milites qui Rhodij appellantur. Capitur & in Maiorica Minoricaq; insulis. Carne est tenera, & delicatissima, ac in illis insulis, quas modò nominaui, summo est in precio. Sic ille. ¶ Eundem piscem postea Cor. Sittardus medicus Romæ depictum ad me misit, Pauonis nomine. sed nomen hoc alijs quoq; diuersis piscibus attribuitur. *Pauo.* Varietas & elegantia colorum Stromatei nomine dignum hunc piscem faceret: sed alius est Athenæi ex Philone Στρωματεὺς in mari rubro, ῥάβδους ἔχων δι' ὅλου τοῦ σώματος ποικίλας χρυσιζούσας. *Stromateus.* Aconias pisces quosdam Numenius apud Athenæum nominat duntaxat. *Aconias.* acóne autem Græcis cotem significat, ad quam Nouaculæ exacui solent. Tonsicula ex Orimis celebratur nomine tenus à Cassiodoro, non describitur. *Tonsicula.* ¶ Saluianus nullum adhuc Græcum aut Latinum nomen

men huius piscis inuenisse se profitetur. Peculiarem (inquit) adeò figuram habet hic piscis, ut nulli alij piscium similis uideatur, ab omnibusq; internosci facilè possit. Capite enim permagno est, ualde tamen (non secus quàm corpore toto) compresso, & omni prorsus rostro carente. Latiusculus ualde est, Fabri instar compressus. Squamis magnis tegitur: & uarijs atq; pulcherrimis coloribus egregiè depingitur. Palmi mensuram excedere non solet. Soliuagus, infirmus & imbellis, carniuorus tamen. In Romano foro piscatorio uix deni aut duodeni quotannis conspiciuntur. In Rhodio, Siculo & Hispano mari frequentior gignitur. Carnem habet teneram atq; friabilem: boni succi & concoctu facilem. Vnde in Saxatilium penuria ipsis substitui potest. Gustui suauissimus est, & in maxima habetur existimatione. Incola est litorum, maximè quę saxis abundant. Nullis ferè alijs spinis, præter eas quæ dorsi spinam constituunt, intercciditur.

ITAL. Romæ pesce Pettine uocatur, *(fortè quasi Pecten, propter parallelas capitis lineas,)* & in plerisq; alijs locis Rason, Saluianus.

GALL. Rason: quæ uox nobis & HISPANIS nouaculam significat, Rondeletius. Causa nominis exposita est suprá.

GERMAN. **Ein seltzamer fisch/ wirt im meer vmb die inseln Sicilia vnnd Malta gefunden: mit mancherley schönen farben gezieret. Die Frantzosen vnnd andere völcker am meer vor Africa über in Europa/ nennen jn ein Schärsack/ ꝛc.**

FABER. Græcis ζεὺς, id est Iupiter: uel χαλκεὺς, id est, Faber ferrarius. alius omnino piscis est Chalcis. ζεὺς nomen fortè ex posteriore nominis χαλκεὺς sylla ba factum fuerit. Putauerunt aliqui Fabrum dictum à similitudine fabri ferrarij qui fuliginosus est: (qui etiam cum Coracino hunc piscem confuderunt:) macula quidem insignis est nigra. ¶ Multæ in eo partes nigricant: ut à colore forsan Fabri nomen inditũ ei aliquis coniiciat: quanquam simul & hunc & Coracinum nominans Oppianus: non utrunq;, sed Coracinum tantùm à nigro colore denominatum ait, Saluianus. Dalmatæ etiam hodie Fabrum uocant: qui cũ ex eis percunctarer (inquit Gillius) cur sic nominarent, mihi pulchrè responderunt, se ideo ita nuncupare, quòd omnia instrumenta fabrilia in ipso reperiantur: quod quidem ipsum statim uerum esse periclitatus sum. ¶ Non est hic Cyttus Athenæi, ut quidam suspicati sunt, quoniam à Roma nis Citula nominetur. ab Athenæo quidem Cyttus nominatur tantùm, inter pisces, tanquam Dionysio sacer. Neq; Acanthias, ut propter spinas dorsi aliqui putarunt: is enim Mustelorum generis est. Neq; Orthragoriscus, uel Porcus marinus, quanuis dum capitur, grunnit. ¶ Dubitaui aliquando (inquit Rondeletius) in quam piscium classem piscem hunc referrem. neque enim inter squamosos, neque inter cartilagineos, neque inter beluas collocari potest. neque inter ψηττοειδεῖς recensendus: quippe qui una parte candidus, altera nigricans non sit, sed corpore concolore, dempta unica macula. A planis uerò oculorum situ differt. At cum exigua sit hæc differentia, corporeque plano sit, & figurâ Rhombo capite tenus quodammodo simili, non ineptè planis piscibus adnumerari posse uidetur. Sic ille. Bellonius latis piscibus adnumerat, contracta latorum appellatione ad paucos, Fiatolam, Lampugam, &c. ut paulò antè in Stromateo altero diximus. Nos latis simpliciter piscibus adnumerare uoluimus: quoniam à planis & oculorum situ, pinnisq; plurimùm differt: & non ut illi sua latitudine in aqua natat: Natura quidem, ut plerunque solet inter duo genera, quædam ita ambigua producere, ut ad utrum referas, dubites: sic Fabrum etiam & Nouaculam inter Latos planosq; ἐπαμφοτερίζοντας nobis genuit. refert enim Nouacula posteriori parte Buglossum: & latiuscula ualde est, Fabri instar compressa, Saluiano teste.

Χαλκεὺς. *Cyttus.* *Acanthias.* *Porcus mar.* *Piscem hunc inter planos & latos ambigere.*

GRAECI hodie Christopsarum (nomine composito à Christus & opsarium, quod piscem significat) appellant: aiuntq; Christophorum, dum Christum humeris gestans mare traiiceret, piscem hunc apprehendisse, & impressa digitorum uestigia reliquisse. ¶ Hodie forsan ideo Christopsaron nominant, quia olim ζεὺς, id est, Iupiter nominaretur, Gillius.

ITALICE. Romæ Citula uel Cetola uocatur: hoc quidem nomen ceu diminutiuum à Ζεὺς fortaſsis factum fuerit. à Gillio Situla ſcribitur. Item Piſcis S. Petri, Peſce ſan Pietro. ferunt enim hunc piſcem fuiſſe, quem iubente Chriſto diuus Petrus, ut in eius ore numiſma pro tributo reperiret: unde digitorum impreſſorum ueſtigia in medio corpore relicta fuerint. (Sed Orphum etiam Græci multi hodie Petropſaro, id eſt piſcem S. Petri nominant.) Genuenſes ab orbiculari eius forma Rotulum nominant: Dalmatæ Fabrum. ¶ Ligures Zaphirum appellant, Iouius: alibi tamen Scarum, Zaphirum uulgò nominari inſinuat.

HISPANI, ut & Galli Narbonenſes, Gal, id eſt Gallum uocant, cauſam leges mox in Gallicis nomenclaturis.

GALL. A Maſsilienſibus Trueie uocatur: ſiue ab inſigni uoracitate, ut Bellonius putauit: ſiue ab aculeis dorſi ſetarum inſtar erectis: unde & Hyſtricis ſimilitudinem Iouius ei aſsignat: ſiue potiùs, quia dum capitur ſuum more grunnit, quod Rondeletio placet. In Lerino inſula & Antipoli

Rota. Rode uocatur, id eſt, Rota: quia rotæ modo rotundus ferè ſit, & in medio corpore maculam nigram habeat ueluti centrum. alia quidem Rota eſt Plinij inter beluas. Galli (ad Oceanum) Doree uel Dorade uocant, ab aureo laterum colore, quaſi Auratam: nam antiquorum Auratam ignorant. In Prouincia Gal, ſicut & Hiſpani: id eſt Gallum: ut & Santones & Baionenſes Iau, id eſt, Gallum, à dorſi pinnis ſurrectis, ueluti Gallorum gallinaceorum criſtis: uel (ut Bellonius conijcit) ab aureo atq; micante colore, quem habet cum adulti Galli ruſtici maioribus plumis communem appellauerunt un Iau, uel un Cocq.

GERMANICE nominemus licet S. Peters fiſch, ut & Romani appellant. (Gallum enim & Porcos marinos uocare non libet: quòd hæc nomina alijs quoque piſcibus attribuantur.) uel ein Meerſchmid, hoc eſt, Fabrum mar. uel ein Rad, id eſt, Rotam.

ANGLI piſcem quendam Soree uocant, alij Sare uel Sorry pronunciant: qui alius uidetur quàm Doree Gallorum, hoc eſt, Faber. Praſino enim non diſsimilem eſſe aiunt, latiorem, colore Tincæ, in cibo lautiſsimum.



ICON hæc neſcio cuius piſcis reperitur in Tabula Oceani Septentrionalis ab Olao Magno edita: qui nihil aliud de ea refert, quàm piſcem eſſe duodecim pedum. Mihi quidem huiuſmodi pinnarum in eo poſitus, minimè ueriſimilis uidetur.

GERMAN. Ein vnbekannter Meerfiſch / in der Tafel des mittnächtiſchē hohen meers / von dem Olao Magno beſchriben: ſol zwölff ſchüch lang ſeyn.

ORDO

ORDO V. DE PISCIBVS SIMPLICITER DICTIS: QVI FERME ROTVNDI, (MINVS TAMEN QVAM LYRIFORMES,) NON compreſsi ſunt: alij ſquamoſi, alij læues.

Mænæ hæc imago Venetijs facta eſt. macula in medio latere talis eſſe debet, qualis in Smaride mox ſequente cernitur: & pinna à podice longior quàm ſit.



MAENA, Μαινίς. Gaza nō rectè Halecem cōuertit, & Mænidion Haleculā. (Alex Plinio nō piſcis, ſed gari uitiū eſt, gen. fœ. ſine aſpiratione: etſi in Geoponicis ἅλιξ legit. Halec uel Alec gen. neut. Horatius & Plautus dixerunt: liquamen ex inteſtinis piſcium interpretantur. Halecula diminutiuum ſemper pro piſciculo capitur, uili nimirum quouis, [Columella riuales haleculas dixit:] quem etiam halecularium Hermolaus appellat: Græcè anthracidem, id eſt prunarium uel carbonarium: quicunque ſcilicet in pruna & craticula commodè coqui poteſt.) Mænarum ſpecies aliæ in utroque latere nigram maculam orbiculatam habent, quæ ſimpliciter Mænæ dicuntur. aliæ, Leucomænides, uel Smarides. aliæ, Boopes. ¶ Euenit ut cum fœtu impleri Mæna fœmina incipit, maris color in nigriorem, pluriſque uarietatis mutetur, & caro deterrima cibo efficiatur: uocantur à nonnullis per id tempus Τράγοι, (id eſt Hirci,) Ariſtoteles. De alio Athenæi Hirco, dictum eſt in Gobione nigro Rondeletij.

Alex.

Halec.

Halecula.

Mænarum ſpecies.

Hirci.

ITAL. A Liguribus ac Romanis Menola uocatur: ab ijs qui Adriaticum ſinum incolunt Sclaua, uel Menola Sclaua: uel, ut ipſi proferunt, Schiaua.

GALL. A Maſsilienſibus Mendole, (aliâs Medola,) ab aliquibus Cagarel, quòd aluū cieat. à noſtris in Gallia Narbonenſi Iuſcle, Rondeletius.

GERMANICVM nomen non habeo. Bellonius, Rarò (inquit) in Oceano capiuntur, quod ſciam. Scheyſſerling uocari poteſt, interpretatione Gallici nominis Cagarel.

Mænulam Italorū à Germanis inferioribus Houtinck uocari, olim accepi: ſed certi adhuc nihil habeo. Rondeletius Oxyrhynchum ſuum, qui Antuerpiæ crebrò cernatur, Hautin illic uocari ſcribit: aliqui Acum Ariſtotelis ſic nominant.

Bellonij icon ſquamas omittit: ſex autem ſeptém ue lineas à capite caudam uerſus exprimit.

SMARIS & Græcis (Σμαρίς) & Latinis dicitur. Gaza Cerrum Latinè uertit, (ob id fortaſſe quòd Neapoli Smarides uulgò dicuntur Cerres, Maſsiliæ Gerres:) mirum cur non potiùs Plinij & *Cerrus.*

Gerres. *Leucomænis.* *Garus.* Martialis appellatione usus, qui Gerres dixerunt. Est autem Smaris ea Mænæ species, quæ Leucomænis etiam à Græcis dicitur, id est, Mæna alba, quia semper alba remanet, cùm Mæna prior colorem mutet. Eundem piscem Garum esse, nominis affinitas facit, ut suspicer, cum pro Garo Cerrus dicatur: & à Plinio & Martiali multitudinis numero Gerres, & Antipoli hodie Garon. præterea ex hoc pisciculo optimum fieri garum experientia docet. ex Garo uerò pisce optimum fieri garum testis est Plinius, Rondeletius. Leucomænides aliqui Boaces nominãt, Athenæus. Smarides uocantur etiam Marides Athenæo.

Smaridem, Bocam & Mænam cognatos pisces, sic distingues. Boca lituris caret, quibus Smaris prædita est. Smaris quoq; asperiores fert squamas: lineasq; rectas, serie quadam in lateribus dispositas, quales & in Mæna cernimus: sed Mæna nullo seruato ordine confusas, Bellonius.

GRAECI hodieq; Marides aut Smarides appellant.

ITAL. Neapoli, Cerres. Venetijs, Giroli, Gerruli. alijs etiam Giri, Zerli. Romæ Spigaro: ubi & Rotonetum aliqui uocant, quod nomen Boopi debetur. Siculi etiamnum Smaridas uocant.

Bôcis alia effigies Venetijs expressa.

HISPANICE Picarel. Vide mox in Gallicis.

GALL. Massiliæ, Gerres uel Giarets. In Gallia Narbonensi, ut & in Hispania, Picarel: ob id fortasse quòd salitus hic piscis & fumo exiccatus, linguam acrimonia quadam pungit & mordet, Rondeletius.

GERM. F. **Ein wysser Scheysserling.** uel imitatione Hispanis & in Prouincia usitati nominis Picarel, **ein Bitzling. Bitzelen** enim nostris de sapore pungente & mordente linguam in usu est. Mænulam Italorum à Germanis inferiorib. **Houtinck** uocari olim accepi. quod si uerum est, Smaridem seu Leucomænidem interpretabimur **ein wysser Houtinck**: Et Boopis species duas aut tres, **geschlächte des Houtincks / oder des nächstgemelten fisches.**



BOOPS, Box, Boax. Βόωψ, Βώξ, Βόαξ.

Hic piscis litoralis est, ex Mænarum genere: in Gallia nostra Narbonensi, Italia, Hispania, & re & nomine notissimus. A Plinio Box dicitur, uel (ut alij legunt) Boca. Gaza Vocam conuertit, Rondeletius.

GRAECI hodieq; Boopa nominant.

ITAL.

ITAL. Venetijs Booba. in reliqua Italia, Liguria, Gallia Narbonenſi, Hiſpania, Bogue uel Boga nominatur. Romæ etiam Boga uel Rotoneto, quòd corpore ſit rotundiore.

GALL. Bogue, ut in Italicis nominibus dictum eſt. Sunt qui cum Leucomænide (quæ potiùs Smaris eſt) confundant.

GERM. Ein geſchlecht des Houtincks. Lege ſuperiùs in Smaride.



BOOPIS ſecūda ſpecies Rōdeletio. Ex ueteribus ſolus Oppianus Boopis ſpecies duas facit. Piſcem hunc (inquit Rondeletius) in multis ſuperiori ſimilem, Bogue rauel appellant. quid uerò iſtud rauel ſignificet, non potui omnino aſſequi: niſi quòd peritiores piſcatores ſic dictum eſſe putant, quia capiatur & uendatur cum piſcibus, uulgò rauall e appellatis, id eſt, minutis, quiq; ſimul elixantur & apponuntur, nec propter paruitatem ſeliguntur, Rondeletius. Haud ſcio an idem ſit, (uidetur autem eſſe,) piſciculus litoralis, qui à Bellonio Bogue reneau nominatur.

GERM. Ein ander geſchlächt des Houtincks / ein rotlachter Houtinck. Lege ſuperiùs in Smaride.



BOOPIS tertia ſpecies Rondeletio.
Rarus eſt hic piſcis (inquit) cuius nomen neque à piſcatoribus noſtris, neque ab alijs potui unquam extorquere propter raritatem.

GERM. Das dritt geſchlächt des Houtincks. Vide ſuprà in Smaride.

SALPA, Σάλπη. Græcum Salpæ nomen Latini retinuerunt: & hodie plerique Europæ populi retinent. Hunc piſcem alio nomine Bouem (Βοῦν) appellāt, ut eſt apud Heſychium. ſed nos alium dabimus magis propriè Bouem dictum in planorum cartilagineorum genere. ——— Σάλπαι τ' ἰσομήκεϊς ἰχθῦς, Ἅς τε βόας πόρκηες ἁλίζωνοι καλέουσιν; Οὕνεκα γαστέρι φῦκος ἀεὶ ἀλέγουσιν ὀδοῦσιν, Antiphanes, hoc eſt: Et Salpæ, quas Halizonorū piſcatores nominãt Boues, ab eo quòd dentibus ſemper algē ſuis uentribus molant. Cognominãtur aūt fortè ἰσομήκεις, quòd in nullo alio piſciū genere, æquè atque in Salpis, eadem ferè ſemper ſeruari magnitudo uideatur. ad ſummum quidē bilibres fiunt, aut ſemper ad librã auctæ apparent, Saluian. Pro πόρκηες, lego πορκῆες, id eſt, piſcatores retiarij. nam πόρκος genus retis eſt. Halizoni populi ſunt Aſiæ minoris. Pro ἀλέγουσι, quod eſt, curant, malim ἀλέουσιν, id eſt, molunt. Eſt autem Σάλπη apud authores ſemper fœminini generis. Archippus per iocum maſculino genere protulit, tanquam de uiro tibicine, propter alluſionem uocabulorum. ---- κῆρυξ μὲν ἦν βόαξ, Σάλπιγξ δ' ἐσάλπιγξε. ¶ Chriſopleurus, piſcis dictus Salpa, Syluaticus; ſcribendum autem Chryſopleurus, ab aureo per latera colore. Bos.

Salpæ similis est piscis in mari Rubro, Stromateus nomine, Athenæus.

GRAECI etiamnunc nomen antiquum usurpant.

ITAL. Romæ & apud alias pleraſq; gentes (quæ Græcæ aut Latinæ linguæ uestigia retinent) nomẽ seruat, Gillius & Saluianus. Veneti Salpam proferunt, Romani ferè Sarbam: alicubi Salpono.

HISPAN. Lusitani Salema uocitant.

GALLI etiam Salpa nominant, Masſilienses Sopi, Bellonio teste.

GERMANICVM fingo, **ein Goldstreymer**, à strijs seu lineis aureis: uel circunloquor, **ein art der Meerbersichen mit etlichen gälbẽ strichen durch die seyten/ vom kopff gãgẽ dem hinderen teil.**

Effigies hæc Salpæ Venetijs effícta est, ei quã Rondeletius dedit, satis similis: nisi quòd uirgas à capite ad caudam tendentes nõ exprimit: quæ à pictore colores inducente addi possunt.



SALPA minor est, ætate tantùm differens: uel potiùs species ei similis, qui in Gallia Narbonensi Vergadelle uocatur piscis, hoc est Virgatus, à uirgis siue lineis parallelis, quibus distinguitur, omnino similiter ut Salpa: qua cũ etiam partibus internis, saporis insuauitate, carnis mollitie, & uictus ratione conuenit. Rursus autem ab ea differt figura: est enim tenuior, breuior, rotundior, Sparis uel Auratis quàm Salpis similior. ad Salpæ magnitudinem nunquam accrescit. reperitur in stagnis marinis tantùm: Salpa uerò tum in mari tum in stagnis. quamobrem, ut diximus, specie potiùs quàm ætate differt, contra Rondeletij sententiam: qui piscẽ hunc in Salpa descripsit, eiconem uerò eius nullam dedit. ¶ Germanicè nominari poterit **ein Streymbrachsme.**

DE MVGILIBVS IN GENERE.

MVGIL dicitur Ouidio, Plinio: Mugilis, Iuuenali, Horatio, Gazæ, sicut as & assis. Mugil dictus est, quòd sit multùm agilis, Isidorus.

MVGILES frequentiſsimi (inquit Rondeletius) & uulgò notiſsimi sunt pisces: sed in eorũ generibus distinguendis difficultas est. Sunt enim qui Cephalum (Κέφαλον) genus Mugilum omnium siue marinorum, siue fluuiatilium constituunt, ut Galenus. alij Leuciscum, Λευκίσκον, ut Hicesius. Galenus quidem Leuciscum, fluuiatilem tantùm Mugilem facit. Aristoteli Cephalus species est, quæ cum alijs (Chelone, Sargino, & Myxone) Κεστρέως nomine continetur. ¶ Dorion Κεστρέας marinos & fluuiatiles facit: & rursus marinorum species duas Κέφαλον & Νῆστιν, nimis concisè. Hicesius species Leuciscorum quatuor nominat: Cephalum, in cibo optimum: deinde Cestreum: tertiò Myxinum: postremò Chelonẽ, (qui & Bacchus dicatur: Rondeletius tamen Bacchum, potiùs Myxonem esse putat:) ex quibus tres etiam Aristoteles nominat: quartum uerò non Cestreum, ut Hicesius, sed Sarginum, Σαργῖνον; (alíqui Sargonem Latinè uertunt. Sargus alicubi pro Sargino perperam legitur apud Aristotelem.) Ego Chelonem non Mugilis speciem proximam fecerim, sed Cephali. Docet enim Aristoteles Cephalorum speciem unam litoralem esse, quam Chelôna nominat: alteram translitoranam, quã adiectiuo nomine περαίαν cognominat, & muco suo nutriri dicit, eoq; semper ieiunum esse. unde quoniam, cum quatuor Mugilum species faceret, Chelonem nominauit, Peræam omisit, uel Cephalum simpliciter dictum, uel Sarginum pro Peræa eum nominasse probabile est. Rondeletius Cephalum Peræam, eundem Cestreo (Hicesij) Nestidi, id est, Ieiuno, & Sargino facit. Quòd si quis

Cephalus.
Leuciscus.
Cestreus.
Νῆστις.
Peræas.

quis(inquit Rondeletius)Peræam cum Myxino(quoq;)eundem eſſe uelit,non repugno, præſertim cum dicat Ariſtoteles muco(myxa)tantùm ſuo ueſci. Sic ille. Hiceſius Myxinum tum à Chelone,tum à Cephalo diuerſum facit: & Rondeletius quoq; in ſequentibus diſtinguit, quanuis dubié. Ieiuni quidem epitheton (& prouerbium κεστρεὺς νηστεύει) Rondeletius Mugilibus omnibus conuenire poſſe fatetur,cùm omnes carne abſtineant, imprimis tamen Cephalo translitorano cōgruere id uidetur,qui ſuo tantùm muco uictitat,cæteri enim algis & limo ueſcuntur: ut hic præ cæteris ſicut eſt,ita etiam dicatur νῆστις. Ariſtoteles cum Mugiles aliquot locis recenſet, tribus,ſcilicet Myxoni,Cheloni,Cephalo,Sarginum Ieiuni loco annumeraſſe uideri poteſt, Ceſtreo pro genere poſito:quibus in locis mendoſè Σάργος pro Σαργῖνος in uulgaribus noſtris codicibus legitur. Omnes autem hæ Mugilum quatuor ſpecies in mari mariniſq; ſtagnis naſcuntur. Sunt & fluuiatilium non pauciores differentiæ,Rondeletius. ¶ Mugilum in fluuijs alij è mari ſubeunt: alij in eis geniti paruis & numeroſis ſpinis abundant,Galeno teſte. ¶ Vocantur & πλωτὸν à nonnullis. ſed Oppiano piſces omnes πλωτὸν ἁλὸς dicuntur. ¶ Ariſtophanis Scholiaſtes Ceſtreum cum Cephalo confundit. Ceſtreas apud Ariſtophanem Murænas aliqui interpretantur. Ceſtram Dorion & Pollux eandem eſſe cum Sphyræna uoluerunt. ¶ Inter Mugilum ſpecies legimus etiam Σφηνίας, à figura cunei dictum,quadratum & λαγαρὸν,id eſt,gracilem uel uacuum. & Δακτυλέα uel Διδακτυλαῖον,à magnitudine. ¶ Ariſtotelis Hiſtoriæ 8.2.uerba: Τρέφεται δὲ πᾶς κεστρεὺς φύκει καὶ ἄμμῳ. Ἔστι μὲν ὁ κέφαλος,ὃν καλοῦσί τινες χελῶνα, πρόσγειος·ὁ δὲ περαίας.οὐ βόσκεται δὲ ὁ περαίας,ἢ τὴν μύξαν τὴν ἑαυτοῦ·διὸ καὶ νῆστις ἐστὶν ἀεί,οἱ δὲ κέφαλοι νέμονται τὴν ἰλύν.διὸ καὶ βαρεῖς καὶ βλεννώδεις εἰσί. Gaza uertit: Veſcit Mugilis unuſquiſq; alga atq; arena. Capito quem aliqui labeonē uocant, litoribus gaudet. alter generis eiuſdem translitoranus eſt: qui non niſi mucore ueſcitur ſuo. quamobrem ſemper ipſe ieiunus eſt. paſcuntur limo omnes(*in Græco non eſt,omnes*)capitones:quo fit ut graues & ſordidi ſint. Rondeletius nō rectè uertit,Capito quem alij Labeonem uocant: ſic enim aliquis duo hæc nomina pro una ſpecie accipere poſſet:cum Ariſtoteles hoc ipſo capite diſertè diſtinguat, ſpecies Ceſtrei quatuor nominans,Chelonem,Sarginum,Myxonem,& Cephalum. Quare ita mecum ſtatuo, Ariſtotelis hanc ſententiam fuiſſe:Cephali tres eſſe ſpecies, unum ſimpliciter cephalum dictum, (quem Hiceſius etiam à Myxino & Chelone ſeparat:)alterum cognomine chelonem: & tertium cognomine peræam uel ieiunum. longius enim hic à litore degit:quare limum & algam non inuenit, & muco ſuo paſci uidetur, unde & Myxinus nimirum idem fuerit. Sunt igitur tres iſtæ ſpecies Cephali,ceu generis proximi:Ceſtrei uerò tanquam remotioris. Reſtat Sarginus,nō iam Cephali,ſed Ceſtrei tantùm ſpecies: & hic aliquando Ceſtrei nomine (ut Hiceſio præſertim) abſolutè uenit : nihil enim quàm κεστρεὺς eſt,non etiam Cephalus. Hanc ſententiam pleraq; & clariora authorum loca confirmant:quòd ſi pauca quædam & dubia,opponi poſſunt: cogitandum ipſos etiam ueteres fortè aliquando non omnia ſatis diſtinctè,ſed quædam ita ut acceperant,tradidiſſe. ¶ Ibidem Ariſtoteles ſcribit:Ceſtreum guloſum & inſatiabilem eſſe:quare uentrem eius diſtendi: & quādo ieiunus fuerit,inertem aut uilem eſſe.(in Græcis abundat negatio, καὶ ὅταν ᾖ μὴ νῆστις,φαῦλος. Aldina editio & Athenæus,negationem non habent.)Et poſſunt hæc quidem omni Ceſtreo conuenire, Myxino uel Ieiuno excepto. is enim ſemper ieiunus eſt. Athenæus libro 7.ex Ariſtotele recitans, quædā non mendoſa,ut Saluianus ſuſpicatur. ſed diſtinctius certiuſq; quàm noſtri Ariſtotelis operū codices habeant,exponit.ut, ἔστι δὲ ὁ μέν τις κέφαλος,ὁ δὲ χελὼν,ὁ δὲ φεραῖος,(lego περαίας,non περαῖος, ut Saluianus:) καὶ τροφῇ χρῆται ὁ μὲν φεραῖος,τῇ ἀπ᾽ αὐτοῦ γινομένῃ μύξᾳ·ὁ δὲ χελὼν ἄμμῳ,καὶ ἰλύϊ. ¶ Ceſtreus dictus eſt à figura,nempe à ceſtra,quod teli uel miſſilis genus eſt,Latini uiriculum uocant,)*Verucu lum alij ſcribunt.*)teli enim modo publica Athenienſium pœna intrabat adulteros,&c.

ITAL. Veneti omne Mugilum genus Cephalos nominant,Gillius. Vulgus circa Venetias profert,Cieualo,Scieuolo,Sebolo.aliqui etiam Tragono.

GERM. Mugil uel Cephalus à noſtris Germanicè appellari poterit ein Meeralet.nam & eū piſcem,quem noſtri uocant Alet, Auſonius Capitonem uocat, Itali Squalum, quaſi Cephalum. Scio Anglos à Gallis mutuatos,Mugilem uocare a Mullet, & Albertum Germanico nomine Harderen:(Flandros Mullenaer:)ſed illud nobis inſolens & ignotæ ſignificationis eſt,hoc originis Latinæ & Gallis uſitatum. Albertus quidem perperam Mullum pro Mugile nominauit. Inter icones Oceani Germanici piſcium, quas à Io. Echtio accepi, Molenaer & Herder nomina non uni ſed diuerſis piſcibus adſcribuntur.



CEPHALVS,Κέφαλος, ſpecies Mugilū, à Theodoro conuertitur Capito. eſt autē capite magno, craſſo,latoq;. Degit maxime in

Myxinus.

Ieiunus.

πλωτὸν.

marinis stagnis & fluminibus: cubiti magnitudinem aliquando superat. Alius est Capito fluuiatilis Ausonij. ¶ Vide suprà in ijs quæ de Mugilib. in gen. scripsimus.

GRAECVM uulgus Cephalum maiorem, ex quo botargę fiunt, Coclano uocat, Bellonius: minimos uerò, Gillaros.

ITAL. Romæ & in tota ferè Italia Grę co nomine Cephalo uocatur, Rondeletius. Venetis Ceuola. Qui ad oras Padi agunt, Cephalos uarijs nominibus pro magnitudine appellant: Canestrellos nempe minimos, quos in canistris ferre solent. Alios quoque Bastardos, medios inter maiores & minores. Alios Letreganos, cæteris paulò latiores. Boseguas alios, mediam magnitudinem inter Letreganum & Miesine sortitos, Bellonius. Priuatim Cephalum grandem, Miesine, quasi Myxinum, uocant Padi accolæ, Idem. Capitones in sinu Adriatico Capitellos uocant, siue Capistellos, Gillius.

GALL. Circa Monspelium Cabot, quasi Capitatus: à Gallis Mullet, Rondeletius. Bellonius scribit, un Mulet, & Massiliæ un Muge uocari. Cephalum autem grandem, à uulgo Stœchadum Vergado nominari addit, (Rondeletius à piscatoribus se accepisse ait, Samez uulgò dictos Monspelij de Mugilum genere, ipse priuatim Cestreos facit, in eos quos Vergadelles uocant, mutari: ut Capitones in Mugiles.) Massiliæ Calug. Gillius simpliciter Capitones, Massilię Calugos uocari tradit.

ILLYRICE Czypo.

GERMAN. Das erst geschlecht des Meeralets. Vide superiùs cum Mugilibus in genere.



Alia eiusdem eicon, Venetijs olim nobis picta.



CESTREVS, Κεστρεύς, Rondeletio, Leuciscorum seu Cephalorum species altera. Aristoteles semper opinor pro generis nomine accipit, Hicesius Leuciscum genus constituit, cui inter alias species Cestreum subijcit. Vide in ijs quę de Mugilibus in genere scripta sunt. ¶ Est hic piscis Cephalo similis omnino, & idem uideretur nisi capite esset minore, & acutiore: lineasque à branchijs ad caudam ductas breuiores haberet, Rondeletius.

GALL.

GALL. A nostris Same dictus est. Piscatores hunc piscem cum senuerit in piscem Vergadelle dictum, mutari aiunt, Rondeletius.

GERM. F. Das ander geschlecht des Meeralets. Vide suprà in Mugile in genere.



MYXON Rondeletij, Mugilum species altera. μύξων (inquit) uel μύξινος appellatur, à myxa, id est muco & pituitoso humore: Cestreo omnino similis, sed magis mucosus: capite minùs acuto. ¶ Est hic Cephali species, qui & peræas & nestis cognominatur. Lege quæ suprà de Mugilibus in genere scripsimus. ¶ Dorion Cephalum tradit differre à Cephalino, qui & Blepsias uocetur: Rondeletius quoniam nulla Blepsiæ uocabuli ratio appareat, (tanquam id necesse sit,) pro Blepsia, Blennum uel Blennodem legendum putat, ut idem sit qui Myxinus: quoniam blenna idem quod myxa significet. Sed longè alius est Blennus marinus. quare Blepsiam si quis mutare uolet (ego quidem non laudo) in Blenniam potiùs quàm Blennum aut Blennodem mutet: nullius equidem piscis nomen in ώδης terminari puto. ¶ Chelônes, Hicesio teste, etiã Bacchi nominantur. Plinio non hi, sed Myxones Bacchi uel Banchi appellãtur. Sed hic in ijs quæ à Græcis mutuatur sæpiuscule errat. maior fides Hicesio, Græco scriptori in Græcis nomenclaturis: ut Chelon alio nomine Bacchus dicatur. quanquam hoc etiam considerandum est diligentiùs. Suspicor enim Bacchi nomen ad Aselli tantùm speciẽ minorem pertinere, quæ Oniscus & Chellares uel Callarias uocatur, ex Athenæi authoritate. (nam hîc etiam Plinius aberrauit, Asellos maiores, Bacchos appellans.) ab Aselli autem nomine Chellares, Hicesius ad Chelonem, uel (ut alicubi scribitur) Chellonem, facilè transierit. Bacchus quidem non Banchus legendum, tum ex uetustis Plinij codicibus, tum ex Græcorum scriptis apparet. Et ut Asinus quadrupes Libero, id est Baccho consecrabatur, ita piscem quoque Asellum minorem, eiusdem nomine appellatum uerisimile est. ¶ μύξος & μύζων pro hoc pisce scribi, non probo. *Bacchus.*

ITAL. GALL. Prouinciales & Ligures Maxon uocant. nostri communi uocabulo Muge, Rondeletius. Mugilum genus etiam hac ætate Græci Myxones appellant: qui Niceam accolũt, Massones nuncupant, Gillius. Saluianus Cephalum simpliciter Senis Mazone dici scribit. ¶ Padi accolæ Cephalos grandes Miesine uocant, uoce ad Myxinum accedente, (fortè quasi μείζονας,) Bellonius. Eustathio μυξῖνος (penanflexum) est parui Mugilis genus.

GERM. F. Das dritt geschlecht des Meeralets. Vide suprà in Mugilibus in genere. Ein Schleymharderen/ein Schleymling.



CHELON Rondeletij, Mugilum species quarta. Grecè scribitur χελών uel χελλών, κολών & χελλών & χάλλων, uocabula sunt corrupta. Gaza Labeonem uertit. Labrum cauda placentẽ nominauit Plinius inter Ouidianos pisces: sed Melanurum legi oportet, non Labrũ. Piscis est (inquit Rondeletius) Cephalo similis, capite paulo minore, oculis prominentioribus, sine pellicula illa molli, ueluti pituita concreta, quam ueluti palpebram habet Capito. Lineas nigricantes à branchijs ad caudam æqualibus spatijs distantes, protensas habet, unde Vergadelle à quibusdam (circa Monspelium) uocatur. Labra crassa, spissa, prominentia. Chelônes Hicesio teste, etiam Bacchi nominantur: de quo leges superiùs in Myxone, & plura de hoc pisce inter ea quæ de Mugilibus in uniuersum annotauimus.

GALL. Circa Monspelium, Chaluc: à quibusdam Vergadelle, quoniam lineis seu uirgis quibusdam nigricantibus, à branchijs ad caudam distinguitur.

GERM. F. Das vierdt geschlecht des Meeralets. Ein streymharderen, id est striatus Mugil: Vel, ein Maulharderen/ein Harderen art mit grossen läffzen.



MVGIL niger Rondeletij. Vndis nostris (inquit) incognitus est quẽ hîc expresimus: Mugili corporis specie ualde similis, sed totus ater: lineasq; nigras à branchijs ad caudam producit: quam ob causam Mugilem nigrum uocaui. Maxillam inferiorem ualde diducit, ob id ualde hiante est ore. Septem octó ue aculeos in dorso gerit, ut effigies (quam Pisis à Portio philosopho accepi) ostendit.

GERM. F. Ein frömbder schwartzer fisch von der art der Meeraletẽ/mit siben oder acht dörnen auff dem rucken. Ein schwartzer Meerstichling.



MVGIL alatus Rondeletij. Hic piscis (inquit) alatus & uolans, cum Hirundine & alijs uolantibus collocari posset. sed quia & corporis figura, (pinnis, caudaq; exceptis,) & uictus ratione planè Mugil est, (& internas partes reliquis Mugilibus omnino easdem habet, carne quoque & succo similis,) ideo Mugilibus alijs subiunxi. Bellonius hunc pro Hirundine descripsit: nos aliam Rondeletij Hirundinẽ dedimus. ¶ Mugilem alatũ Rondeletij, Saluianus quoq; Hirundinẽ facit: Hirundinem uerò Rõdeletij, Miluum, ne Mugil hic alatus, ueteribus indictus relinquatur, &c. Speusippi uerba, quibus duros stimulos Hirundini tribuit, & Cuculi Mulliq; similitudinem, ei suspecta sunt: cum Mullus etiam Cuculusq; (inquit) præterquam colore nonnihil, similes non sint. Oppianus quoq; ei uidetur non rectè hunc piscem aculeatum facere, cum alibi mitem uocet, *(hoc tamen Lippius interpres, non Oppianus fecit:)* præsertim cum Gobium quoq; non rectè aculeatis adnumeret. Sic ille. Ego Rondeletij opinionem præfero.

ITAL. Romæ non rectè Rondola uocatur, & Hirundo marina creditur: nostra autem & uera Hirundo (Cuculo, Mulló ue similis, ut Speusippus ait) Miluus Romæ creditur, & uulgò dicitur Miluo, (Nibio.) ¶ Depictus hic piscis Romæ, & plerisq; locis Italiæ, Saluiano teste, pesce Rondine uocatur.

GALL. Agathenses Falconem marinum uocant, Rondeletius. Bellonius, qui pro Hirundine hunc piscem descripsit, à Gallis Arondelle de mer uocari tradit, Masiliæ Landola. Sed ea nomina cum Hirundinem significent, minùs propriè huic pisci tribuuntur. Vide suprà Ordine tertio in Hirundine Rondeletij.

GERM. F. Ein fliegender Meerfisch: der gestalt nach (außgenomẽn die fecken vñ schwantz) võ der art der Meeralcten.



Icõ prior, maioris Lupi et lanati est: posterior uarij et minoris.

LVPVS piscis Latinè, Græcè λάβραξ (nam Ly-



cos alius est: Vide in Lucio inter fluuiatiles) dictus est à uoracitate, os enim illi hiat, & repente ac cum impetu uorat glutitq; escam: qua de causa facilè capitur. ¶ In tãto honore apud antiquos fuit, ut per excellentiam Piscis nomen adeptus sit. Lucilius poëta Catillonem pro *Piscis.*
Lupo dixit. ¶ Luporum *Catillo.*
duo uidentur esse genera. alius enim uarius est, teste Columella, id est, cuius dorsum ex albo cœruleum est, uenter candidus, nigris maculis conspersus. Alius sine maculis, qui appellatur (*cognominatur*) laneus siue lanatus, à candore mollitieq; carnis. Vterque in mari, marinis stagnis, fluuiorum ostijs, & fluuijs reperitur: non quòd in fluuijs nascatur, sed quòd è mari marinis'ue stagnis fluuios subeat, Rondeletius.

Alia Lupi effigies, Venetijs quondam nobis depicta.



Columella Lupos alios uarios, alios sine macula nominat. Neq; uerò est (inquit Saluianus) q; paruulos Lupos, nigricantibus notis insignes, uarios ab eo uocari arbitremur. nam hi ab illis qui sine macula sunt, ætate sola ac magnitudine differunt: grandioresq; facti, nigris illis deletis notis sine macula apparent. Hæc ille: qui Lupum uarium Columellæ, piscem fluuiatilem, uulgò Truttã dictum esse arbitratur, ut etiam ante ipsum Iouius, à Rondeletio ob id reprehensus.

GRAECI hodieq; Lábraca appellant, Gillius.

ITAL. Hodie à Romanis Lupasso & Spigola (aliâs Spicola) dicitur, à Liguribus Louuazzo. Venetis Varolo (uel Vairolo, quasi Varius.) à solis Hetruscis, Araneo, (Ragno, Saluianus,) Rondelet. Paruus adhuc Venetijs, Baicolo dicitur.

HISPAN. Lupo, Robalo.

GALLICE. Lubin. Apud nos Loup: minor uerò, Loupasson, Rondeletius. Oceano finitimi Var uel Bar, siue à Græco Laurace corrupto nomine, siue à uario colore facto. Burdegalenses Lubinam nominant, Bellonius.

GERMANI eodem quo ANGLI nomine uti poterunt: (uocant autem Angli a Base, nimirum à Gallico nomine Bar:) aut fingere proprium, ein Fräßling/ein Röubling.

SPHYRAENA (Σφύραινα) piscis est, quem Attici plerunque Cestram nominant, Dorione te- *Cestra.*
ste. Plinius Sudim. Sunt præterea (inquit) à nullo authore nominati: Sudis Latinè appellata, à *Sudis.*
Græcis Sphyręna, rostro (*nauis nimirum*) similis nomine, magnitudine inter amplissimos, rarus, sed tamen non degener; & Pernæ Concharum generis, &c. Atqui meminit Sphyrænæ Aristoteles

(ſemel quod ſciam lib. 9. hiſt. cap. 2.) & è recentioribus Græcis Oppianus, Athenæus. Sudis teli militaris genus eſt: & palus acutus, qui in terra defigendus præurebatur. Ob eandem formæ ſimilitudinem, κέστρα dicebatur ab Atticis, (nam κέστρα teli (σφύρας σιδηρᾶς, Pollux) genus eſt: aut ſtimulus ſiue ſtylus apud Sophoclem & Ariſtophanem:) ab acuta roſtri figura: ut Ceſtreus etiam Mugilum ſiue genus, ſiue ſpecies, dictus uideri poteſt, quia teli (ceſtræ) modo, publica Athenienſium pœna, intret adulteros, Hermolao teſte. Sphyra etiam (*σφῦρα, oxytonum, ut differat à plurali σφυρὰ, quod eſt, malleoli*) teli genus ſignificat, Rondeletius. Sphyra quidem Græcè ſudim ſonat, ut arbitror: cui ſimile & eiuſdem ſignificationis uocabulum noſtri uſurpant, **ein Schwire.** A ſphyra autem nomen factum apparet Sphyrænæ piſci: qui non ſolum nomine, ut Plinius ſcribit, ſed reipſa etiam ſimilis eſt ſphyræ, nimirum roſtro ſuo: ut fortè nomini (in dandi caſu) legi debeat apud Plinium, hoc ſenſu: Sudis piſcis roſtro (auferendi caſu) ſimilis eſt nomini ſuo, hoc eſt ſudi ſeu ſphyræ. Vocabula piſcium (inquit Varro) pleraq; translata ſunt à terreſtribus ex aliqua parte ſimilibus, ut Anguilla, Sudis. Ab eadem roſtri figura, Hiſpani, & Itali, & ad mediterraneum Galli aliquot,

Spettus. Spettum (hoc eſt, ueru) hunc piſcem appellant. Eſt enim piſcis longus, & acuto roſtro. qua de cauſa Speuſippus Acui aſsimilauit. ¶ Errant qui piſcem Iudæum Maſsiliæ uulgò dictum (is Zygæna ueterum eſt, & capite ſuo libellæ aut mallei ſpeciem repræſentat) Sphyrænam interpretantur. *Zygæna alius piſcis.* *Malleolus.* Malè etiam Gaza Sphyrænam tranſtulit Malleolum: cum mallei forma Zygænæ tantùm capiti conueniat (unde & peſce Martello à quibuſdam Italis uocatur) Sphyrænæ uerò ſudis pali'ue. ¶ Dubium quidem mihi non eſt, quin exhibita à Rondeletio & Bellonio Sphyræna, uerè ſit ueterum

Magnitudo. Sphyræna: uanuis de eius magnitudine nihil tradiderint: (niſi quòd Rondeletius Sphyrænam ſuam primam corpore longo & tenui eſſe ſcribit: alteram; minorem eſſe prima, & palmi longitudinem non ſuperare:) & Plinius inter ampliſsimos piſcem hunc rarum eſſe prodat. ¶ Species eius

Species. duas Rondeletius facit, de quarum altera mox dicetur. Saluianus unicam tantùm hucuſq; ſe reperiſſe fatetur. Bellonius duarum, ætate ſolùm differentium, meminit: Sphyræ (inquit) duæ obſeruantur ſpecies, quæ inter ſe minimè diſsidere comperirentur, niſi uetuſtas indicio eſſet. ſiquidem harum altera Trachurum colore refert: atq; eodem modo ſub uentre albicat. altera autem ſeneſcens Mormyri laterales picturas colore aſſequitur, &c. Hoc eis peculiare, quòd inferiores eorum maxillæ, in Pelamydis modum, ſuperiorem magnitudine uincant, &c. ¶ Vtraq; Sphyræna Lucio piſci fl. corporis figura tam ſimilis eſt, ut qui proprium nomen ignorant Romæ & Montepelio, Lucium marinum appellent, Rondeletius. Venetijs etiam alium piſcem Lucium mar. nominari quidam aiunt: undecimum ſcilicet genus Turdi Rondeletij, uel omnino cognatum piſcem, ſed minus aptè.

Merlucius. Alius eſt, qui à Gallis Merlu, quaſi Lucius mar. uocatur, ex Aſellorũ genere. ¶ Sphyræna utraq; ſquamis caret: niſi quòd per medium ferè corpus prioris linea ducta eſt ex ſquamis contexta.

Sphyræna fl. ¶ Mugilis fl. genus illud, quod à roſtri figura Rondeletius Oxyrhynchum cognominat, Sphyrænam fl. quoq; dici poſſe arbitratur, à quadam ſimilitudine.

GRAECI huius temporis Σφύραιναν adhuc nominant, Gillius & Maſſarius. ¶ Græcorum uulgus, quod ab Italis uoces mutuatum eſt, Lucios mar. nominat. Lesbij Sphyrnam. Græci qui in Aſia agunt, Zarganes: uoce quidem falſa, quæ Belonæ piſci debetur.

AFRICANI Scaumè, Rondeletius: ut & Maſsilienſes ferè. lege mox in Gallicis.

ITALI & HISPANI Spetto uocant, Galli circa Monſpelium, Spet, id eſt ueru: ut dictum eſt ſuprà. Italorum aliqui (ut Romæ) Lucium marinum, Lucio de mare.

GALL. Circa Monſpelium Spet, ut iam dictum eſt: uel Brochet de mer, id eſt, Lucius mar. Maſsiliæ pes Eſcomè nominatur, quòd Scalmo multùm affinis ſit, id eſt, utrinq; faſtigiatus, Bellonius, ab Africanis Scaumè, Rondeletius.

GERMANICVM nomen non facile erit inuētu, cum in Oceano deeſſe uideatur hic piſcis. In Gallia ex Oceano nunquam habetur, quod ſciam, Bellonius. Quamobrem fingo, **ein Meerhecht**, id eſt, Lucius marinus: **ein Spiſſzfiſch/ein Schwirefiſch**, hoc à pali, illud à ueru figura.

SPHYRAENA altera, ſiue parua Rondeletij. Oppianus quidem ſpecies duas huius piſcis reperiri author eſt, quæ in petris areniſq; paſcantur. Vide in præcedenti piſce.

GALLICE circa Monſpelium Hautin dicitur exhibitus hic piſcis, corporis ſpecie ſuperiori ualde ſimilis: roſtro tenui & acuto, &c. quare Sphyrænam alteram Rondeletius eſſe conijcit. Eodem nomine Antuerpiæ uocant fluuiatilem piſcem, qui Sphyræna fl. dici poſſe uidetur: & Germani aliqui Acum Ariſtotelis **Hautin.**

GERM. F. **Ein ander geſchlecht des Meerhechts/Spiſſzfiſchs oder Schwirefiſchs.**



PISCIS huius iconem ex primo Saluiani libro mutuati sumus: qui nullam eius apud ueteres scriptores mentionem se reperisse scribit, cum Septentrionalis tantùm Oceani alumnus sit. Quamuis enim arenam subiens facilè penetret, quod serpenti mar. Aristoteles tribuit, (Plinius Draconi marino, quem Rondeletius Araneum interpretatur) Serpentem tamen marinum non esse constat, cum is Congro corpore coloreq; conferatur. Sed neq; Gobio ille paruus & ignobilis fuerit, quem terram subire tradit Aristoteles, & ex Apua gobitide gigni. nihil enim cum Gobijs commune eius forma ostendit. Quamobrem nos nouo nomine uocabimus Ammocœtũ, Exocœti exemplo: nam & ipse Exocœtus quidam marinus est: ut qui extra mare in arena se condat. Aut Ammodyten, ab eo quòd arenas subeat: sicuti & serpens quidam Ammodytes uocatur: & Callionymus piscis, alio nomine Psammodytes. *Ammocœt⁹. Exocœtus mar. Ammodytes.*

ANGLICE Sandilz appellatur, hoc est, De arena anguilla: & Walmester, id est, De ponente monasterio, Saluianus: nescio quàm rectè quod ad nomẽ Walmester pisci attributum. ¶ Pisciculus est litoralis (inquit Turnerus in epistola ad me) quem Angli Northumbrienses, Cumbrienses & Caletienses uocãt a Sandele: (*composito nimirum ab arena & Anguilla uocabulo:*) albus, tenuis, capite pusillo: forma aliqua ex parte Anguillam referens. Is nunquam aut rarò extra arenam, in qua post recessum maris ad eiusdem usq; reditum delitescit, conspici potest. Eruitur autem magna copia ex arena, falcibus denticulatis quibus segetes demetuntur. ¶ Si ex piscatorum manibus in arenam fortè delabatur, celerrimè ac profundè adeò sub arenam penetrat, ut nullo prorsus modo capi rursus queat, Saluianus. Idem longis & paruis piscibus annumerari eum debere scribit: cum neq; pollicis latitudinem (in medio,) neq; palmi longitudinem excedat unquam. Qua ratione nos eum primo Ordini, hoc est, Pisciculis marinis adscribere poteramus: propter aliquam tamen cum Sphyrænis similitudinem, ipsis statim subiungere eum uoluimus. cum altera quidem Rondeletij Sphyræna, in multis conuenit, rostri figura & tenuitate, ore paruo, sine dentibus, cute glabra, magnitudine. differt pinnis & alijs fortè, quæ iudicabunt qui inspexerint.

HIPPVRVS, ἵππουρος. Gaza Equiselem uertit. Plinius Græco nomine uti maluit. Dorion & Epænetus Κορύφαιναν etiam uocari scripserunt. Hicesius ἱππουρίαν nominat. Numenius ἵππουρον ἀφνδυτλὼ uocat, (*meliùs, cognominat,*) Rondeletius. Vocatur autem (inquit) Hippurus à cauda equina, quòd pinna à capite incipiens caudæ equinæ simillima sit, id est, longa, continens, uillisq; multis constans, cuiusmodi in nullis alijs piscibus reperitur. Præterea Κορυφαίνης nomen ad id alludit. nam à pinna, quæ à uertice incipit, in eoq; ueluti crista erigitur, Κορύφαινα dicitur. est enim κορυφὴ, uertex, pars capitis inter occiput & sinciput: & per metaphoram cuiuslibet rei summum & extremum. Hæc ille. Hippurum fortè aliquis dictum coniecerit, διὰ τὸ ἵππου δίκην ὀρούειν καὶ ἐξάλλεσθαι, unde & ἀφνδυτὴς uocatur. ¶ Rondeletius hunc piscem cœruleis adnumerat. Glauco (*inquit, cui à colore suo glauco, id est, cæruleo nomen impositum est*) colore internisq; partibus similis est: ab eo dissidens, quòd hic à capite sensim tenuior fit strictiorq;, ille à podice tantùm, donec in latam caudã desinat. Nos Cœruleis piscibus genus peculiare statui, in Stromateis improbauimus. Quantus quidem hic piscis sit, à Rondeletio non exprimitur: quamobrem ad Pisces simpliciter eum retulimus.

HISPANICE. Lampugo, teste Rondeletio: qui alibi Glaucum maiorem quoq; à quibusdã Lampugo perperam uocari, scribit.

GERM. F. Ein Federkopff, id est, Pinniceps: quoniam pinna dorsi à capite ei incipiat. ein Meerfisch in Hispanien Lampugo genannt.



ASELLVS piſcis à colore dictus eſt, aut pigritie: qui uulgò Merlucius dicitur, tanquam Latino nomine ab Italico & Gallico detorto. ὄνος Ariſtoteli, alijs etiam (ut Galeno) ὀνίσκος. Dorion tamē onon eſſe tradit, quem aliqui gádon uocent: alium ab oniſco, qui & galleridas & galarias, uel gallarias, (clarias Oppiano per ſyncopen) & μάξεινος, & χελλάρης dicatur. Oppianus etiam diſtinguit. ὄνους enim in alto mari collocat: ὀνίσκους uerò in cœno lutulentisq; litoribus. Plinio duo Aſellorum genera ſunt, callariæ, minores: & bacchi, qui non niſi in alto capiuntur, ideoq; prælati prioribus. ¶ Dorionis Oniſcum gallariam, & Galeni galaxiam, eſſe Sturionem Rondeletius ſentit, mihi non uidetur. Gallariæ nomen etiamnum in Græcia uulgare eſſe Gillius à nauta quodam Maſsiliæ cognouiſſe ſe ſcribit: ſed incertum de quo piſce. Bacchi Plinio maiores Aſelli ſunt: Callariæ, minores: Athenæo uerò Bacchus, Oniſcus & Chellares idem eſt piſcis. Oniſcon equidem minorem eſſe puto quàm ſit Onos, cum pro diuerſo piſce accipitur, (quod & forma diminutiua innuit,) cum Plinio, quanuis aliter Rondeletio uideatur.

GRAECE hodie Gaidaros, Arabico aſini nomine: uel quaſi Gados, ueteri Græco.

ITALICE, Ligures hodie quoq; Aſello nominant, alij Aſino, alij Naſello. Romæ (inquit Niphus) Scarmus & Merluzus dicitur, Merluzo, Saluianus. ¶ Venetijs Mollo. Vide mox in ſecunda ſpecie Aſellorum.

HISPAN. Merluza. Luſitanis Peſcada, Saluianus. malim Pes Gada, hoc eſt, Piſcis Aſinus.

GALL. Merlus, quaſi maris Lucius. huic enim oris ſciſſura caudaq; ualde ſimilis eſt, Rondeletius. Corcyrenſes & Cretenſes Sphyrænam hodie, impropriè Lucium marinum nuncupant, Bellonius.

GERM. **Ein Wytling** uel **Wyßling/ ein Gad**. Vide mox in Anglicis. Vel **ein Stockfiſch**: quod tamen nomen nimis commune eſt ad omnes Aſellorum (quæ diuerſę ſunt in Oceano) ſpecies. Merlucius fortè fuerit, qui priuatim ab accolis Oceani Germanis **Zandet/ Sandat**, uel
Stockfiſch. **Sant** appellatur. ¶ Nomine **Stockfiſch** Galli etiam & Angli utuntur. id à trunco factum eſt, quem Germani **Stock** nominant. huic enim aridus hic piſcis tundendus imponitur. quoniam a-
Salpa. riditate adeò riget, ut niſi præmaceratus aqua aut prætunſus, coqui non poſsit. At longè alius piſcis eſt Salpa, qui recens etiam ferulæ ictibus ad coctionem præmollitur. Eraſmus Rot. in epiſtola quadam fuſtuarium piſcem hunc uocat, à baculo quo contunditur, cum à trunco potiùs denomi-
Rodtſer. nari deberet. ¶ Partes circa uentrem & pinnas reſectæ, ſeorſimq; ſalitæ, **Rodtſer** (uel **Rotſcher**)
Rotſcher. à Germanis nominãtur, carne aliquanto molliori ſuauiorìq;. Aliqui **Stockfiſch** & **Törtſch** uel
Törtſch. **Dorſch** eiuſdem generis eſſe dicunt. Aliqui Latinè Capitonem uocant, propter capitis ad reliqui
Dorſch. corporis magnitudinem, exceſſum. Venter piſcis, qui **Törſch** Lubeci uocatur, aptus eſt cibo.
Capito. delicatior uerò eius pars, roſtrum & pinnæ: **Sporten** appellant, uel **Sporden**. ¶ **Pomuchell**
Sporten. *Pomuchell.* piſcis uocatur in Dania, ubi abundat, & Pruſsia: cui caro eſt mollis, caput magnum, iecur quale in
Stockfiſch. Muſtela fluuiatili & ſimiliter ſuaue. E maioribus in hoc genere ſunt, qui uulgò **Stockfiſch** &
Rauchfiſch. **Rauchfiſch** (frigore indurati, uel infumati) dicuntur. è mediocribus fiunt **Flachfiſch** dicti (neſcio
Flachfiſch. qua ratione. **flach** nobis planum ſignificat, quare piſces planos ego **Flachfiſch** interpretor.) Parui
Dorſch. ſaliuntur, & dolijs incluſi **Dorſch** appellãtur. Minimis ueſcuntur incolæ, quas ita coquunt ut Muſtelas fl. ſolent mediterranei. Capitibus mutilati pleriq; omnes exportantur. Capita enim, maiorū
Flitten. præſertim, caudas & abdomen (**flitten** uocitant, id eſt, partes uentris inferiores) abſcindunt: & pul
Vrwẽgelein. pas (**die vrwengelein**) ac ſi quid eſui eſt, ſeparant: & Sole toſtas has partes dolijs cõdunt, & **Spor**
Sporden. **den** appellant. cibus hic delicatiſsimus eſt. Hoc piſcium genus quo remotius ad ſeptentrionem
Nopſen. capitur, eò melius pinguiusq; habetur. Aliqui **Nopſen** uocant, ſi bene memini. Murmellius Lati-
Strumulus. no nomine ficto Strumulum nuncupauit, haud ſcio quamobrem. Capiuntur hi piſces uigente frigore duntaxat, ut menſe Ianuario. calor enim eos laxat & emollit, ut exportari non queant: frigus uerò indurat.

Albica. ANGLICE. **Wyting**, quo nomine etiam Germani quidam ad Oceanum utuntur. Albicam uocat recentior quidam. Germani & Angli, alij aliter ſcribunt, **Whyting / Wytink / Wittig/ Wittlng**. Germanis inferioribus **Wyt** album eſt. ¶ Eundem piſcem non ultra dodrantem longum Friſij orientales uocant **ein Gad**: ubi adoleuerit, **ein Witling**. Vulgus ibi Latinè loquentiū
Gemma maris. uocat Gemmam maris, (ut etiã Albertus Magnus.) Angli Occidui iam exiccatū uocant **a Bukhorn**, à duritie cornu, ut nos docuit Turnerus Anglus, uir ut eruditione clarus, ita fide dignus: qui non ex lectione uel auditu, ſed quæ præſens uiſa & contrectata à ſe obſeruauit, præſertim circa Aſellorum Oceani Britannici genera, cõmunicare mihi dignatus eſt. ¶ Qui **Wyting Schellfiſch/ & Cableau** uel **Bolch**, nõ tres diuerſas eſſe ſpecies putãt, ſed ætate tantū ac magnitudine (ut primus ſit paruus, ſecundus mediocris, tertius magnitudine ferè hominis) inter ſe differre, fallunt.

ASEL-



ASELLORVM ſpecies ſecunda: Merlanus Rondeletio, Marlangus Bellonio ad Gallici nominis imitationem.

GALLICE. Qui uulgò à noſtris Merlan dicitur, Aſini ſpecies eſt minor: multumq́ ab eo piſce differt, qui à Venetis peſce molle, à Romanis Phyco nominatur, qui eſt antiquorum Phycis, Rondeletius. Dubiũ eſt mihi an is ſit piſcis, qui à carnis mollitie & candore antiquis GRAECIS Γρόβατον, hoc eſt Ouis ſeu Pecus dici cõſueuerat. Hoc aſſeuerare poſſum, Venetis piſcem mollem, Byzantinis Muzum uel Mazum, (*Dorion Oniſcum, etiam Μάξενον uocari ſcribit,*) uulgo Romano Ficum appellari. quanquã etiam hoc uocabulum ad permultos alios Aſellos transferant, quemadmodum Græci uulgares ſuum Gaideropſarum. Eſt etiam Phycus alius ab hoc, ut orthographia, ſic natura longè diuerſus, de quo in Phycide agemus, Bellonius. *Ouis.*

GERM. F. Ein andere art des Stockfiſchs.

ANGLICE. Britanniæ litora uocant a Marling: uel rectiùs, a Mereling. Rarus eſt tamen apud Britannos piſcis: & Vuitingo carnis bonitate conferri poteſt, Turnerus. Ab Arnoldo Villanou. Merlengus dicitur: & Rogeto Gornatoq́ exceptis, ſalubrior alijs pleriſque piſcibus marinis iudicatur.



Eicon Aſelli cuiuſdam ex Ocean ad ſalſum hunc piſcem delineata olim Francfordiæ, ubi eum Rheynfiſch appellant ſalſamentarij.

ASELLORVM ſpecies tertia Rondeletio. Egreſin (inquit) uel Egleſin uocamus piſcem: cui ANGLI Scotiq́, qui hoc piſcis genere abundant, nomẽ dederunt. eſt is ex Aſellorum genere, Græcis (ut arbitror) incognitus. Hunc ſalitum (*à Gallis Hadou*) à Britannis Hadock quidã uocari exiſtimant, at mihi aliũ ab Egreſino pro Hadock oſtenderunt aliquando ichthyopolæ: qui latior erat, et ad eum quẽ Goberge uulgò uocant, propiùs accedebat, Rondeletius. Quidam hunc piſcem non rectè Hepatum eſſe putarunt: ut alij Ouem marinam, aut Arietem marinum. ¶ Oceano Gallico peculiaris eſt, reliquis litoribus infrequens. Roſtrum aquilinum ei tribuit Rondeletius: unde forſan & Egleſin nomen ei factum eſt. nam Egle Aquila eſt Anglis, ut Gallis Aigle. ſed illud fin quid ſibi uelit, non aſſequor. malim Egleſiſch, id eſt, Aquila piſcis. quanuis longè alia eſt ueterum Aquila.

GERM. Piſcis qui ab Anglis uocatur *an* Haddok, à Germanis dicitur *ein* Schellfiſch, Turnerus. Audio Schellfiſch Coloniæ & alibi Rheynfiſch appellari, id eſt, Rheni piſcem, pedalem plerunq́. Murmellius Latinè ficto nomine piſcem Capitoſum uocare uoluit. Scalda, ſiue Scaldis flumen eſt apud Antuerpiam profluens in mare, in quo capi hunc piſcem aiunt quidam, & nomẽ ab eodem mutuari: (niſi ab Aſello ita dicatur, quaſi Sellfiſch.) Ego neq́ in Scaldi neq́ in Rheno capi exiſtimo: ſed quoniam per ea flumina ad diuerſos mediterraneos uehitur, ab ijs denominari. ¶ Caro huius piſcis craſsior & durior eſt carne Vuhytingi, & apud Friſios orientales, ubi mare ualde limoſum & uadoſum eſt, febres excitare creditur. Verùm in mari Northumbrico, quod ualde profundum, undoſum & clarum eſt, piſcis ſatis eſt innocens, Turnerus.



ASELLORVM species quarta, Rondeletio. Maris Oceani piscis est (inquit) qui uulgò Goberge dicitur, & ex terræ parte nuper reperta salitus ad nos aduehitur, Morhua siue Molua latior & maior, &c.

GERM. Ein andere art der Stockfischen. Goberge nomen à Rondeletio positum, loci alicuius uidetur. Stockfisch appellantur etiam Bergerfisch, Eberus & Peucerus.



Molua. *Leopardus.* *Asinus uarius.*

ASELLORVM quinta species, Rondeletio. Est etiam (inquit) inter Oceani Asinos, is piscis qui à nonnullis Molua, ab alijs Muschebout (*nimirum à maculis seu punctis. nam mouscheter Gallis ita distinguere significat,*) ab alijs Leopard à maculis nominatur. nos Asinum uarium appellabimus, & Moluam maiorem. Moluæ enim similis est hic piscis, (sicut & Gobergo,) & eodem modo maculatus. ¶ A Bellonio Heberdũ uocatur hic piscis, ab oppido Islandiæ, à quo ad Scotos primùm, deinde ad Britannos (Anglos) apud quos magni nominis est, perueniat. ¶ Hic piscis puto à Germanis Oceano uicinis nominatur Labordeau / & Laebberdane Angli proferunt Habberdyne: Galli aspiratione neglecta, l. pro articulo addunt. Ego Leouardiã oppidum esse audio uel pagum prope Groningam Frisiæ, à quo fortasis nomẽ pisci factum fuerit: aut à iecore forsan, quod Germani läber uocant. ab eo enim Aselli quidam laudantur. Alicubi Ysfisch uocari audio, quòd ex Islandia aduehatur: idem nimirum qui alibi apud Anglos groß Jßlandfisch dicitur.

Idem, opinor, piscis est Ling appellatus ab Anglis: quem meliorem & delicatiorem esse audio quàm Stockfisch: per quadragesimam edi loco bubulæ. capi etiam circa Angliam, sed paucos. quamobrem piscatores Anglos circa Maium mensem in Islandiam se conferre, ubi magnam copiam conquirant. solos ferè Anglos hoc pisce uti. De hoc doctissimus Turnerus ita ad me scripsit. Asini (inquit) genus quoddam à longitudine uocamus a Leng, e. in hac dictione non aliter, atq; in plerisque mere Anglicis, ut alij iota pronunciantes. Est enim reliquis omnibus Asinorum generibus longior. primo aspectu Asinum barbatum refert, sed multò tenuior est & longior, capite non ita crasso, nec uentre tam prominente. Caro huius, saporis est iucundissimi, dum adhuc recens est. Cutis illi densa est & glutinosa. Quare post coctionem glutinosus humor in patinis reperitur, qui ab artis popinariæ magistris gelu, aut gelatinum appellatur.

Memorato iam pisci, quem Angli Leng uel Ling appellãt, forma similis est piscis Haka ab eisdem dictus: ut sapore alius, quem Codlyng appellant: de utroque quæ ex Turneri epistola cognoui, adscribam. Asini genus (inquit) quod Codlyng appellant, nusquam in tota Anglia, nisi in Northumbria uidi. piscis est Haddocco multò maior: sed Coddo multò minor. forma Coddum & sapore Lengum (nisi me mea fallat memoria) refert. In littore Northumbrico prope oppidum Beduel in copia multò maxima capitur. ¶ At qui Haka uocatur (inquit idem Turnerus) in nostro mari nunquam cernitur: sed in illo, quod Galliam respicit, piscis est ualde frequens. forma, nempe longitudine & tenuitate ad Lengi similitudinem ferè accedit. colore & sapore Coddum utcunque exprimit. Sic ille. Haka nomen unde sit inditum nescio. Germani uncum uocant Haggen uel Hacken: & forsan aduncum huic pisci rostrum est, quale & Haddocco Rondeletius tribuit.

ASEL-



ASELLORUM sexta species Rondeletio, Molua simpliciter, uel Molua minor. Molua (inquit) uel Morhua à Gallis nominatur, ab Anglis Morhuel: piscis Oceani, magis corporis figura quàm carnis substantia Asinis similis: minor superiore Moluâ. ¶ Bellonius tamen hanc Asellorũ speciem præter cæteros maximam esse scribit. ¶ Fit ex hoc etiam pisce, ut alijs quibusdam ichthycolla. non ideo tamen (ut Ruellius putabat) hic ipse piscis ichthyocolla (per synecdochen à parte dictus) ueterũ est, cum hunc etiã ut & reliquos Oceani pisces, ueteribus ignotos fuisse existimemus. Molua à carnis mollitie dici potuit, ut Merlucius Italis Mollo, Gallis Mole. Morhua uerò à Germanico uocabulo, quo & Angli utuntur, Morhuel, quanuis Germani primam syllabam per e. longum potiùs efferũt, Meerhüel: quod marinam Vlulam sonat, fortè quòd oculi eius hebetiores sint. *Ichthyocolla.*



ASELLORUM alia species, quam Colefisch appellant Angli, id est, Carbonarium, à nigricante colore. Col enim carbonem sonat Anglis, sicut & nobis. Caput huius piscis non ostendimus (inquit Bellonius) quòd id ne apud Anglos quidem (apud quos sanè peregrinus est hic piscis,) nobis usquam fuerit compertum. Defertur ad nos ex eo tractu Britannico, qui ad Hollandiam spectat. Cauda ei lunata ac bifurca: quæ cæteris (in hoc genere) rotunda est. Sic ille. Anglis non est peregrinus hic piscis, sed lippis & tonsoribus notus, inquit Turnerus: neque Asinorum uilissimus, ut alius scribit: sed recens captus, tam iucundi saporis est, ut cum Vuhytingo & Merlinga propemodum certare possit. Ego Haddoko, si quid meo palato tribuendũ sit, multùm præfero. Verùm non diffiteor, quin Carbonarius ille exiccatus, omnem saporis sui gratiam amittat.

EST præterea Asellorum Oceani generis proculdubio Anthias secundus Rondeletij: de quo leges suprà, Ordine 2. pag. 24.

Callarias Saluiani: qui eiconem exhibuit nostræ huic à Sittardo missæ, satis similem: nisi quòd dorsi pinnam, & quæ à podice incipit supinam, digitum ferè citra caudam terminat: & squamas ostendit hîc omissas. Eadem est Rondeletij Phycis, quanquam eicon eius, suprà (pag. 29.) posita, diuersa uideri potest.

ASELLUS Galarias, apud Græcos diuersis modis scribitur, γαλαρίας & γαλαξίας, tanquam à lacte: à nonnullis per λ. duplex γαλλαρίας. Et à lacte forsan dictus fuerit, quòd iecur lacteum habeat: (Callariæ suo subalbum id tribuit Saluianus) sicut etiam Germani inferiores Mustelæ fl. genus Milcher appellant. ego à γαλῆ potiùs siue γαλέα, quod est Mustela, γαλερίας, id est Mustelaris, uel Mustelæ cognatus deduxerim. nomina quidem in ίας ueluti adiectiua quædam sunt, & habitum quendam significant. sic ab ἄνθος, ὠχρός, fiunt ἀνθίας, ὠχρίας, &c. Dorion O'non ab Onisco distinguit, ut O'nos sit prima species Asellorum de qua diximus. Oniscus uerò (ὀνίσκος) alio nomine Galleridas (malim Galerias) & Maxinus (μάξενος) uocetur. Idem alibi tradit Murænam fluuiatilem unicam solùm spinam habere, Onisco galariæ similem. Arbitrantur aliqui Oniscum siue Asellum minorem, genere non differre à maiore. ego uerò ut nomine Oniscus galerias dicitur, sic etiam reipsa genus esse medium in O'non & Galen siue Mustelam crediderim. appellari autẽ Oniscon forma diminutiua, quòd magnitudine minor sit. Aristoteles quidem Onon semper nominat: alij Oniscon absolutè dictum pro Ono accipiunt. ¶ Hæc cum ita se habeant, sententiæ *Galaxias. Gallarias. Galerias.*

Clarias. Saluiani Callariam siue Clariã (sic enim per syncopen carminis gratia, gamma insuper in κ. mutato, Oppianus uocitat) eum esse piscẽ,
Phycis Rondeletij. qui pro Phycide à Rondeletio descriptus sit, facilè assentior. is quidem piscis in litoribus cœnosis agere dicitur, quod conuenit illi quẽ hîc exhibemus: non autẽ Saxatilis est, ut ueterum Phycis. Vide etiam suprà in Phycide Rõdeletij, Ordine 2. pagina 29. ¶ Rondeletius (inquit Saluianus) Phycidem esse cõtendit hũc piscem, inde nimirum persuasus, quòd uulgò Romæ pesce Fico appelletur. Verùm is non Greca origine sic nominatur: sed quòd maturissimi & passi fici instar, mollis, flaccidus, & non succi plenus sit. Athenæus Phycidem uarij coloris facit, & spinis uallatam uel coronatam: & Percæ, Channæq; similem: quorũ nihil huic pisci quadrat. Nos
Callarias. Callariam esse asseueramus, Asello congenerem, sed minorem: non quòd simpliciter minor Asellus sit, sed similis. Dorion γαλλαρίαν uocauit: Oppianus καλλαρίαν, & per syncopen metri ratione κλαρίαν. Quòd si fortè in historia undecima: hęc ita absolutè distincta nõ sunt, ea ad huius historiæ censuram reuocamus. Piscis est haud suauis: & propterea ubique ferè plebeius & parui precij esse solet. carnem habet satis mollem, sed non friabilẽ: concoctu facilem, sed excrementitiam. Hæc ille. Atqui Galenus tradit Galaxiam preciosissimum Romę piscem è genere Galeorum, (id est, Mustelorũ,) γαλεῶν, uel Galeonymorum esse, & in Græciæ mari fortè non inueniri. sed fieri potest ut Mustelarum Mustelorumq; genus non rectè distinxerit Galenus: hos γαλεὺς, illas γαλᾶς uel γαλέας Græci appel-
Galeonymus lant. Galeonymus quidem ex Galeni uerbis uidetur aut idem esse qui Galaxias, aut genus ad eum ceu speciem: ut lõgè alius sit qui Callionymus uocatur, & alio nomine Vra-
Mustela fl. noscopus. Bellonius Mustelam fl. (Lotam Gallorum) Clariam fluuiat. uocat, pro Callariam: & similem ei in Nilo quendam piscem Clariam Niloticum: & in mari Mustelã Massiliæ dictam. ¶ Asellus minor Athenæo li. 7. os habet magno rictu dissectum ὁμοίως τοῖς γαλεοῖς, hoc est, Mustelis similiter, Aristotelis testimonio. Sed hoc (inquit Saluianus) apud Aristotelem non legitur, neq; Galeis huiusmodi os est, Sic ille. Ego pro τοῖς γαλεοῖς, legerim ταῖς γαλέαις uel γαλαῖς, id est, Mustelâbus similiter. Idem Saluianus, Asellus minor (inquit) est πελογάστρων, id est, uẽtriosus, Athenæo (lib. 7. fol. 163. uersu 33.) etsi alibi apud Athenæum, eâdem Epicharmi sententia repetita ποικιλογάστωρ mendosè legitur, &c. Ego πελογάστρων uocabulum corruptum ac minimè Græcum esse dixerim. & in hoc etiam falli Saluianum, quòd Athenęum de Asello minore hoc scribere dicat: cum is nihil quàm Epicharmi uerba referat hęc: Μεγαλοχάμμονάς τε χάννας, ποικιλογάστοράς τ' ὄνος: sic enim & in Ono, & in Channis legi debet lib. 7. Athenæi: ut carmen sit



sit trochaicum, tetrametrum, catalecticum. non constabit autem Trochaici, sed neque alterius puto carminis ratio si πιλογάσορας legas. ὄνους certè Asellos minores interpretari ineptum est.

ITAL. Romæ hic piscis Tenca marina uocatur, & pesce Fico, (alij Figo scribūt,) propter causam suprà expositam: à nonnullis Mesanca, ut audio. Venetijs etiā Figo: uel, ut alij dicunt, Lepo: Neapoli Lepre.

HISPAN. Vide mox in Gallico nomine.

GALL. Circa Monspelium Mole, fortè ob carnis mollitudinem, ut & Hispanis Molere.

GERM. Ein fisch den Trüschen oder Alputten ånlich im meer: sol zum teil einem Wytling/zum teil einer Meertrüschen sich vergleychen.



MVSTELA uulgaris Rondeletij. Sit'ne hæc Plinij & Ausonij Mustella, magna inter doctos contentio est. Mihi uerior eorum sententia uidetur, qui Mustelam illorū (Plinij & Ausonij) Lampetram nostram interpretantur. Quare piscis quem hîc oculis subijcimus, à ueterū Mustela procul abest. Ob id Mustelam uulgarem cognominauimus: quam ex Asellorum genere esse puto, ut fortasse Callarias sit, Asellus minor Plinij, Rondel. Ego hunc piscē à ueterib. etiā Mustelam dictum arbitror: & Græcos Italosque hodie Mustelæ nomen ab antiquis accepisse. talis enim ferè describitur ab Aeliano libri 15. de animalibus cap. 11. ¶ Dux ceti, quem Oppianus describit, est piscis quem uulgò γαλῆν (hoc est, Mustelam) nuncupant, Paraphrastes Græcus innominatus Halieuticorū Oppiani. ¶ Porrò Callariā & Gallariā unum & eundē piscem puto, Asellorū seu Mustelarū generis, ab Acipensere seu Sturione diuersum: Mustelæ marinæ, quam hîc Rōdeletius exhibet, cognatum: siue is Grillus hodie dictus sit, siue Phycis Rondeletij, ut Saluianus putat. Horum enim uterque Mustelæ fluuiatili isti, quam Lotam Galli nominant, similis est. Mihi Mustelæ marinæ nomen latiùs extendere placet, ut species aliquot complectatur: quarum tamen una quæpiam priuatim nomine generis appelletur. Hæc quidem à Rondeletio exhibita, si non ipsa priuatim dicta Mustela, Chremes Aeliani forsitan fuerit: qui & barbatulus, & generis Asellorum describitur: & cum Mustela mar. comparari ab Aeliano uidetur. alius autem piscis Chremes est quàm Chromis, ne quis decipiatur.

GRAECI hodie Gaideropsaro *(id est, Asinum piscem)* appellant.

ITALI, ut Adriatici accolæ & Ligures, Galeam: alij pesce Moro.

GALLI circa Monspelium, Mustellam.

GERMANICVM F. Ein Meertrüsch: ein art der Ruppen/ oder Alruppen/ Rutten/ Rufelcken/ Putten oder Quappen im meer.

Cirrus à maxilla inferiore simplex & singularis dependere debet, ut in Bellonij figura.



MVSTELAE uel Galeæ marinæ species altera: quam Rondeletius similiter non simpliciter Mustelam, sed uulgarem (id est, uulgò tantùm sic dictam) facit. Lege quæ cum superiore annotauimus.

Piscem hunc apud nos rarissimum, comperi eum esse qui à Massiliensibus (& Genuæ, Bellonius) Mustella uocetur, ob similitudinē quā cum superiore habet: ab Illyricis (indigenis ad Portum Veneris) Pegorella: à Græcis huius ætatis etiā (ut superior) Gaideropsaro, id est, piscis Asinus. Notæ quidē aliquæ insignes, quę Asino uel Asello tribuunt ab Aristotele, huic magis competere mihi uidentur quàm Merlucio, (quē omnes hodie Asellum ueterum esse iudicāt,) maximè uirgulæ ad alliciendos & capiendos pisces, quibus prorsus caret Merlucius: quòd lapides molares in capite habeat, quòd lateat, Rondeletius.

Bellonius Aristotelis & Galeni Callariam hunc esse putat.

GERM. F. Ein andere Meertrüschen art/2c.



MVSTELA mar. tertia. Huic pisci nota peculiaris est, quod inter caput & pinnę dorsi principiū, media dorsi pars, ad longitudinē pollicis trāsuersi caua est, & albicantē intus lineā ostendit. in superiori labro duo ceu pili breues nigricantes eminent, ab inferiori unus albicans dependet. à quibus fortè Musculi nomen ei factum est, quòd pilis istis barbulas murium repræsentet: quanquam alijs quoque mustelarum generibus ijdem non desunt. Caput ceu serpētis denticulos habet, &c.

ITAL. Venetijs Sorce, quasi Sorex uel Mus. unde Musculum à Plinio dictum, Balænarum ducem, esse coniicio. nam & Oppiani Paraphrastes, Cetorum ducem, uulgò γαλῆν, hoc est Mustelam nuncupari scribit.

GERM. F. Das dritt geschlecht der Meertrüschen/ꝛc. ein Walfürer/ein Walleiter.

Icon hæc non est, quam Rondeletius dedit: sed nostra Venetijs picta: eadem prorsus, ut iudico: nisi quòd innumeris illis & rotundis ferè maculis caret, quas in sua ostendit Rondeletius, Bellonius omittit. Quare genera Ophidij tria statuerim: Barbatum maculosum; alterum sine maculis: & tertium imberbe, idemque flauum.



Ophidion. MVSTELA marina quarta. Ophidion Plinij, secundum Rondeletium: quem Plinius semel nominat tantùm, alibi autem Congro similem facit. ¶ Rondeletius hunc piscem Asellis (*& Mustelabus*) adiudicandum negat, cum planè eis dissimilis sit (inquit) corporis habitu, capite, pinnis: atque cum longis planè connumerandus.

Mollium Asellorum classis est Italorum plerisque Grilli nomine cognitus piscis, palmum ex mediterraneo non excedens, carnis admodum delicatæ, Romanis antistitibus in delicijs habitus: à quorum uulgo pro Congro accipitur, atque interdum ab ichthyopolis eius loco supponitur. Sed à Congro longè diuersa est huius capitis ac pinnarum effigies, &c. quamobrem quid de hoc pisce statuam non habeo. Veneti quidem hunc quoque Galeam (*id est Mustelam*) appellant: sed quòd Mustela sit, ipsius pinnæ caudam ambientes ac nigricantes, (*atqui in Musculo etiam nostro, & in Mustela altera Rondeletij, pinnæ caudam ambiunt:*) ipsaque carnis in manducando iucunditas plurimùm reclamant. Audio qui Tragum antiquorum esse iudicent, Bellonius. Sed præstātia saporis à ueteribus, quod sciam, Mustelarum generi non negatur. quamobrem forma tantùm à Mustelabus nonnihil diuersa obstiterit: quæ cum rursus in Grillo uulgari aliqua ex parte similis sit Mustelabus, cum aliâs, tum gemina ceu barba è maxilla inferiore: & longitudo palmum nō excedens ad Mustelas potiùs quàm longos pisces accedat: ambigere (ἐπαμφοτερίζειν) inter utrunque genus potiùs dixerim, quàm ab alterutro excluserim. Tragum quidem esse hunc piscem, nullis ueterum testimonijs comprobari potest: & barbulæ illæ à mento dependentes, à quibus forsan tanquam arunco Tragum, id est Hircum, aliquis uocandum censuerit, non huic tantùm pisci peculiares sunt. Gryllus Nicandro idem qui Cōger est. Diphilus distinguere uidetur. anguillæ enim similem facit, & insuauem, cum congros iam priùs nominasset. Rondeletius piscem circa Antipolim & Lerinum insulam, frequentem, reperiri tradit, corporis specie carnisque substantia Ophidio suo similem, sed flaui coloris, & imberbem, id est, nullis è maxilla inferiore propendentibus cirrhis. Hic nimirum potiùs Ophidion

Tragus.
Gryllus.

Ophidion fuerit, utpote ſimilior Congro, cum barbulis careat: idemq; Alphestes Athenæi, quem *Ophidion.*
flauum (κιῤῥὸν) & μονάκανθον facit. nam & Kiranides Hedonen (Ἡδονὴν) piſcem memorat, qui alio no *Alpheſtes.*
mine Ophidiō dicatur. Fuerit autem Hedone, idem qui Adonis piſcis, cui flauus color tribuitur, *Adonis.*
unde & Ceris nomen. Quòd ſi Grillus uulgaris Aſellorum aut Muſtelarū generis eſſe poſſet, ille
forſan potiùs quàm ulla alia Muſtelæ ſpecies Callarias ſeu Galarias fuerit, cum ſaporis bonitate an *Galarias.*
tecellat: nomine etiam nonnihil alludente. Nihil definio: in medium propono.

ITALIS pleriſq; Grillo dicitur: Venetijs Galea uel peſce Galia (ut ſecunda etiam ſpecies Muſtelæ,) Bellonius. Aliquibus Cepolla marina.

GALL. Circa Monſpelium Donzelle, Rondel. ſed hoc nomen alij etiā alijs piſcibus tribuunt.

GERM. F. Das vierdt geſchlecht der Meertrüſchen/ꝛc. ein lange Meertrüſch.

Araneus Rondel. *Aranei aliæ icones noſtræ, quas Venetijs accepimus.* *Maioris.* *Minoris.*

DRACO Aristoteli, Plinio alibi Draco, uel Draco marinus: alibi Araneus. Δράκων θαλάσσιος. Aranei appellationem retinuerunt Galli circa Monspelium, Massilienses, Ligures & Hispani. ¶ Genera Aranei (inquit Saluianus) duo sunt, (quod tamen neque ueteres, neque recentiores animaduerterunt,) maius & minus. ¶ Aculeorum eius ictus uenenatus est: quare & à uenenatis animalibus nomen tulit.

GRAECI huius ætatis Dracænam dicunt.

ITAL. Siculi, & Neapolitani, & Genuenses, Tragina, corrupta uoce, pro Dracæna proferunt. alij Trachina, Tratzeina, Intrassine. ¶ Romæ maiorem & minorem speciem, Tragina nominant, Saluianus. Venetijs minorẽ in hoc genere, pesce Ragno: maiorẽ, pesce Ragno pagano.

GALLICE. Viue. Viua aut Viuio Gallis dicitur, quòd præter aliorum piscium naturam, captus diu extra aquam uiuat: Massilienses Areigne uocant, Bellonius. Ego maiorem in hoc genere à Gallis alicubi Tumbe uocari audio.

ANGLI Viuer, ut Galli Viue: siue à uiuacitate ut dictum est: siue à febri, quam Fiuer nominant Angli. aculeo enim uenenato cum aliâs noxius est, tum febrim ac delirium protinus excitat. Turnerus tamen alicubi in Anglia hunc piscem a qua wyuer, hoc est malam uxorem uocari monuit. nimirum autem ut pisces Aranei Scorpijque tutò non attrectantur: sic malæ mulieres intractabiles sunt: &, nisi cautissimè tractentur, noxiæ. Qua pro malo Flandricum esse audio, ut & Wyuer pro muliere. Angli plerique uocem Qua non agnoscunt, & pro uxore scribunt a Wyfe.

GERMANI Petermanche uocant, nescio an corrupto Italico uocabulo, quasi Pesce ragno, alibi Torpor, ut audio: quod nomen fortè à Scorpio insecto factum fuerit. quanquam & alius piscis est similiter uenenatis aculeis, quem ueteres Scorpium appellarunt, Germani quidam Postken: Araneum uerò minorem Pieterssisch, ut in picturis Oceani Germanici piscium, quas Ioan. Echtius communicauit mihi, obseruaui.



DRACUNCULUS piscis, cuius solus Plinius, quod sciam, meminit. Poterat is propter paruitatem ad primum Ordinem referri, sed malui alijs nomine & ueneno cognatis ipsum adiungere.

GALLICE. Hunc esse putamus qui à nostris Lacert uocatur, quòd lacertis terrenis corporis figura similis sit: & Dracunculum, ut à dracone maiore distinguatur, esse appellatum, Rondeletius.

GERM. F. Ein kleiner Petermanche.

Rondeletius & Bellonius unam tantùm Scorpij iconem dederunt: pro qua nos Scorpij maioris Venetijs depicti effigiem posuimus, quanuis cum neutra illorum undiquaque conueniat. Rondeletius quidem in fine Capitis, Scorpænam (id est, Scorpium minorem) se effigiasse scribit: quod annotatum ab eo superuacaneum uidetur, si corporis forma non differunt, ut ipse sentit, sed colore duntaxat. Idem à syncipite Scorpij sui ceu cornicula quædam in summo trifida produxit. de quibus in descriptione puto sentit, cum inquit, superciliorum loco cartilagineas apophyses duas molles esse. Bellonius quidem super oculis appendices quasdam Scorpioni esse scribit, ut in Exocœto suo: sed nihil tale repræsentat eius pictura. Idem pinnam quæ ab ano proximè est, tribus aculeis exasperari scribit, non item pingit. Rondeletius ad pinnæ illius initium aculeos duos expressit.

SCORPIUS uel Scorpio, siue pro pisce, (qui pungit & ferit, uenenumque suis circa caput aculeis effundit, Scorpij terreni ritu,) siue pro insecto uenenatis, Græcum est nomen, Σκορπίος, paroxytonum. Idem piscis ἴζελος, nescio qua dialecto, dicitur apud Hesychium: item ἔξειρα. ¶ Psellus Scorpidium nominat diminutiua forma, cuius etiam Scorpis uideri potest. Αἱ σκορπίδες ἐν τῷ πελάγει τίκτουσιν, Aristot. historiæ 5.10. cùm præcedenti statim capite dixisset: ὁ δὲ σκορπίος τίκτει δίς. unde Scorpidis Scorpijque nomen, promiscuum ei esse apparet: ita quidem ut Scorpis de fœmina potiùs dicatur, Scorpius de utroque sexu. Athenæus tamen, quoniam Aristoteles hæc duo nomina diuersis locis (nimirum iam recitatis) usurpat, an unius & eiusdem sint piscis, dubitat. Scorpium quidem & Scorpænam disertè distinguit. Scorpænas (inquit) & Scorpios sæpe edimus, & eos succo coloreque differre nullus ignorat. Cum Scorpio & Scorpæna (inquit Gillius) eiusdem generis

ἴζελος. *ἔξειρα.* *Scorpidium.* *Scorpis.* *Scorpæna.*

generis ſint, multùm tamen & colore & bonitate differũt. nam Scorpio ruffus (*πυῤῥὸς Hiceſio, Plinio rufus, Diphilo κιῤῥὸς, Numenio ἐρυθρὸς: Epicharmo ποικίλος, quòd maiori ex parte rufus ſit, aliqua ex parte nigreſcat, Rondelet.*) & pelagius eſt: Scorpæna nigra & litoralis (*τεναγώδης, id eſt, paluſtris uel in cœnoſo litore degens,*) & cibi ſuauitate longè Scorpione inferior: quod ipſum nõ modo ex antiquorum (*Hiceſij*) conſcriptione accepi, ſed certa palati ſapiẽtia expertus ſum. Hęc ille. Quæ cũ ita ſe habeant, ſpecie hos piſces differre, nõ uerò ſolùm colore, ſapore locoq́ue, ut Rondeletius ſuſpicatur, crediderim. Hoc uel ex eiconibus noſtris, utriſq́ue ad uiuum factis, apparet. Plinius quoq́ue Scorpænam & Scorpium tanquam diuerſos numerat. Oppianus primo Halieu. etſi Scorpionis ſimpliciter genera duo eſſe dicat, utrunq́ue tamen in petris & arenis collocat, quod ſi etiam loco diſsideant, quemadmodum Hiceſio placet, (cui hac in parte magis faueo,) multò iuſtiùs ſpecies duæ ſtatuentur: ut longè fallatur Euſtathius, qui Scorpium & Scorpęnam ſexu tantùm differre putauit, ſicut Leonem & Leænam. Ambigit autẽ Scorpius uterq́ue Oppiano ad petras & arenas: hoc eſt, modò in ſaxoſo, modò in arenoſo litore degit. Ariſtoteli Scorpiones inter litorales ac pelagios ambigunt: qui nimirum ſpeciẽ unam tãtùm exiſtimauit, loco duntaxat differentem. Hiceſio (ut diximus) alius in pelago, alius in cœnoſo litore paſcitur. *Quòd non ſit propriè ſaxatilis.*

Mneſitheus Scorpios ſaxatiles facit: Philotimus duram carnem eis tribuit, quod approbat Galenus, in ſaxatilium penuria eos ſubſtituens. ſaxatiles quidem duræ carnis non ſunt. ¶ Quod ad magnitudinis differentiam, Bellonius rufum, qui pelagius quoq́ue & ſaxatilis ei eſt, multò maiorẽ facit: fuſcum uerò, (quam priuatim Scorpænam nominandam & ipſe & Rondeletius putant,) minorem. id quod mihi quoq́ue uidetur, & noſtræ icones præ ſe ferunt. Rondeletius differẽtiæ ex magnitudine non meminit, ſed Diphili tantùm uerba recitat: qui contrà, non pelagios & rufos, ſed illos qui in cœnoſis litoribus agunt, magnos facit. ¶ Scorpius apud recentiores quoſdam Spinula uocatur, nimirum à ſpinis capitis. Vide mox in Italicis nominibus. Sabot nomen eſt piſcis, & eſt Spinula, Syluatico. nos ſuper Arabico hoc nomine aliquid in Callionymo annotauimus. *Magnitudo.* *Scorpæna.* *Spinula.* *Sabot.*

GRAECI hodie Scorpidi; Scorpænam uerò, Scorpinam nominare ſolent, Bellonius. Græ-

ci à uero nomine aberrantes, utrunq; Scorpium appellant, Gillius.

ITAL. Nonnullæ regiones Italiæ Scorpium utrunq; Scorpænam appellant, Gillius. Romani Scorfano, Saluianus. Genuenses Scorpium, ad discrimen Scorpænæ, quam Strasinam dicunt, Bellonius. Aliqui pesce Spin uel Spino, uel Spinoso, præsertim Scorpænam, nuncupant. *Spinula.* Aggregator Spinulam piscem à Galeno libro 3. De alimentis memorari scribit. nominatur autem Scorpio eodem libro inter duræ carnis pisces. Scorpio piscis nostro idiomate Doracæna dicitur, Syluaticus. sed alibi melius Draconem marinum interpretatur, qui hodieq; à Græcis uulgò Dracæna dicitur. ¶ Scorpæna Romæ Scrofanello dicitur, Saluianus.

GALL. A Massiliensibus Scorpeno dicitur, à nostris Rascasse, Rondeletius. Et rursus: Massilienses eum qui niger est, Scorpeno: qui flauus est, Scorpena uocant. ¶ Scorpionem Massilienses Scorpænam uocant: Scorpænam autem ueterum (id est, Scorpium minorem) Rasquessa, Bellonius. Idem & Callionymum Massiliæ Rascassam biancam, quasi Scorpionem album appellari prodidit.

GERMAN. Bellonius Gallico Oceano Scorpionem infrequentem esse tradit: quare Germanico etiam Balthicoq; rarum existimârim. In picturis Oceani Germanici pisciũ, quas Echtius Coloniensis medicus ad me misit, inuenio unum Scorpio (minori) similem, quem Germanicè **Postken** appellat. Licebit nobis fingere nomen, **ein Scorpion oder Scorpfisch**, id est, Scorpionem piscem: uel **ein Meerscorp**, id est, Scorpionem marinum. Priuatim quidem ruffum circunloqui licet, **der grösser rotlach Scorpfisch**: fuscum uerò, **der kleiner graw Scorpfisch**. ¶ Scorpius ei ue cognatissimus uidetur piscis, quẽ à Io. Echtio Coloniẽsi medico pictũ accepi, adscripto Germanico nomine **Postken**, tanquam accolis Oceani Germanis usitato. capitis, quod magnum ei est, & multis aculeis (qui branchiarum operculis & reliquo capiti hærent) infestũ: ac reliqui corporis magnitudine, proportione, forma, Callionymum refert. fuscus est colore, & maculosus, prę sertim cauda (quæ subrotunda est) & pinnis. Hæc ad picturã. ¶ Audio Frisios appellare **a Stotme** piscem ferè similem Rochetto Anglorum, colore Scombri: pinnis, ut Perca, aculeatis in dorso. binis prope nares in capite aculeis. opercula etiam branchiarum aculeata esse. Caput proportione magnum, oculos magnos. caudam rubram, maculis nigris. Idem hic uel simillimus illi quem iam **Postken** nominauimus, uidetur: colore forsan solùm differens.

Scorpij minoris eicon, & ipsa Venetijs ad uiuum effigta: à qua nonnihil diuersam exhibuit Saluianus.

Scorpæna. SCORPIVS minor, qui priuatim Scorpæna dicitur. Scorpioni (maiori, inquit Saluianus) simillimus est, ut colore tantùm & magnitudine differre uideatur. Falluntur qui ætate tantùm eos distinguunt: item qui solo sexu: & qui Aristotelem quoq; eius meminisse putant: cum Plinius tantùm & Athenæus eius meminerint. ¶ Plura leges supra in Scorpio maiore, proximè retro. ¶ Athenæus Scorpium à Scorpæna colore tantùm & succo differre scribit, Rondeletius: (sed dictio tantùm apud Athenæum non legitur.) Nos Scorpænam (inquit idem) eam esse credimus, quæ nigrescat, quæq; insuauior sit, minusq; boni succi, & litoralis, lutoq; gaudens.

ITALICA & GALLICA nomina Scorpij utriusque, leges proximè superiùs in Scorpio maiore.

GERM.

GERMAN. Das kleiner vnd schwärtzer geschlecht des Scorpfischs/welchen fisch etliche Teütschen ein Postken nennend/als ich acht: die Frießländer a Storme.

SCORPIOIDEM Rondeletij, Blenno Bellonij simillimum, nisi idem est, Ordine primo collocauimus.

Ab ano etiam pinnula exprimi debuerat, quam Saluianus non omisit: qui piscem hunc accuratius depinxit.



LACERTUS peregrinus uel maris Rubri. Piscem hunc, tum à coloris uiriditate iucunda, tum ab oris totiusq; capitis similitudine cum Lacerto terrestri, multi Lacertum uocāt, Rondeletius. Est autem (inquit) Lacertus maris Rubri ab Aeliano descriptus.

Saluiano hic Saurus uel Sauris (Σαῦρος, Σαυρὶς) Græcorū est, diuersus aliquantulum ab eo qui in Rubro mari reperitur, ab Aeliano descriptus. Sauri (inquit) Latinorum ueterum nemo meminit. Theodorus in Aristotele non rectè Lacertum conuertit: quanquam σαῦρος quadrupes, Latinis Lacertus est. at eorundem Lacertus piscis, Græcorum κωλίας est. Nos hunc piscem Græco uocabulo Saurum appellabimus. Esse autem hunc Saurum Græcorum, tum ex eo conijcitur, quòd ad terrestris Lacerti similitudinem, propiùs, quàm quiuis alius piscis accedat: tùm quòd ea omnia quæ Sauro ueteres tribuunt, huic nostro perbellè conueniant. Is qui Romæ hodie Suaro appellatur, Trachurus potiùs fuerit, quàm Saurus. Oppianus Τραχούρους & Σαύρους manifestè distinxit. Aduertendum præterea Turdum etiam, Σαῦρον à nonnullis appellari. Non in omnibus aut plerisq; maris locis, sed in quibusdam duntaxat reperiri solet: cœnosoq; loco delectatur, Oppiano teste. Hæc ille.

Lacertus Latinis piscis, alius quàm Saurus Græcis.

Trachurus.

ITAL. Romæ pesce Tarantola, Saluianus.

GERM. F. Ein frömbder Meerfisch/mag seiner gestalt vnd schöne der grünen farb halben ein Meerheydox genennet werden.

ORDO VI. DE PISCIBVS LONGIS, SPINOSIS, QVORVM SPECIES FERE SERPENTINA EST.

Longi pisces (inquit Rondeletius) ferè omnes cartilaginei sunt, (sed à cartilagineis illis, quæ Græci σελάχη nominant, diuersi.) Dicuntur autem longi à corporis specie, qua à Galeis, qui longo etiam sunt corpore, differunt, quòd rotundiores sint: quodq́, illi Mustellis, hi Serpentibus similiores sint. Præterea Galei neq; seuum neq; pinguedinem habent, ut Athenæo placet, ex longis autem sunt qui pinguedinem habent.

Bellonij Muræna flexuosa pingitur, sicut & Saluiani: maioribus per interualla maculis: & à superiore labro duo ceu cornicula protendit, ut Saluiani quoque: & rostrum longius latiùsque, superiore eius parte ultra inferiorem prominente, &c.



MVRAENA, Græcè Μύραινα, uel Σμύραινα: Massarius hoc Doricum esse putat, cum tamen apud Platonem legatur. apud Kiranidem Ζμύραινα. Eustathius docet multas dictiones ab σμ. incipientes, olim per ζμ. scribi solitas. Eidem Μῦρος, Μύραινα, ut & Μορμύρος, pisces, à uerbo μύρειν uel μύρεσθαι deducunt, quod fluere significat, unde & μῦρον unguentum liquidum. est quidem Myrænæ, cuius mas Myrus dicitur, cutis læ-

uis & lubrica, ueluti unguento oleóue delibuta, sicut & aliorum læuium: & motus eorum flexuosus uelutiq; undosus ut fluere uideatur. sed horum neutrum Mormyro conuenit: in quo nomine etiam ypsilon corripi solet à Græcis, (Ouidius produxit:) in Μύρ☉, Μύραιν, μύραιν, μύραινα, semper producitur. quare Μῦρ☉ etiam penanflexum scripserim, non ut pleriq; omnes solent, paroxytonum. ¶ Muræna corporis habitu Lampetræ affinis est: Anguillæ etiam aspectu proxima, sed latior, Rondeletius. Anguillam (inquit Bellonius) magnitudine ac figura refert: sed recurto & crasso est magis corpore: & adulta Anguilla omnibus modis Murænam magnitudine exuperat. ¶ Morsis à Muræna eadem accidunt quæ à uipera morsis, & similia remedia adhibentur, Aetius. In cibo quidem expetitur, & à Galeno commendatur. Imprimis placebant flutæ cognominatæ, à Græcis plotæ, (πλωταί,) quòd præ pinguedine in summa aqua fluitantes, cute iam Sole adusta mergi ampliùs non possent, præcipuè in Siculo freto: & similiter anguillæ. ¶ Sphyræna & Smyræna piscium longè diuersorum uocabula ab imperitis librarijs aliquoties permutata deprehendimus. Aelianus etiam Myrum, uel ut ipse uocat, Myronem, non agnouit. Muræna, ut & Alosa, quanquam marini pisces, paruis ac numerosis spinis conspersi sunt: quod non animaduertit Galenus, qui pisces tantùm in fluminibus ac stagnis genitos huiusmodi spinis abundare scribit: marinorum uerò nullum.

Flutæ.

GRAECE uulgò, ITALICE, HISPAN. GALL. Vbique gentium in hunc diem Murena nuncupatur, ut docet Massarius Italus, & Gillius Gallus. A nostris, ab Italis & Hispanis Mourone dicitur, Rondeletius. Ab Italis profertur Murena, uel Morona, sed cauendum, ne Antacæus piscis cetaceus, quem recentiores aliqui, (& Itali uulgò,) Moronam uocant, cum Muræna confundatur. ¶ Myrum piscatores nostri (inquit Rondeletius) peculiariter non agnoscentes, Serpentem uocant. Sed alij sunt serpentes marini magis propriè nominandi.

LVSITANIS Moreia.

GERMANICVM nomen ignoro: & sanè Bellonius nihil Muræna in Oceano rarius esse tradit. & alibi, Murænas in Gallia esse negat: nam oram fortè Mediterranei maris, ut Prouinciam, Galliæ nomine non est complexus: ubi Murænas reperiri non dubito. In Gallia Septentrionali (*inquit Plinius, de Oceano nimirum sentiens*) Murænis omnibus dextra in maxilla septenæ maculæ. In Hispanico etiam Oceano circa Tartesum & Carteiam, Murænas maximas, minarum aliquando suprà octoginta reperiri legimus. Circunloqui licebit, ein Meerschlangen art: hoc est, Serpentis mar. genus. Vel nomen fingere, ein Muraal, à Latino Muræna, & Germanico Aal, quod est Anguilla, compositum. Non probo quidem composita ex diuersis linguis uocabula: sed ea quoq; tolerantur, cum meliora desunt.



MYRVS, hoc est, maritus Murænæ, Latinum nomen non inuenit. Græcè Σμῦρος uel Μῦρ☉. Vide superiùs in Muræna. Gaza Murum interpretatur. Apud Plinium alicubi Myrinus pro Myro mendosè legitur: apud Aristotelem Μύειν☉ pro Myxino Mugile. ¶ Dorion autor est Myrum per carnem sparsas spinas non habere, totumq; utilem esse, & supra modum tenerum. Genera eius duo esse: unum nigrum, præstantius: alterum, ruffum. ¶ Smyrus etiam apud Plinium legitur: apud Aelianum Μύρων. Myron (inquit) piscis est, nescio unde dictus: Serpentem marinum esse aiunt. ¶ Mirum hoc, si Myrus & Muræna sexu tantùm differunt, fœminam spinas habere, marem non item: cum hic robustior, illa imbecillior prædicetur. & hunc concolorem esse, illam uariam, cum in plerisque, ubi colorum differentia est, uel pulchrior uel magis uarius in masculis sit. ¶ Myrus serpenti similior est, quàm Muræna: rostro acuto, longo corpore, nigricante, tenui, rotundo, sine maculis, &c. Rondeletius. ¶ Murænam fœminam esse, Murum uerò marem, Aristoteles non asserit, sed aliorum opinionem refert: quæ quidem (inquit Saluianus) uerisimilis non est. quî enim fieri posset, ut inter numerosas toto uere quàm plurimis marinis litoribus captas Murænas, aliqui etiam non caperentur Myri? cum tamen neque nos multis iam annis id summopere contendentes, ullum prorsus uiderimus unquam, ab alijs'ue alicubi uisum audiuerimus. Quòd si caperetur, facilè ex scriptis de eo à ueteribus notis, internosceretur. Quamobrem credendum potiùs arbitror, Murænas non secus, quàm alias ferè omnes pisciũ species, in mares & fœminas diuidi. neque si quis eas omnes ouis grauidas capi assereret, ob idq; fœminini solùm sexus esse contenderet: ad Viperæ (ut ueteres quidam faciunt) aut Myri concubitum confugiendum esset: cum & alij quidam pisces memorentur ouis grauidi omnes capi, ut Erythini, Channæ, &c. Hæc ille. ¶ Serpens marinus rubescens, (qnem pictum dabimus sub finem huius Ordinis,) Myrus alter fortè fuerit, cuius Dorion meminit tanquam ὑποπυῤῥόντ☉, id est, rufi coloris.

GALL.

GALL. Circa Monspelium Serpentem uocant. Vide suprà in Muræna.
GERMAN. Das männle (als etlich meinend) von der obgesetzten Meerschlangen art.



CONGER uel Congrus. γόγγρος Græcis, non etiam κόγγρος per κ. ut nuper quidam somniabat. Nicander Epopœus Congros aliter Gryllos uocari scribit, id est Porcos, à uoracitate nimirum, &c. Conger, quem & Gongrum Plinius 32. uolumine appellasse uidetur, Plinius. *Gryllus.* *Gongrus.*

Duo Congrorum genera sunt: unum albicat, & pelagium est: alterum nigricat, & litorale magis est quàm pelagium, Rondeletius.

Duo breuia cutaceaq; cornicula in extremo rostro tum Congri (tum Murænæ) existunt, Saluianus.

GRAECIS nostri temporis Cauorosas, Saluianus: composito nimirum nomine ab ophis, & nescio quo alio.

ITAL. Romæ Drongo uel Brongo (Bronco, Saluianus) uocant. Veneti Grongo. Antiates Brunchum appellant, Platina. ¶ Græcum Latinumq; uetus huius piscis nomen pleræque gentes retinent, Itali, Hispani, Galli pleriq; & Angli.

HISPAN. Lusitanis Cromgo, Saluianus.

GALL. Congre. Massilienses nominant Filat (Fiela, Fielaz, Bellonius) quia instar retis pisces inuoluit & implicat, Rondeletius. Massilienses planè barbarè Phialassum appellant, Gillius.

GERM. Ein Meeraal: id est Anguilla marina. Quidam in parte Germaniæ inferioris, Palen uocari mihi retulit, nescio quàm rectè. Palynck quidem Flandris Anguilla est.

ANGLICA sunt a Conger/a Congre/a Congerele. Dicuntur & Eluers ab Anglis Congri pusilli (nomine, ut apparet, ab Anguillarum similitudine facto) in fluuio Sabrina prope Glocestriam: in quem paruuli duntaxat è mari subeunt.

Pictura à Rondeletio posita.



Picturam à Bellonio exhibitam omisimus: similem ferè ei quam Rondeletius dedit, sed multis implicitam spiris, (non quòd in mari adeò inuolutus sit hic Serpens, sed ad longitudinem eius exprimendam:) uentre crebris uelut internodijs crispo. qualem ego etiam, hìc adiunctam, ab amico ex Italia missam Serpentis marini imaginem olim accepi. corpore ubique plano, non tanquam aculeis quibusdam eminentibus aspero, quales in Rondeletiano uisuntur: quanuis eorum in descriptione non meminit.

SERPENS marinus, ὄφις θαλάττιος, similis est terrenis, dempto capite quod magis ad Congrũ accedit, Aristoteles: qui tamen alia etiam multa serpentium marinorum genera esse tradit, quę in gurgitibus seu præalto mari nascantur, alia alijs coloribus omnis generis, χρόαν δ' ἔχουσι παντοδαπήν. Is quem depinximus (inquit Rondeletius) terreno uel fluuiatili serpenti simillimus est. ad trium uel quatuor cubitorum longitudinem accedit. corpore rotundiore quàm Anguilla, capite Congro similis: colore fuluus, sed uentre & rostro cinereus, &c. ¶ Ab Ophis diminutiuum est Ophidion, quo nomine piscem appellat Plinius; quem nos dedimus suprà Ord. v. cum Mustela- *Ophidium.*

bus mar. Bellonius quidem & Saluianus Ophidion Plinij ab Ophi (id est, Serpente mar.) non distinguunt. nos Rondeletium distinguentem sequimur, cum aliâs, tum quia maior est hic serpens, quàm ut Ophidium, id est, Serpula diminutiuè nominari debeat. Hydrus dici potest omnis aquaticus serpens, tum in dulcibus tum in salsis aquis. nam & marinos serpentes Hydros nominat Aelianus, (quos alij ὄφεις θαλαττίους:) eosque asperum potiùs serratis dentibus quàm uenenosum os uideri habere. Idem Aelianus alibi de Myrone pisce, (quem Myrum esse, id est, Murænæ marem ignorasse uidetur:) eum ipsum (inquit) esse dicunt marinum Serpentem. ¶ Alius est Draco marinus Aristotelis, quem non à corporis figura, sed ueneno Græci sic nuncuparunt, ut Latini Araneum. ¶ Vide infrà penultimam huius Ordinis imaginem, & quæ adscripsimus. *Hydrus.*

ITAL. Serpe marina, Saluianus.

GERM. Ein art der Meerschlangen / mag ein Kongerschlang genennt werden: dann sy von leyb vnd gestalt ist wie ein schlang: mit dem kopff aber geleychet sy baß einem Meeraal/oder Kongeraal.



ACVS (prima species,) Aculeatus, Belone, his tribus nominibus utitur Plinius. Græcè Βελόνη, Ῥαφίς. habet enim rostrum acus aut subulæ instar. item Ἀβλεννής, ab eo nimirum quòd siccæ sit carnis & minimè mucosæ. ¶ Rondeletius Acum lib. 8. descripsit, cum Lacerto siue Colia & similibus piscibus: mihi illis qui Serpentem corpore quodammodo referunt, adnumerare libuit.

GRAECE uulgò Βελονίδα, Zargane, Aiulone.

ITALICE Arguzella, Acucella Romæ, Acicula, Acusigola, Angusigola.

HISPA. Aguilla, (Agulia, Saluianus:) Aguia pescado.

GERMANICE. Hornfisch/ Snacotfisch: Tobias/Sobias/Topeiaß/Gebbei: & alicubi (ni fallor) Gerfisch.

ANGLICE. Hornekek/Garresyssbe/Pyper sysb/Hornebeacke.

*

†

Hanc Acus figuram Venetijs accepimus.

* *Quærendum an hæc sit Acus Bellonij, quæ proximè ponetur, maximè propter pinnas illas paruas uersus caudam, &c. Sed cognatus uidetur potiùs piscis, quàm idem. Suum ex Oceano Bellonius habuit, hunc ex Mediterraneo Rondeletius.*

† *Acus minor Bellonij: quæ magnitudine tantùm (inquit) à priore differt, &c. Hic fortè Saurus Rondeletij, proximè retro exhibitus fuerit. Lege quæ cum illius eicone scripta sunt.*

SAVRVS (alius à Trachuro quem aliqui Saurũ nuncupant) Acubus similis, breuior & crassior, &c. ea uerò corporis parte quæ à podice ad caudã est, caudaque ipsa, Scombrum refert: siue partis huius caudæque figuram, siue eiusdem pinnulas spectes. & similiter carnis substantia. Rondeletio hic potiùs, quàm Trachurus, Saurus appellatur: & diminutiuè etiam Sauris: Σαῦρος, Σαυρίς. Sed Sauri fortè communior

Trachurus. est appellatio, & hunc & Trachurum comprehendens: ut ex uulgaribus Trachuri nominibus cōijci potest: Sauris uerò priuatim qui hîc exhibetur: Sauridem enim, Acum, & Sphyrænam similes esse Speusippus prodidit. Præstat autem Græcum Sauri nomen retinere, quàm ex uocabuli significato, Lacertum Latinè interpretari. *Lacertus.* Lacertus enim Latinorum ueterum, κολίας Græcis dicitur. Σαῦρος uerò uel Sauris Græcorum, is piscis est Saluiano, quem Lacertum peregrinum Rondeletius nominat, in fine Ordinis V. à nobis propositus.

GALL. A quibusdam circa Monspelium Aiguille uocatur, ab alijs Beccasse.

GERM. F. Ein Macquerälse. Vide infrà in Trachuro, Ordine 8. Ein kleiner Hornfisch.

A Rondeletio propositæ figuræ.

Duas has eicones (ut scripsi) Cor. Sittardus misit. Magnitudinis quidem inter ipsas proportio non eadem seruatur, quæ in Rondeletianis apparet.

ACVS (alia species.) Acus seu Belone Aristotelis, secundū Rondeletium. Sunt qui Serpentem mar. esse credant, sed falsò, ut in Serpente mar. Rondeletius arguit. *Typhle. Typhline mar.* Bellonius Typhlen uel Typhlinen marinā nominat, à similitudine cum Typhlope seu Typhline serpenti terrestri. Sed Typhle Athenæo, Typhlinus Hesychio, inter Nili pisces est, Lampetra parua fl. nimirum. Saluianus hunc piscem Græco & Latino nomine carere putat. Ego huius piscis eicones duas, ueluti unius generis species, à Cor. Sittardo Cæciliæ nomine olim accepi. uocatur autem hoc nomine piscis quidē apud ueteres Latinos nullus: sed Typhlines serpēs, &c. Easdem ex Rondeletio, breuiori spacio pictas, exhibemus, &c. ¶ Qui Remoram esse conijciunt hunc pisciculum, uel Musculum Iulum ue, falluntur.

GRAECE uulgo Nerophidion.

ITALICE alicubi Diauolo. sed alij Ranam piscatricem Diabolū mar. uocant. Priuatim speciem alteram, quæ corpore rostroq; minor est, uulgò in Italia Arzinarello uel Coaliotto nominari, Cor. Sittardus nos docuit. Saluiano utraq; species, ut Græco Latinoq;, ita etiam uulgari nomine caret. pauci enim (inquit) temere potius, quàm comprobata aliqua consuetudine, Serpente marino uocari aiunt.

GALLICE Trompette. Massiliensibus Gagnola.

GERMANICE dici potest ein Trommeeter: uel circunscribi, ein art deß Hornfischs. ¶ Inter eicones piscium Oceani Germanici, maiori huius generis (cui os ferè rotundo hiatu, tubæ instar aperitur,) picto, Germanicum nomen Hautinck adscriptum est: quod tamē etiam Mugili cuidam Oxyrhyncho Antuerpiæ tribuitur, & Sphyrænæ alteri Monspelij. ¶ Knackfisch audio esse piscem, qui sola cute & ossibus cōstet, (Holosteum dixeris,) inutilis cibo, & captus abijci solitus in litus; ubi mox corrugatur. Hic an Acus sit, quærendum. *Holosteus.*

Figura hæc desumpta est ex tabula quadam descriptionis Orbis terrarum.

GVAICA.

GVAICANVS uel Reuerſus piſcis Indicus. De nouo piſcationis genere Petrus Martyr Oceaneæ Decadis primæ libro ʒ. Non aliter (inquit) ac nos canibus Gallis per æquora campi lepores inſectamur, illi *(piſcatores Cubæ inſulæ in Nouo Orbe: in cymba, id eſt caua arbore piſcantes, Chriſt. Columbus)* uenatorio piſce piſces alios capiebant. Piſcis erat formæ nobis ignotæ: corpus eius anguillæ grandiori perſimile: ſed habens (caput grandiuſculum, &) in occipite pellem tenaciſsimam, in modum magnæ crumenæ. Hunc uinctum tenent in nauis ſponda funiculo, ſed tantum demiſſo, quantum piſcis intra aquam carinæ queat inhærere, neq; enim patitur ullo pacto aëris aſpectum. Viſo autem aliquo piſce grandi aut teſtudine, quæ ibi ſunt magno ſcuto grandiores, piſcem ſoluunt. ille quum ſe ſolutum ſentit, ſagitta uelociùs, piſcem aut teſtudinem, quà extra teſtam partem aliquam eductam teneat, adoritur: pelleq; illa crumenaria iniecta, prædam raptam ita tenaciter apprehendit, ut exoluere ipſam eo uiuo nulla uis ſufficiat, niſi extra aquæ marginẽ paulatim glomerato funiculo extrahatur. Viſo enim aëris fulgore ſtatim prædam deſerit. Præda igitur iam circa aquæ marginem euecta, in mare ſaltat piſcatorum copia tanta, quanta ad prædam ſufficiat ſuſtinendam, donec è naui comites eam apprehendãt. Præda in nauim tracta, funiculi tantum ſoluunt, quantum ſatis eſt uenatori ut ad locum ſuæ ſedis intra aquam redeat, ibiq; de præda ipſa per alium funiculum eſcas ei demittunt. Piſcem incolæ Gaicanum, noſtri Reuerſum appellant, quòd uerſus uenetur.

GERM. Ein wunderbarer fiſch in dem Indianiſchen meer/mag ein Meerſeckel/oder ein Seckler genennt werden.



SERPENS marinus rubeſcens, rarus: quẽ Rondeletius exhibuit. Hunc (inquit) nonnulli Myrum eſſe putauerunt, ſed falſò, nam branchias oſſeo operculo ſquamoſorum modo intectas habet: pinnasq; ad natandum maiuſculas, quibus Muræna & Myrus carent, ſed Dorionis Myrũ alterum eſſe ζωπυρίζοντα, id eſt, rufeſcentem, non abſurdè quis exiſtimauerit. *Myrus.* *Myrus alter.*

GERM. Ein ſeltzame rotlachte Meerſchlang. ein Schlangfiſch im meer.

Hic fortè Serpens iſte marinus fuerit, cuius meminit Ariſtoteles, capite Congro quàm Serpenti ſimilior: nam is quoque fului coloris eſt. non mirum autem ſi in Oceano longè maior euadat.

IN Balthico uel Suecico Oceano, flaui quidam ſerpentes marini reperiuntur, triginta aut quadraginta pedes longi: qui, niſi iritati, neminem lædunt. Quorum iconem Olaus Magnus in Tabula regionum Septentrionalium Europæ iunctarum, dedit huiuſmodi.



In eadem Tabula alius Serpens marinus, ad centum aut ducentos pedes longus, (ut descriptio habet: uel etiam trecentos, ut numerus iconi adiunctus præ se fert,) circa Noruegiam interdum apparet, mari tranquillo infestus nautis, adeò ut homines quandoque è naui abripiat. Nauim ab eo inuolui aiunt tantam, quantæ ferè in nostris fluuijs aut lacubus maiores fieri solent, quæ mercium uecturæ destinantur, inuolutam subuerti. Spiras supra mare tantas aliquando erigere, ut nauis per unam transire posset. Figuram, qualis in Tabula illa est, apposui.

GERM. **Die groß Meerschlange in Norwegischen landen/ welche die schiffleüt schediget/ wenn der wind still ist.**

ORDO VII. DE PISCIBVS MARINIS SPINOSIS, PLANIS.

PLANOS pisces non cartilagineos, sed spinosos, Græci ψηττώδεις, Latini Passerinos uocant. Multa sunt huius generis apud nostros Gallos nomina, multoq; plures species quàm apud antiquos, Bellonius. Aristoteles ψηττώδεις dixit: recentiores quidam Passerina specie pisces & Psettaceum genus. Vt Passer auis prona parte fuscus est, supina albus: ita in hoc genere non solum priuatim ab hac aue denominatus piscis, sed etiam reliqui omnes. Omnes situm corporis & oculorum (Tæneijs exceptis) aliter quàm reliqui pisces habent. Eorum alij læues, alij squamosi sunt, &c.

GERMANICE Plani pisces communi nomine **Plattfisch** appellari poterunt: ut species una **Plateyßle**: eiq; similiores in suo genere **Plateyßfisch**. Communius uerò ad pisces latos planosq; omnes (tum cartilagineos, ut Raias: tum spinosos, ut Passeres) nomẽ fuerit **Flachfisch**: quanuis idem nomen Saxonibus Asellorum quoddam genus significat. ¶ **Halbfisch** priuatim dicuntur Passerini generis quidam pisces in Albi fl. ex Oceano subeuntes: cuius nominis significationem si respicias, (sonat autem dimidiatum, ἡμίτομον, à corporis specie ueluti per medium dissecta,) pro generis uocabulo usurpari posse uidetur.

Rhombi effigiem, quæ hic collocari debuerat, cum spacium desit, in sequentem paginam retulimus.

Psetta. RHOMBVS aculeatus Rondeletij. Rhombi uocabulum Græcum Latini retinuerunt. Aristoteli & reliquis Græcis piscis hic ψῆττα est. Romani (inquit Athenæus) Psettam, Rhombũ appellant, nomine Græco. Rhombi quidem nomen apud Aristotelem non extat. Sumitur etiam Passer siue Psetta pro diuerso pisce à Rhombo. Marinorum (inquit Plinius lib. 9. cap. 20.) alij sunt plani, ut Rhombi, Soleæ, ac Passeres: qui à Rhombis situ tantùm corporum differunt. Galenus etiam & Diphilus Psettas à Rhombis manifestè seiunxerunt. Rhombus piscis à Rhombo figura (turbinata, Bellonius) nomen habet, quæ quatuor æqualibus lateribus constat, non autem rectis angulis, Rondeletius. *Syacion.* Syacion nominatum animal, id est, Porculum apud Symeonem Sethi, aliqui pro Rhombo accipiunt.

GRAECI huius temporis adhuc ψῆτταν uocant, teste Gillio.

HISPANI Rodouállo.

ITALI omnes, Ligures & Massilienses Rhombum uocant, ut Gillius & Rondeletius scribunt.

GALL. Circa Monspelium Romb appellant, Massilienses Rombo (ut etiam Rhombum læuem:) Galli Turbot (quasi turbinatum, Bellonius:) Normani Bertoneau, Rondeletio & Gillio authoribus.

ANGLI similiter ut Galli **Turbot** uel **Turbut**.

GERMANI **Tarbutt**: Frisij **Terbut/Terbot**. Possunt autem uideri hæc nomina deriuata uel à Latino Turbo, idẽ quod rhombus Græcis significante: uel ab origine Germanica **Thornbut**. compositum enim hoc uocabulum, aculeatum Passerem significat. Arnoldus Villanouanus etiam Turbotum Latina terminatione dixit. **Butt** quidem inferioribus Germanis Passerem significat: (alij enim quidam Germani fluuiatilem quendam pisciculum, Phoxinum, ei'ue cognatum, **Butt** appellant. **Putt** uerò Mustelæ fluuiatilis species est.) Inde compositæ sunt uoces **Tarbutt/Heiligbutt/Steinbutt**. Ex his **Steinbutt**, ni fallor, non alius est quàm **Tarbutt**: nomen hoc partim à lapidibus factum, illud à spinis. quoniam corpus eius acutis eminentijs osseis & lapillorum instar duris (basis quidem singularum instar calculi rotundi est) ceu rubi spinis, ut Raiarum quoq;, exasperatur.

Icon

Icon hæc non à Rondeletio posita, sed à Veneto pictore nobis effecta est.



ANGLICE. Rhombum marinum in meridionali Britannici maris litore uocamus a Flounder, (& fluuiatilem a freshwater Flounder,) ut eundem piscem in Septentrionali litore Fluke uocamus, Turnerus. Bellonius non Rhombum, sed Passerem fluuiatilem, Gallicè Flez, Anglicè Flonder uocari tradit.

Rhombi læuis species, ab amico Venetijs ad nos missa, alia quàm à Rondeletio posita: cuius iconem addere ideo minus necessarium uisum est, quoniam læuem suum aculeato per omnia parem facit, dempto quòd aculeis caret.

Rhombus alter.



RHOMBVS alter est (inquit Rōdeletius) qui ut à superiore distinguatur, lęuis à nobis dicitur, quòd aculeis prorsus careat. Plura lege in nominibus Gallicis. ¶ Fortè non absurdè quis existimauerit Rhombum læuem, Galeni Citharū esse: quòd is mollis sit carnis, cuiusmodi Rhombum læuem esse constat: quodq́ eum Rhombo similem faciat. *Citharus.*

ITAL. Venetijs, Romæ & Massiliæ, etsi frequenter reperiri solet, tamen & Rhombi nomen habere, & pro Rhombo apud eas nationes diuendi solere, frequenter conspexi. Rhombo quidem minor est, læuior, & magis plano corpore, minusq́ carnoso, solido ac delicato: capite etiam magis elato ac grandi, &c. Bellonius. Itali quidam Rhombum læuem ac sine spinis Suazo uel Cuco uocitant. aliqui (Itali an Galli nescio) Soagia.

GALLIS Barbue dicitur. à nostris (inquit Rondeletius) per similitudinem Passar, quasi Passer: à nonnullis Pansar, id est, uentriosus. nos enim Panse uentrem appellamus. Sed Passar, meo quidem iudicio, rectiùs dicitur: quanquam uerus Passer seu ψῆττα non sit, sed ei figura duntaxat similis, situ uerò dissidens. huic enim dexter resupinatus est, Passeribus læuus, Rondeletius. [Si Rhombum sic in latus componas, ut oculi cœlum suspiciant, & mentum deorsum spectet, pars supina, erit dextra. sed si similiter Passerem constituas, supina pars erit læua, Gillius & Massarius.] Massilienses Rombo. uide suprà in Italicis. ¶ In Gallia quidam (etiam ex coquis) hunc piscem sexu tantùm à Rhombo aculeato differre rati, Rhombi fœminam temere appellant.

GERMANOS Meerbutten uocare puto, ut ab ijs (conijcio) qui flumina subeunt, distinguāt.

Sunt

Sunt & alij quidam marini duntaxat generis pisces Meerbuttē (aut potiùs Meerputten, Mustelabus fortè cognati) dicti, prorsus læues, ut Anguillæ, carne etiam simili, ut audio.



RHOMBOIDES Rondeletij. Romæ (inqt) piscē sæpe uidimus, qui ab ichthyopolis Rhombi nomine uenditur: quem tamē à superioribus Rhombis diuersum esse sensus ipse doceat, etiamsi figura Rhombum imitetur. Quare hunc Rhomboidē appellauimus, ut tantùm à Rhombo pisce differat, quantū figura rhōboides à rhombo figura. est enim rhomboides figura, quæ neq; latera æqualia, neq; angulos rectos habet. Huius mentionem nullam à ueteribus factam fuisse comperio. ¶ Vide an hæc sit Tænia Bellonij.

ITAL. Romæ cum Rhombo confundunt, ut iam dictum est.

GERM. Ein kleine Tarbutten art zů Rom/wirt niemer über ein spann lang.

Citharus Rondeletij.



Alia eiusdem piscis (ut uidetur) eicon, à Corn. Sittardo missa, pro pisce qui Romæ uulgò Pecten uocetur. sed Saluianus Nouaculam Rondeletij, Pectinem Romæ uocari scribit. Differt quidem hæc imago à superiore, cum aliâs nonnihil, tum pinnis.



CITHARVS Rondeletij. κίθαρος uel κιθάρα Varino. Oppiano κιθάρη. Gaza ex Aristotele Fidiculam conuertit. ¶ Citharœdus Aeliani, piscis est, cuius ille in mari Rubro genera duo describit, solis corporum pigmentis à Citharo nostro diuersa, Rondeletius. Latitudine (inquit Aelianus) Buglossum præ se fert, lineis à summo capitis uertice ad extremam caudam nigris sic distinguitur, ut eas citharæ fidiculas cōtentas esse dicas: unde & Citharœdus appellatur. ¶ Quidam hunc piscem Tæniam esse putauerunt, quæ Romæ uulgò Pecten uel Pectenorzo dicatur. Nos alias Tænias Rondeletij dabimus. ¶ Rhombum alterum siue læuem Rondeletij, Galeni Citharum esse non absurdè quis existimauerit: quòd is mollis sit carnis, cuiusmodi Rhombum læuem esse constat: quódq; eum Rhombo similem faciat Galenus. ¶ Citharus à Strabone inter *Tænia.*

Nili pisces recensetur.

ITAL. Romæ satis frequens est, & Folio nominatur. Bellonio Tænia ibidem Sfolia, uel Sfolio: quo & Veneti nomine (inquit) Soleam uocare consueuerunt. Buglosso quidem, id est Soleę, quàm Rhombo similior est hic piscis, si squamas excipias, quæ in Citharo sunt magnæ, rhombi figura.

GERM. Ein Plateyßle oder Zungē art. Ein Sandling: Vide mox in Anglico nomine.

GALLICE. Piscis qui ab Anglis uocatur a Sab, à Frisijs Orientalibus ein Sandling, Galeni Citharus mihi esse uidetur. Is Rhombo minimo similis est, sed candidior: & circa caudā summasq; oras, quæ piscem totum ambiunt, rubescit. Saporis non iniucundi, utcunque apud Londinenses in paruo precio habeatur, Turnerus.

CITHARVS alter Rondeletio, quem flauum siue asperum cognominat. Athenæus quidem ex Archestrato Citharum unum λϵυκὸν, alterum πυῤῥὸν facit. ¶ Sunt (inquit Rondeletius) qui uerum Buglossum esse credant, nec sine ratione: non ob figuram solùm, sed etiam ob asperitatem. est enim bouis lingua, magna & aspera.



GERM. Ein andere gålblachte Meerzungen art.

Passeris effigies Venetijs facta, ab ea quam Rondeletius dedit, differens, cum aliâs nonnihil, tum quòd pinna superior in pictura Rondeletij ad oculos usque procedit, paulatim humilior, &c.



PASSER. Piscis ψῆτζα à Græcis, à Latinis Passer dicitur, Rondelet. A colore Passerum auium Passeres dicti sunt. parte enim supina candidi, prona uerò terrei coloris, ut Passeres aues sunt, Massarius. Psetta Græcis genus uidetur esse ad Rhombū & Passerē: (lege suprà in Rhombo:) Itaq; & Rhombus aliquando Psettæ nomine uenit: & Buglossum Athenæus Atticè Psettam uocari scribit. ψίτ]αι pisces leguntur apud Suidam: ego ψῆτ]αι scripserim per η. circunflexum. Στρουθὸς Græcis Passer auis est. Aelianus (De animalib. 14.3.) piscem quoq; Passerem scilicet, uel aliquam eius speciem similiter nominat, unà cum Rhombo, Psetta & Torpedine. quare apud Aristotelem quoq; Historiæ 2.15. idem nomen pro pisce rectè legi aliquis coniecerit, quanuis diuersum sentiat Rondeletius. ψισίου quoq; apud Symeonem Sethi & Psellum De diæta, non alius quàm

Psetta.

Στρουθός.

ψισίου.

quàm Passer piscis mihi uidetur. Pectinem (qui ueteribus in Testaceo genere est) Alberti Magni ætas imperitè pro Passere accepit: inde forsan, quòd spinæ huius generis piscium rectæ & parallelæ, pectinis instrumenti speciem præ se ferant. *Pecten.* Eundem piscem Ausonius Platessam nominat, & mollis epitheton attribuit. uidetur autem factum nomen à Græco πλατύς: est enim de genere planorum & latorum: à qua origine forsan & Gallica quædam & Germanica nomina mox dicenda deriuantur. *Platessa.* Plagitia barbarum nomen est, Arnoldo usurpatum pro Latino. *Plagitia.*

ITAL. Ab Italis nostrisq; Plane dicitur, Rondeletius. Passer hodieq; nominatur Romæ, & in multis Italiæ litoribus, (uulgò Passaro,) Iouio & Gillio testibus.

GALL. Ab Italis nostrisq; Plane dicitur, ab alijs Platusc, à Gallis Plye. Passerũ species multæ sunt. maxima à Gallis Plya, nescio qua ratione uocatur: quæ à Quadratulo sibi congenere pisce *Quadratulus* (uulgò Carlet) non nisi ipsa forma ac magnitudine differre uidetur. est enim Plya Quadratulo tantùm maior: qui ad quadrangulum proximè accedit. uterq; flauis lituris in tergo cinereo suggillatur: subtus, ut & reliqui huius generis, albicat, Bellonius. Sunt inter Gallos qui Passerem cum Solea confundant, Gillius.

GERM. Nostri uocant **Platyßle**, alij **Plateyse/Pladyß**: cuius nominis & similium in alijs linguis etymon esse Græcum paulò antè monuimus. **Platigin**, Flandricum nomen est. **Bot** uel **Butt**, unde diminutiuum **Bütch**, inferioribus Germanis, Flandris & alijs, Passerem sonat. Inde nomina composita, quæ in Rhombo diximus. **Bot** tamen & **Pladyß** aliquos distinguere uideo. **Butt** (ut audio) in lacubus seu stagnis dicitur, marinis crassior, pinguior ac nigrior: in mari **Schollen**, qui ad nos uehuntur. capiuntur enim maiore copia. A nomine **Schollen**, speciei unius nomen **Platyßscol** compositum apparet. **Scholl** quidem uel **Schull** Germanis quibusdam maritimis usitatum nomen, quanquam ipso sono ad Soleam accedit, & quidam non indocti nuper Soleam interpretati sunt, non aliud tamen quàm Passerem populis eo nomine utentibus significat: eundem scilicet piscem quem Flandri **ein Plattdice** nominant, Angli **a Place**, ut Turnerus me monuit. ¶ **Gantzfisch** & **Halbfisch**, hoc est, integri & dimidiati pisces, genera quædam Passerum nominantur apud inferiores Germanos: sola (ni fallor) magnitudine diuersa: ut ille maior sit, hic minor: quem etiam è mari in Albim uenire audio. Lege quæ scripsimus suprà de planis spinosis in genere, initio huius Ordinis. ¶ **Plye** Gallica Passeris nomenclatura est: sed eodẽ nomine Germani in lacubus aquarum dulcium ad Septentrionem, piscem, haud scio an Passerini generis, appellant. ¶ Est & **Plaetkens** Passeris parui (opinor) nomen.

ANGLICVM nomen **Plase** uel **Playse**, uidetur per syncopen factum à Germanico **Platyßle**. Turnerus Anglus scribit **a Place**.



PASSERIS alia species. Planum hunc piscem Quarrelet uocant, hoc est, Quadratulum. Sunt qui eum hoc tantùm nomine appellent, cùm minor est: cùm uerò senuit, Plye. Ego uerò specie hunc ab illo differre existimo. magis enim quadrata est forma, unde Quadratuli nomen: maculasq; rufas siue subflauas plures habet. Totus læuis est. carne candida, molli, ualde humida. Magna eius copia in Oceano capitur, Rondeletius. A Passere quid differat, leges suprà in Gallicis nominibus Passeris.

GALL. Quarrelet, ut prædictum est: uel Carlet, Garlet.

GERMAN. **Ein kleine Plateyßle art / ein gefierts Platyßle.** Quærendum an idem sit, qui à nonnullis Oceani accolis **Scherren** uocatur Passer, deprauato forsan Gallico nomine.

PASSEREM Asperum siue Squamosum cognominare licebit, quem Galli uocant Limandam. Flauas maculas in pinnis quæ corpus ambiunt, & in reliquo corpore habet. Linea corpus intersecans sinuosa, in Passere nostro rectior est. Antuerpiani exiccatos uendunt, Rondeletius.



ITALIA hunc piſcem ignorat, Bellonius.

GALL. Ob tenuitatem corporis, quam cum aſſeribus dolabra in laminas diffiſis commune habet (eas laminas uulgus limandas uocat) Limandæ nomen adeptus eſt, Bellonius.

ANGLIS admodum uulgaris eſt, & Brut appellari ſolet, Rondeletius & Bellonius. Ego Anglos proferre audio Burte, uel Birte, uel Brette: fortè à latitudine plana, (ſic enim noſtri quoque aſſes ſiue aſſeres & tabulas ligneas uocant: & inde piſci huic nomen aptum fingemus, ein Brettfiſch.) Vocatur & Burtcock Anglis, eiuſdem generis piſcis, mas, ni fallor. Cock quidem gallinaceus eſt. Bellonius in litore Angliæ exiccatum hunc piſcem ad Germanos transferri ait: Ioannes Caius uerò Anglus, nunquam in Anglia ſiccatum ſe uidiſſe, etiamſi uulgaris ſit piſcis, mihi teſtatus eſt.

GERM. Vide in Anglicis.



PASSERIS aliud genus uulgò à Gallis Flez nominatur, eiuſdemque species alia maior Fletelet. nos Fleſum & Fleteletum Latinis terminationibus appellare nihil prohibet. Fleſus ſquamis paruis integitur, colore eſt nigro. In corpore pinniſque id ambientibus maculas rufas habet. Hoc piſce mare noſtrum caret. ac fuiſſe utranque eius ſpeciem ueteribus incognitam affirmare auſim, quòd Oceani piſces ignorarint. E mari flumina ſubit, ut aliæ etiam Paſſerum ſpecies: non autem naſcitur in eis, Rondeletius. Fleſo corpus eſt paulò longiùs quàm Paſſeris: cumque adoleuit, craſsius. Fleteletus Fleſo ut plurimùm maior (etſi nomen eius diminutiuum eſſe uideatur) ab Anglico tractu ad Gallos adfertur, Bellonius.

ITALI hos piſces Oceano peculiares ignorant.

GALLI, ut dictum eſt, ſpeciem minorem Flez: maiorem Fletelet nominant.

ANGLI ſpeciem minorem, Bellonio teſte, Phlonder uocitant: maiorem Helbut. Ego Anglos uideo ſua lingua ſcribere Flunder, uel Flonder/Flownder. in Tameſi capitur. Maioris nomen Eliora Anglicè ſcribit Hallibutte, Caius Holybut. Heiligbutt (ſic enim nomen integrum Germanicè ſcribitur) Paſſerem ſacrum ſignificat, fortè à magnitudine. Audio piſcem in ora Germaniæ dictum Quep uel Heiligbutt, ſimilem Paſſeri, pedes circiter xij. longum, ualidiſſimum eſſe in aqua. ſegmenta eius oblonga indurari ad ſolem, & uocari Raff uel Regling: quæ aliò deportata in delicijs habeantur. Idem piſcis (ni fallor) alicubi Elenbot uocatur.

GERM. Vide in Anglicis.

Icon

Icon à Rondeletio exhibita.



Alia, quam Venetijs nacti sumus, ijs quas Rondeletius pingit, omnibus dissimilem.

BVGLOSSVS uel Buglossum (Βούγλωσσος ἢ Βούγλωσσον) genus est piscis, Psettæ & Tæniæ similis, authore Speusippo. A Varrone & Plauto Lingulaca dicitur, à linguę figura, quæ Græcis est γλῶττα: cui βου particulam additam fuisse puto, ut magnitudinem potiùs, quàm bubulæ linguæ figuram significet. A Plinio Ouidioq; Solea: à figura Soleæ, quæ solo pedis subijcitur. Galenus Philotimum reprehendit, quòd Passeris aut Psettæ uocabulũ ad Buglossum, nulla speciei habita ratione, temere transtulerit. Buglossum Attici Psettam uocant, Athenæus. Psetta pisciculus planus est: uel is quem nonnulli Sandaliũ (Σανδάλιον) aut Buglossum nominant, Varinus. ¶ Citharum asperum sunt qui uerum Buglossum esse credunt, nec sine ratione, &c. ¶ Saxaulis uel Saxaulus piscis Arnoldo est Solea, nescio cuius linguæ uocabulo.

Lingulaca.

Solea.

Sandalium. Citharus asper.

GRAECIS hodie γλῶττα dicitur.

ITAL. Romę Linguata uel Lẽguata. Venetijs Sfoia uel Sfoglia, uel Sfolia, à maioris alicuius folij forma, ut Bellonius scribit. Sed Romanũ uulgus aliud quoq; Passeris genus, (alteram Soleę speciem,) quod Bellonius Tæniam facit, Sfolia nuncupat.

HISPANI Lenguado, Lusitani Linguado uocitant.

GALLI Sole. Aliqui à carnis delicata (solida tamen & candida) iucunditate, Perdicem marinam.

ANGLI similiter ut Galli nominant a Sole.

GERM. Piscis quẽ inferiores Germani Scholle / Schulle uel Scolle indigetant, Solea non est, etsi illã nomine præ se fert, sed Passer ut prædiximus. Soleam uerò Frisij & alij quidam nominant Tonge uel Tunge, id est, linguam, nos Zunge proferimus.

SOLEA oculata Rondeletij. Est(inquit) alijs Soleis corporis habitu & partibus internis omnino similis: sed in prona parte maculas habet magnas, oculorũ effigiem cum iride & pupilla referentes. unde Soleam oculatam appellandam esse censeo: quemadmodũ Torpedinis oculatæ, item Raię oculatæ species una est. Huius mentionem nullam à ueteribus factam fuisse comperio: nisi quis Athenæi Escharum aut Corin esse putet. Hæc ille. Corin quidem apparet de genere planorum esse: & παρὰ τὰς κόρας, id est, ab oculis, uel pupillis dictum aliquis coniecerit. Eundem autem & Escharum dici Dorion tradit. Cæterùm Eschara Rondeletij, planta quædam marina esse uidetur.



Coris. *Escharus.*

GALL. Piscis hic Massiliæ satis frequens & apud nos, Pegouse dicitur, à squamarum (ut arbitror) tenacitate. ita enim tenaciter hærent, ut nisi diu in aqua calida maduerint, desquamari non possit, Rondeletius.

GERMANICE uocetur **ein Spiegelbot/ein Spiegelzunge.** uel **ein Augebot/rc.**

CYNOGLOSSVS. Hũc inter Buglossi species numerare necesse esse, forma ipsa satis arguit, qua Buglossi planè similis est. Est tamen corpore spissiore & breuiore. Squamis tegitur paruis, in ambitu serratis. Colore est fusco. Vt Rhombus à Passere, ita hic à prima Buglossi specie differt situ corporis, nec non sapore. Eundem fortè Epicharmus apud Athenæum Cynoglossum (Κυνόγλωσσον) appellauit. Vel si is non sit (nihil enim certi ex tam paucis uerbis Epicharmi ab Athenæo citatis colligi potest) optimo tamen iure, ut à cæteris Buglossi generibus distinguatur, Cynoglossum nuncupabimus: necp aliud est genus, cui nomen hoc aptiùs quadret, Rondeletius. Bellonius Soleam alteram nominat.



GALL. Pole nominant. est autem frequens in Oceano piscis. Similitudine decipiuntur, qui in mari nostro (Mediterraneo ad Monspelium) capi putant: eumq́ esse piscem, quem Massilienses Seruantin uocant, Rondeletius.

GERMANI uocare poterunt **ein Hundes zunge**, id est, Canis linguam: uel **ein verkeerte zunge/Letze zunge**, id est, Soleam inuersam, quòd os ei oppositum ostendat, quemadmodum & Rhombus Passeri.

ARNOGLOSSVS Rondeletij. Arnoglossus (inquit) læuis, siue Arnoglossus simpliciter, ea Buglossi species à nobis uocatur, quæ squamis carere uidetur, prorsusq́ læuis esse. Nam ut plantagini herbæ à figura uel foliorum læuitate, arnoglossi, id est, agninę linguæ nomen positum est: ita species hæc Arnoglossus à læuitate uel figura rectè nominabitur. eum ex Buglossorum genere reuera esse, corporis habitus, figuraq́ indicat. à cęteris differt, quòd multis squamis tenuissimis & statim deciduis integatur, ut meritò læuis dici possit,



posset, tenuiq; tantùm cute opertus esse uideatur. Corpore est ualde gracili, pellucido, candido. Tænia non est, ut quidā existimarunt, cum pinnas quatuor habeat, Aristoteles uerò Tæniæ duas duntaxat attribuat, Rondeletius. *Tænia.*

GALL. Perpeire circa Monspelium.

GERMANICVM nomen fingimus, Arnoglossi significationē interpretantes, ein Schaafzunge. uel circūloquimur, ein glatte art der Merzungen: hat wol vil schüppelen: die sind aber gar klein/ vnd fallend fluɣ ab.



SOLEA parua, Lingula Rondeletij. Lingulā (inquit) appellamus, quòd sit Buglossorum omnium, quæ à linguæ figura nomen traxerunt, minima. Dodrantalem magnitudinem nunquā excedit. Linea quæ corpus dirimit, spinamq; firmat uel tuetur, ex squamis contexta est longè eminentioribus quàm in toto corpore, dempta ea parte quæ circa maxillam inferiorem est. Satis rarus est piscis, & ob corporis tenuitatem uilis.

GERM. Die aller kleinste art der Meerzungen/ ein Zünglin/ Meerzünglin.



HIPPOGLOSSVS Rondeletij. Hippoglossum (inquit) Buglosi speciem, (Oceani tantùm accolis notam, ueteribus incognitam,) sic uocauimus, quòd Buglossa omnia magnitudine superet. Græci enim rei magnitudinem indicant βου & ἱππο particulis.

GALLI Flettan appellant, quòd fluitando natet, ut opinor, Rondeletius. Hæc etymologia si proba est, Fleso quoq; & Fleteleto piscibus, à Gallis ita dictis, in eodem Passerum genere nomen dedisse uideri potest.

GERMANICE uocetur, ein Vrzunge: das gröst geschlecht der Meerzungen.



TAENIA (ταινία) piscis quanquam corporis specie, pinnis & oculorum situ à cæteris planis spinosis differt; à Rondeletio tamen, propter corporis tenuitatem opinor, planorum historiæ additur. & Speusippus Passerem, Buglossum ac Tæniam, similes facit. Corpore est oblongo, candido, & tenuissimo, fasciæ instar, (quam Græci tæniam uocant, sicut & uittam seu redimiculum et cingulum,) unde nomen inuenit. Tenuitatis quidem tantæ est, ut ossa uertebrarum spinæq;, carne (ceu) non tecta appareant. Oculos habet magnos: nō in prona parte ut plani, sed utrinq; unum. Corporis tenuitate, carnis (quæ dura & glutinosa est) sapore candoreq; Buglosso similis, Rondeletio teste. ¶ Is quem Arnoglossum paulò antè nominauimus, non potest esse Tænia, ut quidam *Arnoglossus.*

Vitta. putarunt, cum pinnas quatuor habeat. nam Tæniæ Aristoteles (apud quem Gaza Vittam interpretatur, Plinius Tæniæ uocabulum retinuit) binas tantùm iuxta branchias attribuit. Aliqui etiam Citharum Rondeletij, qui Romæ Pecten (*quo nomine Saluianus Nouaculam Rondeletij Romæ uocari tradit*) uel Pectenorzo dicatur, Tæniam esse suspicati sunt. *Citharus Rondeletij.*

GALLICE. Circa Monspelium Flambo uocatur, id est, flamma, quia colore est rufo siue flammeo: uel quia cum natat, flammæ modò moueatur & flectatur. A quibusdam Spase, id est, ensis nominatur, à figura. capite enim lato est, reliquo corpore in acutum paulatim desinente, Rondeletius.

GERM. F. Ein Binde/ein Flämmling.



TAENIA altera à Rondeletio, propter similitudinem superioris, (quæ uera Aristotelis Tænia est,) uocata. Et huic (inquit) tæniæ, id est, fasciæ nomen aptissimè quadrat. est enim tenuis & longissima, quippe quæ ad duûm trium ue cubitorum longitudinem excrescat. Differt tamen à priore, quòd præter pinnas quæ ad branchias sunt sitæ, duas alias habet sub maxilla inferiore rufas, cuius coloris sunt uilli dorsi caudæq;. Præterea quinq; maculas habet in parte prona, purpureas, rotundas. colore est argenteo, &c.

GERM. Ein andere gattung des nechstgemelten fischs.



TAENIAE genus tertium; ut uidetur, quod Bellonius Falcem usitato Venetis nomine appellauit. Exhibita quidem ab eo figura, propter illas ueluti crenas, quibus, inquit, in gyrum serrata est, & asperam in lateribus lineam, cum Rondeletianis duabus nòn conuenit. Tenuis (inquit) est adeò ut penè transpareat. Quòd si caudam diligentiùs inspexeris, uitrarij penicillum refert: quoniam sicca cum fuerit, equinas imitatur setas. Argentei coloris est arida. Ea quam uidi, digitos lata sex, quinque palmos longa erat: ore prægrandi, sine dentibus: nulla subtus (*ab ano*) pinna, quod in alio piscium nullo obseruaui. Hæc ille. Tæniam autem alium piscem, quandam Soleæ speciem appellat, quæ Rondeletij Citharus siue primus, siue secundus, uideri potest.

GRAECE uulgò apud Tenedum Anthias, sed falsò.

ITALICE. Mollis est piscis (inquit Bellonius) ita ut perfrixus uel assus, in quoddam ueluti glutinum resoluatur, unde ab omnibus ferè mensis explosus, nullum præterquàm formæ (qua rusticam falcem aliquo pacto imitari uidetur) nomen uulgo Italico retinuit. nostro (Gallico) autem litori planè inuisus est. Capite est deformi, ut Simiam esse dicas, unde Marmotum plerique uocãt. alij in Italia Colpiscem: alij ut libuit. *Falx. Simia.*

GERM. F. Ein Meeraff: ein sundere art der obgenennten Flämmlingen. ein Leimfisch.

PASSERINI generis uideri posset hic etiam piscis, si pinnæ extenderentur, & oculi ambo una parte, prona scilicet, apparerent. Iconem eius olim à Corn. Sittardo qualẽ accepi, apposui. color est rubicundus, &c. (Sunt qui Pectinem in Italia uocari dicant. Saluianus Romę Nouaculam Rondeletij ita

nominari

nominari author eſt. alij alium piſcem Pectenorzo, quaſi Pectinem, Romæ uocari mihi retulerũt, qui Citharus Rondeletij uidetur.) Hunc ultimo loco poſui: quòd ſuper eo incertior ſim.

ORDO VIII. DE LACERTIS, SIMILIBVSQVE PISCIBVS, ET ALIIS QVIBVSDAM MAXIMIS, NON TAMEN CETIS, VT ſunt Pompilus, Gladius, Glauci.

DE LACERTIS IN GENERE.

LACERTORVM nomen communius eſt, aut eſſe poteſt, & plures Coliæ ſimiles piſces compectitur. Colias enim Græcorum, Latinis propriè Lacertus eſt. huic & ſimilibus pleriſq; omnibus, appendices quædam pinnularum uerſus caudam ſpectant, ut Scombro, Acus generi uni alteri'ue, & inter maiores Pelamydi, Thunno, Orcyno, Amiæ. Sed Acus Ordine VI. cum Longis piſcium numerauimus, qui ſerpentium ferè ſpeciem referunt, unà cum ſimili illis, roſtro præſertim, Rondeletij Sauro ſiue Sauride. nam alius eſt Saluiani Saurus, Lacerto terreſtri ſimilis rictu, capite, colore, & ferè corporis figura, quem ad finem Ordinis quinti retulimus. Et quanquam Saurus Græcis Lacertum quadrupedem ſignificet, Latinè tamen Saurum piſcem non interpretabimur Lacertum, ut caueatur homonymia. (Latiùs enim Lacertus patet Latinis: Saurus uerò Græcis ſpecies una eſt, nec huius generis.) Siquidem Lacertus Latinorum, ut diximus, propriè Colias Græcorum eſt: non à quadrupedis ſimilitudine: ſed ob ſimilitudinem, quam habet cum muſculis noſtri corporis, qui lacerti etiam dicuntur, ut Saluianus ſcribit. ſed an Latini ueteres Lacertos pro Muſculis poſuerint, ut ſuperiori ſeculo rei medicæ ſcriptores parum Latini ſoliti ſunt, neſcio an ulla authoritate cõſtet: fieriq; poteſt ut à Lacertorum quadrupedum aliqua ſimili ſpecie, Coliæ etiam ſuum obuenerit nomen: quoniam ut quadrupedum illorum corpus in caudam attenuatur, uel ut cauda illorũ craſsior primo, in magnam exilitatem colligitur, (καὶ μυουρίζει, quod uocabulum idem ſignificans à Muris cauda tractum eſt Græcis,) καὶ κολούεται, hoc eſt, imminuitur: unde & de Latina & Græca horum nominum origine conſtare nobis poteſt: ut Gręcè etiam κολίας dicatur διὰ τὸ κολοῦσθαι καὶ ἐλαττοῦσθαι πρὸς τὴν οὐράν: non ab aue quam Græci κολοιὸν, Latini Graculum uel Monedulam uocant, ùt perperam Gaza Coliam piſcem apud Ariſtotelem Monedulam uerterit. nihil enim his animalibus commune: etſi κολοιὸς auis ab eodẽ uerbo κολούειν denominetur, ſed propter aliam eius ſignificationem, quę eſt turbare, tumultuari. Bellonius tamen ab auis Coliæ ſimilitudine hunc piſcem eodem nomine uocatum putat: quòd eius latera ſimiliter multis coloribus uariegata conſpiciantur. ſed Colœus (Κολοιὸς) Græcè ſcribitur pro Graculo: Colias nullius auis nomen eſt. apparet autem ipſum eo nomine auem illam intellexiſſe, quæ genus Picarum eſt, & ab Italis uulgò Glandaria uocatur: à Plinio modò Pica ſimpliciter, modò Pica quæ glandibus ueſcitur: quam à Græcis Κολοιὸν dici nemo (opinor) eruditus aſſeruerit. ¶ Videtur ex Plinio Lacertus genus eſſe, quod ſpecies aliquot contineat: & in his Colian eſſe minimum. Hiceſius tamen Scombrum Colia minorem facit. Elacatenes ſunt Lacertorum genera Plinio. ſic enim uidetur legendum. ¶ Scombrum noſtri Lacertum appellant, & Celſus etiam eum pro Lacerto accipere uidetur, Iouius. Pelamydes, Thynnum, Scombrum, Coliam & Lacertum, habitu figuraq; conuenire Bellonius obſeruauit: corpus eodem modo efformatum habere: pinnis etiam, cauda, tergoris appendicibus inuicem perſimiles. His addo Amiam Rondeletij. Pancrates Arcas Turdum piſcem alio nomine Saurum uocari ſcribit. Rondeletius piſcem Lacertum uulgo dictum circa Monſpelium, Dracunculũ Plinij facit.

LACERTVS ſiue Trachurus, Scombro ſimilis. Trachurus (τράχουρος) idem eſſe creditur, *Trachurus.*
qui & Saurus, (Σαῦρος:) cui opinioni uulgaris appellatio conſentit. à noſtris enim Saurel, uel *Saurus.*
Sieurel dicitur. Ariſtoteles Trachuri nuſquam meminit, ſed Sauri tantùm, &c. Athenæus diuerſis locis de Sauro & Trachuro loquitur, ut diuerſos exiſtimaſſe uideri poſsit. Oppianus proculdubio diuerſos fecit. ſed ſiue eundem cum Sauro, ſiue alium Trachurum exiſtimes, haud equidem ponam in magno diſcrimine. nam, utut res habeat, uerum Trachurum nos certè depingimus, Rondeletius. ¶ Trachurus (inquit Saluianus) etſi Romæ Suaro dicatur, ut Maſsiliæ Suuereau, non tamen eſt ueterum Saurus. nam Saurus aliquam ſimilitudinem, ut nomen præ ſe fert, terreſtris Lacerti habere debet. Is autem qui Romæ Tarantola nominatur, colore ac uniuerſa corporis forma, ſimilis adeò terreſtri Lacerto eſt, ut dubio procul Σαῦρος cenſeri debeat, ut hiſtoria 92. docebimus. Τράχουρος proparoxytonum apud Athenæum bis; apud Galenum ſemper

τραχὺς penanflexum. Hæc ille. Scombrũ nostri (Itali hodie, circa Romam) Lacertum appellant. Celsus quoq; eum pro Lacerto accipere uidetur: & interpres Galeni antiquior Saurum, Lacertum appellauit, Iouius. Idem Dracones uel Araneos pisces non rectè Trachuros uocat. Trachuro nomen inditum à reflexis uersus caudam quadragenis utrinq; uncinis, (quibus exasperatur, & præcipuè cauda,) Bellonius.

Effigies hæc est Trachuri, Venetijs olim mihi delineata. Rondeletij icon pinnas duas dorsi contiguas ostendit: & lineam per medium utrinq; corpus serratam meliùs exprimit, circulis perexiguis in medio cohærentibus deinceps, eminentibus sursum ac deorsum spinis.

ITAL. A Romanis Sauro dicitur, Rondeletius. Romani Suuarum uocant, quem Veneti un Suro. Genuenses un Sou uel Surelle nominant. Mediolanenses alijq; Longobardi missos ad se hos pisces, Argetinos, à colore quem sale conditi præ se ferunt, appellant, Bellonius. Saurus Romæ antiquũ nomẽ retinet. minores Fricturę nomine ueniunt, (nimis communi.) multa enim pisciũ genera ob paruitatem frigi solita, sic appellantur, Iouius. Olim Cor. Sittardus de Lacerta pisce, ut ipse nominat, sic ad me scripsit: Lacerta raró capitur, uagatur enim in alto mari. Pellucida est, estur, uulgò (in Italia) Racanus dicitur. Lacerta autem uocatur, quòd caput eius quandam cum Lacerta similitudinem habeat. Dentes omnes habet mobiles. Sic ille. De quo autem pisce loquatur, mihi non liquet.

GALL. Massilienses maiorem huius generis piscem Suueram, un Suuereau: minorem uerò un Egau, (*Germani ferè Lacertũ terrestrem sic uocant,*) uel un Coquin appellant. ¶ Circa Monspelium Saurel uel Sieurel dicitur. ab aliquibus Gascon. à Santonibus Cicharou. à Gallis Maquereau bastard, id est, Scomber spurius.

GERM. Ego Lacertorum genera, donec certius aliquid cognouero, Germanicè sic nominabo, plerosque à similitudine, quam cum Scombro habent, (Scombrum autem Germani & Angli uocãt **Maccarell/Macrell/Macrill:**) *Lacertus.* Lacertum simpliciter, **ein Macrellen geschlächt.** *Trachurus.* Trachurum, (qui Scombrum figura, colore, & sapore refert: & à Gallis quoque Maquereau bastard dicitur,) **ein bastard Macrell/oder ein raucher Macrell.** *Sauris.* Sauridem, **ein Macqueralse**, composito ex duobus piscibus quos refert nomine, Scombro inquã & Acu. [Scio **Alsen** à quibusdam Germanis Alausam uocari: sed quoniam eadem uox subulam quoque, quæ ueluti acus ansata est, significat, accommodare ad hoc nomen libuit: cui componendo cæteræ Acus piscis usitatæ Germanis nomenclaturæ ineptiores sunt.] *Colias.* Coliam Rondeletij, **ein grosse Macrellen art.** Coliam Bellonij, **ein kleine Macrellen art.** *Lacertus peregrinus.* Denique Lacertum peregrinum, qui toto genere à prædictis differt, **ein Meerheidox/ein Heidoxfisch auß dem Rooten meer.** ¶ Qui Lacertum Germanis **Alrupen** (quod Mustelæ fluuiatilis genus est) interpretantur, prorsus aberrant. ¶ **Grossen** in Germaniæ maritimis uocari audio piscem Lacerto Trachuró ue similem, qui hamum ex ore emittat.

COLIAS



Colias minor.

COLIAS piſcis à Græcis dicit, (Κολίας:) quē Gaza Monedulā interpretatur, parū rectè, ut opinor. Monedula enim auis Κολοιὸς ab Ariſtotele & alijs nominatur, Rondeletius. Alius eſt Colias Bellonij, nempe Scomber minor, ſiue ætate tātùm, ſiue etiā ſpecie ab eo differēs. Rondeletius ſuum Scombro maiorē facit. Vterq; tamē Maſsiliæ Coliam piſcē uulgò Coguiol (uel Cogniol) uocari ſcribit. Nos Coliā Bellonij, minorem appellabimus: quoniā & Græci hodie Colion uocant, qui Lemnum, Thaſum, Samothracen & Imbrū incolunt. Rōdeletij, maiorē, ut ſentētiæ utriuſq; faueamus. ¶ Coliā Plinius Graculū reddidiſſe uidet, ut cum Draconē piſcē Graculo ſimilē eſſe ſcribit, nam & auē Κολοιὸν Plinius Graculū interpretat, aliq; Monedulā. Galeni tamē interpres in libris de alimen. pro Coracino Graculū cōuertit, ut priùs etiā Gaza ex Ariſtotele. Athenęus Amyclanos & Sexitanos Colias cōmēdat. Cū Saxetani (*Sexitani*) ponatur cauda Lacerti, Martialis, uidet aūt de Colia ſentire: ſicut & Galenus Saxatina ſalſamēta (Σαξάτινα ταρίχη) nominās. Colias ſiue Parianus, ſiue Sexitanus à patria Bætica, Lacertorū minima, Plinius, ego p [minima] lego, genera, nā & Helacatenes (quod paulò antè dixerat) ſunt Lacertorū genera. ¶ Plura de huius piſcis nominib. eorūq; cauſis, ſuprà ab initio huius Ordinis, ſub lēmate De Lacertis in genere, ſcripſimus. Καὶ σκολιαὶ, σκυτάλαι τε, &c. Oppianus inter pelagios, ubi p σκολιαὶ, malim Κολίαι.

Colias maior.

Graculus.

A GRAECIS etiā hac ętate Colios (uel Σκολεός, ut Rondeletius habet in Scombro) pro Colias effertur.

GALL. A Maſsilienſibus Coguiol uocat, Rondel. Qui Niceā incolūt Coguiol corruptè uocāt, quaſi Coliā, Gillius. Rōdeletius Coliā piſcē Scōbro maiorē facit, Bellonius minorē, &c. uterq; tamen ſuum Maſsiliæ Coguiol uocari tradit.

GERM. F. Bellonij Coliā nominabimus ein kleiner Macrell, id eſt Scombrū paruū. Rondeletij uerò, ein groſſer Macrell: id eſt, Scombrum magnum, uel potiùs magnā Scombri ſpeciē, ne quis magnitudine tantū aut ætate differre putet.

Lacertus.

Scombri hæc effigies Venetijs facta, non ſatis probè exprimit pinnulas illas uerſus caudam. nam & plures, & ſuprà infraq; eſſe debebant: tales omnino, quales in Amia, Colia, & Thynnorum genere ſpectantur.

SCOMBER ſiue Scombrns à Plinio & Latinis omnibus dicitur piſcis, qui Græcè Σκόμβρος. Scombros etiam Lacertos nonnulli uocant, à figuræ muſculorum noſtrorum ſiue lacertorū, potiùs quàm terrenorum Lacertorum ſimilitudine: (*Vide quæ ſcripſimus ſuprà De Lacertis in genere ab initio huius Ordinis:*) niſi quis ob uiriditatem quæ in Scombris exigua eſt, eos terrenis Lacertis com-

parare malit, Rondeletius. Non est hic ueterū Lacertus: an uerò ex Lacertorum sit genere, quod Gillius asserit, dubitari potest. Coliam quidem Græcorum, Latini Lacertum dixerunt: cui Scomber similis est, Solus Plinius Lacertum genus fecit, quod species contineat, Saluianus. Horatius Sermonum 2.8. piscem Iberum uidetur pro Scombro dixisse. Bellonius Coliam non alium esse putat, quàm Scombrum ætate paruum: (Rondeletius species diuersas facit:) Vide mox in Græco nomine uulgari. ¶ Scombros per omnia maria affatim capi solere, uel hoc argumenti esse potest, quòd ubiq; cognoscātur. in Oceano tanta crassitudine proficiunt, ut pari cum Pelamydibus crassitudine plerunque euadant, Bellonius. ¶ Macarellum Albertus nominat, Arnoldus Villanouanus Maquerellum, barbaricis uocabulis.

GRAECE uulgo Lemnij (inquit Bellonius) minores Scombros, Colias, aliâs Colios nominant, quemadmodum & Thasij, Samothraces & Imbrij. Et sanè quid inter Scombrum & Coliam intersit, nihil aliud obseruari posse puto, quàm quòd Colias magis paruus sit: Scomber uerò, paulò maior. Aiebant quidem Lemnij quidam indigenæ, Coliam idem cum Scombro non esse: sed quum nullam uiderem notam, qua utrunque distinguere possem, totam in magnitudine posui differentiam. Hicesius tamen Scombrum Colia minorem esse affirmat.

ITAL. Ab Italis Lacerto uocatur, à Venetis Scombro, Rondeletius. Genuæ, un Oreol: Vide in Gallicis mox. Genuenses (inquit Bellonius) quoddam Scombri genus uulgò Lacertū nominant, cuius tergus multò magis quàm alijs Scombris uiret, & uenter est uariegatus: quem reuera Coliam esse Scombrini corporis paruitate liquet. ¶ Ligures & Neapolitani uocāt Lacertum, Gillius. Romani Macarello, Saluianus.

HISPAN. Cauallo, teste Rondeletio. alicubi Aláche, ut audio: quo nomine etiam pro Harengo utuntur. Massilienses Clupeam, similem Harengo piscem, Halachiam uocant.

GALLICE. A nostris (inquit Rondeletius) Veirat dicitur, quòd uitri instar splendeat. uel Peis d'auriou, id est, piscis Aprilis, quòd eo potissimùm mense capiatur. A Gallis Maquereau, à Massiliensibus Auriol, Rondeletius. Aurioli nomen, quod Massiliæ in usu etiam Gillius refert, (sicut & Ligures Oreol uocitant,) factum uideri potest uel à mense Aprili, uel ab oculis aureolis. Bellonius tamen hunc piscem Massiliæ Horreau nominari scribit. Vide plura in Germanicis.

GERM. Vt Gallicè Maquereau hic piscis dicitur: sic Anglicè Mackerel/Macrel. & Germanicè Makrell uel Macrill. Vocatur & in Noruegia Maccarel, & in lacu Suerinensi Macrill, piscis Harengo maior aliquanto: ut aiunt, &c. Fortè autem non Gallicum hoc nomen fuerit, (quanuis Bellonius scribat Macareos, hoc est, lenones uocari hos pisces, quòd uerno tempore Alausas paruas quæ Gallis uulgò Virgines uocantur, statim subsequi soleant:) sed Germanicum à macritudine factum. in Oceano enim durior sicciorq; capitur, & ob id deterior hic piscis, quàm in plerisq; Mediterranei locis. Cæsar Scaliger nomen hoc Græcæ originis esse iudicat, nescio qua ratione: neq; enim exprimit. ¶ Est & alius piscis fluuiatilis apud inferiores Germanos similiter dictus ein Macrel, & alio nomine Bratfisch: quem ego Capitoni fl. cognatum esse suspicor.

ANGLICE. Vide in Germanicis.

Pelamydis ueræ, seu Thunni Aristotelis eicon, secundum Rondeletium. ueram autem Pelamydem uocat, ad discrimen Sardæ nimirum: & Thunnum Aristotelis, quoniam circa Monspelium Orcynus Thunni nomine uulgò uocatur, Ton: & à Santonibus Athon.



PELAMYS (Πηλαμὺς) Græcum nomen est, oxytonum, & per ypsilon in ultima plerunq; à doctioribus scribitur: generis fœm. sic dicta, ut Varinus docet, παρὰ τὸ ἐν πηλῷ μένειν. Sic & Festus: Pelamys (inquit) genus est piscis, dictum quod in luto moretur. Gaza modò Limosam, modò Limariam (apud Hermolaum Lutariam legimus) conuertit. In his uerbis Plinij: [Cordyla appellatur partus, qui fœtas (*Thunnas partu liberatas, è Ponto*) redeūtes in mare autumno comitatur. Limosæ uerò à luto Pelamydes incipiunt uocari: & cum annuum excessere tempus, iam Thunni:] pro Limosæ legerim maiores: hoc sensu, Cordylæ maiores factæ, incipiunt Pelamydes uocari à luto. sic enim ordinis & magnitudinis ratio disertiùs fuerit explicata. Limosæ quidem uocabulum alibi nusquam, neq; apud Plinium, neq; authorum quenquam pro pisce inueniri puto. Legerim igitur, uel maiores: uel deinde: & pro uerò coniunctione: uere, hoc est, uerno tempore, ex Aristotele. ¶ Plutarchus non παρὰ τὸ ἐν πηλῷ μένειν, hoc est, ab eo quòd in cœno se occultet: sed à grege illi nomen

nomen datum innuere uidetur, διὰ τὸ πέλειν ἅμα: ſicut & Amijs παρὰ τὸ ἅμα ιας, ego eam quæ à luto eſt etymologiam præfero. ¶ Pelamys uel Thynnus aliquando genus ſunt ad plures ſpecies. ¶ Pelamydes mutato nomine Thunnos fieri aut uocari, contra Gillium Belloniumque, Ariſtotelis ſententiam Rōdeletius & Saluianus defendūt, ego in medio relinquo. Rondeletius ita ſentit: eos qui Ariſtotelem reprehendunt, quòd dixerit Pelamydes in Thunnos mutari: non rectè Thunnum uulgarem (Orcynum nimirum, quem uulgò Ton uocari ſcribit alibi) pro Thunno Ariſtotelis uſurpare: & Ariſtotelem non mutari hos piſces dixiſſe, ſed cum ætate nomē uariare. ¶ Pelamydum generis maxima Apolectus uocatur, durior Tritone, Plinius. *Apolectus.* Hermolaus neutro genere Apolectum legit, ego pro ipſo piſce maſculinum fecerim: pro parte autem conciſa, neutrum, ut τέμαχος ſubaudiatur. Sic etiam Melandrys & Cybeas, *Cybeas.* (Μέλανδρυς, Κυβείας,) piſces mihi uidentur: Melandryum uerò & Cybium, *Cybium.* partes ex eiſdem conciſis. Pelamides in Apolectos, & particulatim confectæ diſpertiuntur in genera Cybiorum, Plinius. Apolectum (*id uocabulum Græcis cum adiectiuum eſt, eximium electumque ſignificat*) eſſe Synodontidem Athenæi Hermolaus ait, & Rondeletio quoque ꝓbabile eſt. Συνοδοντὶς (inquit Athenæus) eſt maior Pelamys, *Synodontis.* durior quàm Chelidonias. *Chelidonias.* Plinius pro Synodontide uidetur Apolectū dixiſſe: pro Chelidonia Tritonē. *Triton.* Athenæus Orcynum cum magnus eſt, Chelidoniæ ſimilem facit: eundē (Orcynum) Plinius & Xenocrates Tritoni comparant. Chelidonias fortè à colore dictus fuerit: ut & ficus quædam & lepores. Chelidon uerò, id eſt, Hirundo, piſcis diuerſus à uolatu proximè aquam. Tritonem legimus Pelamydum generis magni eſſe: ſine ſquamis, Orcyno ſimilem. ex quo uræa (ſiue horæa) Cybia fiant. ¶ Pelamys à Symeone Sethi dicitur φιλομῆδα, (aliâs φιλομῆλα,) corrupto nimirum Pelamydis nomine.

Alia Thunni imago: qualem olim Venetijs miſſam accepi.



ITAL. Ab antiquo Pelamydis uulgaria quædam hodie, quanquā aliorum piſcium, ſed ſimilium, nomina, detorta uidentur: ut ſunt Polauda, Lopida, Lampugo. his enim uocabulis Romani & Illyrij, Glaucos Rondeletij nominant, piſces cœruleos: quorum alteram ſpeciem Galli quoque in Prouincia Palamide uel Vadigo nuncupant uulgò. ¶ Palami piſcis, id eſt, lo Palamodo, Syluaticus. A Platina uidetur Palmita dici, tanquam Latino uocabulo. Venetijs Thynnum uocari audio el Ton: eique ſimiles piſces, alterum la Palamida: alterum el Sgompha diggio. Saluianus etiam Pelamidem apud Italos nomen ſeruare tradit. Vide mox in Gallicis.

GALLICVM nomen nullum peculiare Rondeletius ac Bellonius adferunt, nam Palamide

uulgò dictum in Prouincia, secunda Glauci Rondeletiani species est. Quidam circunscribit, Le petit Thun. Pelamidi uulgò ab Italis & in Prouincia, dictus piscis, Thũnus Aristotelis est. in Gallia uerò Narbonensi eodem nomine dictus, Glaucus secundus Rondeletij.

GERMAN. Ein Mitteltunijn. Ein Tunijn der nit mee dann ein jar alt ist / doch älter dann ein halb jar. Veterum testimonijs constat Pelamidem uocari Thunnum, qui uti sex mensibus natu maior est, sic annuum non excesserit tempus, Saluianus. Vide mox in Thunno.

ARISTOTELES & alij ueteres Thunnum à Pelamyde, ætate tantùm secernunt: quos nimirum secutus Rondeletius, unam utriusque iconem dedit. nos quidem de Thunno priuatim etiam scribere uoluimus: non solùm quia Thunni Pelamydisq́ nomina tum uetera tum uulgaria hodie diuersa sunt: sed etiam quia specie differre à nonnullis existimantur. Piscatores Ligures & Massilienses apertè mihi ostenderũt, ex Pelamidibus nunquã fieri Thunnos, Gillius. Hoc itidẽ scribit Scaliger: ac insuper: Et sanè (inquit) corpulentia diuersa est aliquãtùm, subtiliùs intuenti: Productior Pelamys, & linearum filamentis tæniatim uaria, quæ in Thynno sunt nulla.

Thunnus. THYNNVS (θύννος) Græcum uocabulum, à Latinis plerisq; seruatur. Gaza Thunnum (y. in u. uerso) dicere maluit: sicuti etiam Horatius & Varro. Sic autem uocatur ἐκ τοῦ θύειν καὶ ὁρμᾷν, ab impetu & concitatione, Rondeletius. Piscis certè impetuosus est, eo præsertim tempore, quo agitatur œstro, Canis exortu. Quòd si hoc nomen non Græcæ originis est à uerbo θύειν, (ν. per
Tannin. epenthesin Ionicam uel Doricam abundante:) ab Hebraico Tannin seu Thannin, quod Cetum interpretantur, uel piscem magnum, factum uideri poterit.

Thynnis. Thynnos Athenienses solent Thynnides appellare, ut Athenæus notat. diligentiores ferè distinguunt, ut Aristoteles, Thynnum in genere, uel pro mare duntaxat usurpantes, Thynnidem
Thunna. pro fœmina. Gaza Thynnidem interpretatur Thunnam. Est quando pro Pelamyde Thynnis ac-
Thynnax. cipitur, forma nimirum diminutiua: cuius etiam θύνναξ est. Oppianus fœminam θύννην nomi-
Cordyla. nat. Archestratus similiter, & Thynnidem quoq;. ¶ Cordyla dicitur Thynnorum fœtus: qui à capitis magnitudine fortè nomen inuenit. Cordyla enim Græcis clauæ caput, hoc est, partem crassiorem significat. solent autem capita in animalibus nuper natis, piscibus præcipuè, proportione maiora esse. Alia est Cordyla uel Cordylus potiùs, quadrupes amphibium.

Scordyla. Cum Thynni in Ponto pepererint fiunt ex ouo, quas uocant alij Scordylas (Σκορδύλας: *sunt qui*
Auxis. *Cordylas legant:*) Byzantij Auxidas, (αὐξίδας,) ideo quòd paucis diebus augescunt: & Ponto exe-
Pelamys. unt autumno unà cum Thynnis, remeant uêre iam Pelamydes factæ, Aristoteles. Et rursus: Cũ
Thynnis. Thynnides (θυννίδων, *Gaza* πηλαμύδων, *id est, Pelamydes legit, & uertit: quod Rondeletius approbat*) anno uno aliquando nullæ fuissent, insequente anno Thunni quoq; nulli fuerunt. uidentur enim Thunni quàm Pelamydes anno uno maiores esse. Sostratus author est Pelamydem uocari Thynni-
Orcynus. dem: postea Thynnum, deinde Orcynum, postremò Cetum. Orcynus Plinio Pelamydum ge-
Cetus. neris maximus est, similis Tritoni. ¶ Pelamyda siue Thunnum ueluti genus esse, quod Tritonem, Synodontida, (aliam à Synodonte pisce, quem supra inter Latos posuimus,) Sardam, Pompilum & Melandryam comprehendat, ueterum testimonijs comprobat Rondeletius. De Pom-
Melandrys. pilo & Sarda, dicemus inferiùs. Melandrys (μελάνδρυς) Athenæo maximorum Thunnorum species est: unde Melandrya salsamenta dicta: idem hic fortè Melanthynus Oppiani fuerit: quem inter Cete numerat. ¶ Thunnus uerus Aristotelis quem exhibemus (inquit Rondeletius) cute planè læui est, & inter læues ab Aristotele recensetur. At Thunnus noster, id est, is qui à nobis Ton (*alibi Orcynum uulgò sic uocari scribit*) uocatur, squamis magnis tegitur, sed ita ad amussim compactis, ut ijs carere uideatur. hæ coctione dehiscunt, tumq; perspicuè apparent tenui membrana contectæ. præterea & gregalis est, & œstro concitatur. Accedit Italiæ Prouinciæq; uulgaris appellatio, Pelamyde. quam uerò eo nomine uocat uulgus in Gallia nostra Narbonensi, ex Thunnorum genere non est: (*alibi secundam Glauci à se uocatam speciem uulgò Palamide uocari scribit, & Pompilum quoque pro Pelamyde uendi.*) ¶ A Pelamyde Sarda, cui internis externisq; partibus simillimus est, discernitur: Pelamys Sarda partem quæ pinnis ad branchias sitis subest, squamis tectam habet: Thunnus uerò Aristotelis, ab omnibus squamis omnino nudus est, cute læui & tenui, Rondeletius. ¶ De Thunnis plura qui nosse uolet, præcedentia etiam de Pelamyde uera, & sequentia de Orcyno ac Pelamyde Sarda, scripta legat.

GRAECIS hodie uulgò Thunnus dicitur Pallax uel Pallacis, πάλλαξ, παλλακὶς, Niphus. uidentur autem hæc nomina à Græco uocabulo antiquo Pelamys corrupta.

ITALICA Thynni nomina inuenio, Ton, Tonno, Tonnine. Massarius Venetus eos uulgò nomen seruare testatur: quod quidem in alijs etiam plerisq; linguis uerum est. Italia tota cũ Prouincia Pelamyde uocat, Rondeletius.

HISPAN. Atun. Lusitanis Bonito, ut audio. sed Rondeletius Amiam Gallicè ab aliquibus Boniton uocari scribit.

GALL. Orcynum Rondeletius scribit in Prouincia uocari Ton, à Santonibus Athon. Gallus quidam anonymus interpretatur la Thunnine; sed id nomen uidetur magis propriè dici de carne

carne Thunni, præſertim ſalſa. Vide proximè retrò in Italicis.

GERMANI omnes eodem quo Flandri & Angli nomine appellare poterũ. eſt autem Flandricum **Tünijn**: Anglicum **Tuny** uel **Tunie**. Licebit & pro ætatis ac magnitudinis differentia recepto Thunni uocabulo, epitheta adijcere: ut Cordyla, id eſt fœtus Thunni, dicatur **ein junger Tunijn**: uel diminutiuo nomine uno, **Tunijnle**. deinde Pelamys, **ein Mitteltunijn/ oď Halbtunijn**: tertio Thunnus, **ein Tunijn**. quarto Orcynus, **ein groſſer Tunijn**. quinto Cetus, **ein Waltunijn**. Bellonius Thunnum in alto degere tradit, Tyrrheno ac Mediterraneo frequentẽ, Oceano atq; Adriatico non item. proinde non mirum ſi Germanis propè incognitus ſit.

THVNNI genus aliud Cretenſium uulgus appellat Liſſam uel Gliſſam, à glabra ac ſquamis carente cute: bicubitalis longitudinis, humaniq; corporis craſsitiei. Eundem extra Cretam, Copanum uocant. Pelagius eſt, ac delicatiſsimi ſaporis. A maiori ac uulgari Thynno differt, quòd teretior eſt, brãchiasq; Pelamidis habeat, ac dentium loco rugoſ atq; aſperas maxillas, &c. Bellonius. Vocãtur etiam Liſſes neſcio qui piſces apud Barbaros & anthropophagos quoſdam Americæ incolas, Bratti ab alijs dicti. *Liſſa. Gliſſa. Copanus.*



ORCYNVS nomen Græcum, in pleriſq; codicibus Græcis uulgatis ſcribitur per o. breue, ſpi
ritu tenui, ὄρκυνος. apud Athenæum frequentius ei aſpiratur: & ſanè Grammatici ο. ante ρ. at
tenuari docentes, cum alia quædam excipiunt, tum quæ κ. uel μ. poſt ρ. habent, ut ὀρκίζω, ὅρμος, &c. *Horcynus.*
quibus nimirum etiam ὄρκυνος adſcribi debet. nos quidem promiſcuè modò Horcynum, modò
Orcynum ſcribimus: hoc pro conſuetudine & Aeolica dialecto, illud ut grammaticis etiam ali-
quid tribuamus. Heracleon Epheſius Thynnum ait ab Atticis Horcynum dici. Videtur & ὄρ- *Orcyn.*
κυν in recto ſingulari efferri poſſe, ſicut φόρκυν. Archeſtratus Horcynum ait eſſe Thynnum ma-
gnum, & alicubi etiam κῆτος nominari. Soſtratus uerò κῆτος uocari Thynnum, qui iam Horcy- *κῆτος.*
no maior ad ſummum peruenit incrementum. Orcyno idem uideri poteſt Apolectus ab alijs *Apolectus.*
dictus: item Melandrys, Melanthynus, Elacaten. Sed Oppianus ſolus Melanthynum nominat, *Melandrys.*
idq; inter cete, cum Orcynos iam antea piſcibus pelagijs adnumeraſſet. uerùm ipſe etiam Orcy- *Melãthynus*
nus iam ſummi incrementi κῆτος dicitur, tunc etiam, ut ueriſimile eſt, nigrior. Penultimam uo- *Elacaten.*
cabuli Orcynus, Archeſtratus corripit, Oppianus producit. A Pergæis Κασσύας uocatur, teſte *Caſſyas.*
Heſychio. ¶ Capitur in Hiſpania, præſertim ad Herculis columnas: item in noſtro mari & Tyr-
rheno, Rondeletius. Plura diximus ſuprà in Pelamyde uera, & in Thynno.

ITALICE. Vide mox in Gallico nomine.

GALL. A noſtris Ton uocatur, à Santonibus Athon. Membratim & in aſſulas diſſectum, ſale condĩtum, noſtri Tonnine appellant, Itali Tarantella à Tarentino, unde aduehitur, ſinu, Rondeletius. Lege etiam ſuprà in Thunno.

GERM. **Ein groſſer Tunijn/mag ein Waltunijn genamſet werden.** Vide in Thunno ſuperiùs.

Pelamydis Sardæ iconem ſimpliciter dictæ Pelamydi non ſtatim ſubiunximus, quoniã tres ſuperiores unius ſpeciei eſſe, & ætate tantùm differre, ab Ariſtotele alijsq; eruditis exiſtimantur: Sardam uerò alterius ſpeciei eſſe nemo negat.



PELAMYS Sarda, uel Sarda ſimpliciter Rondeletio. Inter Pelamydas (inquit) Sardã numerat Plinius: & Pelamydem longã interpretatur. Ea quidem quam exhibemus, Pelamydi tam ſimilis eſt, ut eadem planè eſſe iudicetur. qua autem nota ab ipſa (Pelamyde uera, ſeu ſimpliciter dicta) Thunnó ue diſtinguatur, iam indicatum eſt in Thunno. Trichiades & *Premades.* Premades (aliâs Premnades) Thynnides (τὰς θυννίδας) uocabant, Athenæo teſte. Apud Ariſtotelem *Primadiæ.* ſemel tantùm αἱ πρημαδίαι legũtur: ubi Gaza conuertit. Primadæ (tribus ſyllabis) hyeme in cœno ſe abdunt, &c. πρημάδιν & πρῆμναι, piſces ſunt Thynnis cognati, εἶδος θυννώδους ἰχθύος, Heſychius. Primadias Ariſtotelis Vuottonus Pelamydes eſſe conijcit: nam & Thũnis cognatæ ſunt, & ſimiliter infeſtantur aſilis, & in cœno (à quo Pelamydi nomen) deliteſcunt. adde quòd Thynnides etiam alio nomine dicantur Athenæo, quæ ex Ariſtotele Pelamydes eſſe uidentur. Verùm Oppianus lib. 1. Halieut. Pelamydes primùm litorales facit, deinde Prenades (πρηνάδας) pelagias. *Sarda.* Conſiderandum igitur an piſcis hic non ſimpliciter ſit Pelamys, ſed ſpecies illa quæ Sarda cognominatur: cuius aliud uetus nomen Græcum non habemus: etſi Galenus ſcribat præſtantiſsima omnium eſſe ſalſamenta, quæ Sardica (Σαρδικά) à ueteribus dicta ſint: ſuo tempore Sardas uocari: Diphilus etiam Sardam nominans, Coliæ eam magnitudine confert. Sanè ut Latinis Sarda Pelamydum Thynnorúm ue generis eſt, Sardina uerò, Σαρδίνη Galeno, nouo ſimiliter nomine, piſciculus plebeius: ſic apud Græcos, non modo τριχὶς & τριχίας, uiles piſciculi memorantur, (antiqua *Trichias.* uidelicet Sardinæ poſtea dictæ nomina) ſed è Thynnorum etiam genere Trichias (τριχιὰς oxytonum) ſemel duntaxat apud Athenæum lib. 7. in Chalcidum mentione, his uerbis: τριχιάδας δὲ καὶ τὰς πρημάδας, τὰς θυννίδας ἔλεγον. Sed piſces minores ariſtoſi, id eſt, ſpinis exiguis pilorum inſtar referti, ut ſunt Trichides, Trichiæ, Thriſſæ, non temere ἀπὸ τῶν τριχῶν denominantur. maiores uerò, ut Thynnides & Premades ſunt, qua ratione Trichiæ dicantur, non uideo. quamobrem non Trichiadem, ſed Premadem, Pelamydem Sardam appellabimus: donec certius aliquid cognouerimus.

HISPAN. Vide ſtatim in Gallico nomine.

GALLICE. Noſtri & Hiſpani Bize, nomine communi cum Amia, ob ſimilitudinem uocant. at piſciculus qui lingua noſtra Sarde nominatur, minimè ueterũ Sarda, ſed Græcorum Trichis aut Trichias fuerit, Rondeletius.

GERM. Ein bſundere art der Tunijnen/dem Mitteltunijn gantz ånlich/ dann daß ſy etliche ſchüppen hat bey den floßfädern der orwangen. die anderen Tunijnen all ſind überal glatt/wiewol der Waltunijn ſchüppen hat/ſind aber mit einer glatten haut überdeckt.

AMIA, Ἀμία, Græca piſcis nomenclatura eſt, quam & Latini retinuerunt. eſt autem gregalis, atque inde nomen, ὅτι οὐ κατὰ μίαν φέρεται, ἢ παρὰ τὸ ἅμα ἰέναι, ut ex Athenæi & Plutarchi uerbis apparet. Pelamydi corporis ſpecie, pinnis & cauda ſimilis eſt: (ab Ariſtotele quidem Pelamydi comparatur.) Cutis læuis, dempta ea parte quæ circa branchias eſt, ſimiliter ut in Sarda. Ἀμία ἡ, genere fœm. inflexione 1. apud Matronem Parodum tamen maſculinè ponitur, Κυανόχρως δ' Ἀμίας ὢν τοῖς μέγας, &c. eſt enim dorſo cœruleo, eoq́ ſplendente dum uiuit, uentre argenteo: corporis magnitudine Thynno inferior, Oppiano teſte: carne infirma & molli, ſed dentibus acutiſsimis. Carniuora tantùm eſt Ariſtoteli: (quanquam & algis eam paſci alibi ſcribit:) unde à uoracitate nimi*Trocta.* rum Trocta (τρώκτης, ὁ,) apud Aelianum uocatur. longè quidem alius piſcis, quàm quæ in dulcibus aquis Trutta uulgo dicitur, quanquam & ipſa edaciſsima. Amia etiam è mari fluuios ſubit, præſtatq́ in fluentis & lacubus Ariſtoteli. Plures collectæ contra unum Delphinum pertinaciſſimè pugnant. A dorſo ad uentrem in hoc piſce lineæ ductæ ſunt obliquæ, nigricantes, certis interuallis à ſeſe diſtantes, Rondeletio teſte. ¶ Alia eſt Amia Saluiani, uide mox in Glauco primo Rondeletij.

GALLICE. Byza à noſtris (circa Monſpelium) & HISPANIS dicitur, quaſi Byzantia, ut opinor. Amia enim Byzantia in precio habebatur. Ab alijs Boniton, Rondeletius.

GERMANICE circunſcribimus: Ein art der blawfiſchen im meer / den Macrillen oder den Tunijnen geleych: mag ein Streymtunijn geheiſſen werden / vonn wägen der ſchelwen ſchwartz-

ſchwartzlachten ſtreymen/welche von ſeinem rucken gegen dem bauch ſich ſtreckend.



POMPILVS, Πομπίλος, dicitur piſcis ab Athenæo, Aeliano, Oppiano, aliiſq; Græcis: & inter Latinos Plinio: qui à quibuſdam inter Thynnos eum numerari ſcribit. Verùm hi, meo quidem iudicio (inquit Rondeletius) ſimilitudine decepti fuerũt. Pompilus enim alius eſt à Thynnis & Pelamydibus, etſi eis quodammodo ſimilis eſt. ¶ Thynni (inquit Plinius) ſæpe nauigia uelis euntia comitantes, mira aliqua dulcedine per aliquot horarum ſpacia & paſſuum milia à gubernaculis non ſeparantur, ne tridente quidem in eos ſæpiùs iacto territi. quidam eos qui hoc è Thynnis faciant, Pompilos uocant. ¶ Πέμπειν Græcis mittere & deducere eſt: unde nomen πομπός, uiæ deductor, & ab hoc rurſus Πομπίλος piſcis, qui nauigia uſq; in portum comitari & deducere perhibetur. Gregatim quidem naues circunſiliunt, & curſum earum ſequuntur miro ſtudio. ubi terram præſenſerint, relictis nauibus in pelagus redeunt. hinc nautæ terram propè eſſe certò cognoſcunt: & ex eorundem comitatu, placidum tranquillumq; mare futurum ſibi promittunt. Itaque pro piſce ſacro habetur. alij tamen alium ſacrum piſcem (ab Homero dictum) interpretantur. *Sacer piſcis.*

Quæcunque de Pompilo ueteres tradiderunt, (ut ſunt, naues in pelago comitari, uarium eſſe, ſuperciliis aureis, Pelamydi ſimilem,) ea omnia piſci à ſe exhibito conuenire, Rondeletius aſſerit.

Penultimam in Pompilo Græci omnes corripiunt, Ouidius in Halieutico produxit.

GALL. Maſſilienſes piſcatores corruptè Pampalum uocant, Gillius.

GERM. F. Ein Leitfiſch/ein Schiffleiter/oder Schiffgſell.

In hac icone Gladij piſcis roſtrum expreſſum eſt ad imaginem à Io. Caio Anglo nobis miſſam: reliquum uerò corpus, ut à Rondeletio exhibitum eſt.



GLADIVS à Plinio & Gaza uertitur Græcorum Xiphias, qui & Galeotes alio nomine dicitur. Ξιφίας uel Σκιφίας, ut Αἰνείας. Γαλεώτης ut Χρύσης. Roſtrum eius oblongum gladij figuram præ ſe fert. Tomus Thurianus, quem alij Xiphiam uocant, Plinius: ut Hermolaus emendauit, cũ uetus lectio eſſet Tynnus, Tranus, quem alij Xiphiam uocant. ego legerim, Thynnus, (ne piſcis tam nobilis Pliniano catalogo deſit:) Thranis, &c. nam & Xenocrati Thranis, idem qui Xiphias eſt. Græci de parte piſcis conciſi τέμαχος potiùs quàm τόμον dicunt. Carchariæ canis pars eſt qui à Romanis Thurſio uocatur, ſuauiſsimus ac tenerrimus, Athenæus. Græcè Θυρσίων legitur: Hermolaus tomum ſeu pulmentum Thurianum tranſtulit. Cauendum igitur ne cum Gladio confundamus Phocænam, quam Latinè Gaza interpretatur Turſionem, (aliâs Tirſionem, uel Tyrſionem. Item ne cum Cane carcharia, aut Galeo. Ex Thynnorum uenatione pingueſcere aiunt Galeotas, quos & Xiphias uocant, & Canes, aiunt, Strabo lib. 1. Græcè ſcribitur, Ἐκ δὲ τῆς θήρας αὐτῶν πιαίνεσθαι τοὺς γαλεώτας, οὓς καὶ ξιφίας λέγεσθαι καὶ κύνας φασίν. Euſtathius legit, οὓς καὶ ξιφίας φασὶ καὶ κύνας καλοῦσιν, inuerſis nimirum uerbis, pro οὓς καὶ ξιφίας καλοῦσι, καὶ κύνας φασί. Saluianus hæc uerba οὓς καὶ ξιφίας λέγεσθαι parentheſi includit, ut uerbum φασί, non ſolum ad πιαίνεσθαι, ſed etiam ad ξιφίας λέγεσθαι referatur, non autem ad κύνας. ut ſenſus ſit, ex uenatione thunnorum tum Galeotas (aliâs Xiphias dictos) pingueſcere, tum etiam Canes, nimirum Carcharias. Φορκῖνος, Xiphias piſcis, Heſychius.

Fieri quidem potest ut Xiphiæ alio nomine ideo Galeotæ dicti sint, quòd sicut Galei canes (id est, Mustelæ,) cæteros pisces persequãtur, & forsitan alicubi etiam Canes eandẽ ob causam, siue simpliciter, siue cum adiectiuo ξιφίαι: sicut & καρχαρίαι κύνες dicuntur: ut Strabonis uerba non eo quo diximus modo accipiantur, sed sicut Eustathio placuit, Galeotas alijs nominibus tum Canes tum Xiphias appellemus. Aelianus de animalib. 13.4. è Messenia Menandri hos uersus recitat: Ἐάν με κινῇς, καὶ ποιήσῃς τὴν χολὴν Ἅπαξ ἄν, ὥσπερ καλλιωνύμου ζέσαι, ὄψει διαφέρων τοῦ ἂν ξιφίου κυνός. uersus quidem postremus apparet corruptus, legi potest, ὄψει διαφέρειν με ξιφίου μηδὲν κυνός. ¶ Aelianus Xiphiam inter Istri pisces numerat: in quo flumine hodiéque hunc piscem capi circa Gomorrham (Komaram fortè) oppidum, supra Budam, raró tamen, & paruum, uix tribus dodrantibus longiorem, testis quidam oculatus mihi affirmauit.

GRAECIS hodieq; ξιφίας appellatur.

ITAL. Venetis Spada, Genuensibus Imperator.

GALL. Ab accolis Oceani Heron de mer, id est, Ardea marina. Burdegalẽsibus Grand Espadas. Massiliensibus (ut Italis) pesce Spada. Circa Monspelium Emperador, ut Genuensibus, quòd gladium, ueluti imperatores picti, gerat. Alius uerò est piscis ex Galeorum genere, Vulpes nimirum, quem in Prouincia & circa Monspelium Spatam uel Peis Espase uocant, cuius cauda gladij similitudinem præ se fert.

GERMANICE. Schwertfisch. Nostrates Militem uocant, Albertus: qui alibi Testudinem mar. aut eius speciem quandam uulgò Militem uocari scribit.

ANGLICE Schwerdefisshe.

Alia minus accurata Gladij effigies, qualem olim ab amico accepimus.

GLAVCVS (maior hexacentrus,) Rondeletio: à colore glauco, id est, cœruleo, dictus. γλαῦκος. Dorso est planè cœruleo. Statim à capite aculeos habet, quorum primus in anteriorem partem uergit: quinque alij ad caudam spectant, breues, sed acuti, nulla membrana connexi, Rondeletius. Glaucidiũ, Glaucus est paruus: (Glauciscus uerò alius uidet esse quàm Glaucus,) Rondeletius speciem alteram priuatim sic nominat. ¶ Cæterùm quòd Aelianus scribit, Glaucum piscem fœtus suos timentes ore admittere, quod propter dorsi aculeos non est probabile, Rondeletius nõ de hoc Glaucorum genere sed de Canicula glauca accipit. Aristoteles Galeos & Torpedinem hoc facere scribit. Solus (inquit)

Glaucidium.

quit) ex Galeis Acanthias non recipit propter ſpinam, &c. Omnia quidem (inquit Saluianus) quæ à ueteribus Amiæ tribuuntur, huic piſci probè conueniunt: nec obſtat, ut ſibiĳpſi obĳcere uidetur Iouius, quòd cum gregalis ſit Amia, iſte noſter Romæ ſæpe ſolitarius capiatur: quando uti non omnis maris locus ſingulis piſcibus accommodus eſt, ſic haud ubique gregales appellati piſces, gregatim reperiuntur: nec eorum qui in congruis ſibi locis gregales habentur, in locis aliĳs ſolitarios nonnullos reperiri inconuenit. Verùm cum Amiæ à ueteribus attributa (ſi earum cum Delphinis pugnam, cuius Aelianus & Oppianus meminerunt, quam neque hunc noſtrum, neq; ullum alium piſcem cum Delphinis committere, obſeruare potuimus, exceperis) eiuſmodi ſint, ut pleriſq; etiam aliĳs piſcibus cõuenire poſsint, haud ſolùm ex eis hunc piſcem noſtrum, Amiam eſſe fatendũ eſt. Sed ſi præter hæc animaduertatur, ab Ariſtotele & Plinio (Amias cum Thynnis & Pelamidibus Pontum intrare, æſtatemq; ibi traducere aſſeuerantibus) & ab Oppiano (eas cum Thynnis in robore conferente) Amias Thynnis & Pelamidibus ſimiles eſſe innui: uti nulli piſcium quæ Amiæ attribuuntur, & Thynno ſimilem eſſe, magis quàm huic noſtro reſpondent, ita ipſum, Amiam eſſe, aſſerere poſſumus. Hæc ille. Sed alia eſt Rondeletĳ Amia, uerior, ut mihi uidetur.

ITAL. Romæ & in Liguria Lechia uel Leccia uocatur, Rondeletius (& Saluianus.) Idem mox in Glauco ſecundo à Romanis Lopida uocari dicit hunc piſcem. Laccia quidem eſt Thriſſa. ¶ De genere Anthiarum ſunt (inquit Bellonius) piſces plani & lati, quos uulgus Romanum Lopidas & Leczias appellat: quorum ut rariores quidem Lopidæ, ſic etiam maiores: Stellæ uerò, minores, non uſqueadeò frequentes: Lecziæ frequentiſsimæ ſunt, quas cum his piſcibus libenter contulerim, quibus Maſsilienſes Lampugarum *(ſed falſò, Rondeletius)* nomen indiderunt.

GALL. Circa Monſpelium, Derbio. A Prouincialibus Biche, & Cabrolle, & Damo, *(quaſi Capreolus & Dama, neſcio quam ob cauſam.)* A quibuſdam Lampugo, ſed falſò, uocatur, Rondeletius. Lecziæ Romæ frequentiſsimæ ſunt, quas cum his piſcibus libenter contulerim, quibus Maſsilienſes Lampugarum *(ſed falſò, teſte Rondeletio)* nomen indiderunt.

ILLYRICE Polauda.

GERM. Glaucis Rondeletĳ tribus, unum commune Germanicum nomen finxerim, Groß Meerſtichling. uel à colore Meerblawling. Sunt enim magni piſces marini, & in dorſo aculeos habent, ſimiliter ut fluuiatiles piſciculi, quos Stichling Argentinæ nominant.



GLAVCI ſpecies II. quæ ſuperioris magnitudiem nunquam attingit, unde Glaucidium forma diminutiua dici poteſt.

ITAL. Romanis piſcatoribus Stella dicitur.

GALL. Circa Monſpelium Palamide uel Vadigo.

GERMAN. F. Die ander art der groſſen Meerſtichlingen.



GLAVCI ſpecies III. à ſecunda non multùm differt, niſi quòd huic dentes ſunt acuti, linea à branchĳs ducta, longè magis flexuoſa tortuoſaq; eſt: à qua (diſtinctionis gratia) Glaucum ſinuoſum appellabimus, Rondeletius.

GERM. Das dritt geſchlecht der Meerſtichlingen.



ANARRHICHAS, Oceani Germanici piſcis magnus, à nobis uocatus. Huius iconem ad ſceleton Ge. Fabricius ad me miſit, & deſcriptionem adiecit. Hic piſcis (inquit) à Balthicis populis ſuo nomine Σκόπελος dicitur. Klip enim ipſorum lingua ſcopulum ſignificat. Vnde

Klipfiſch. Klipfiſch dicitur, uel quòd ſcopulos aſcendat: id enim facere fertur: uel quòd in ſcopulis latitet. E naribus paruæ quaſi fiſtulæ, quas ex arenis ruſtici faciunt, eminent: & propter ſuperiores dentes in capite tuberculum eſt. Dentibus imprimis terribilis, quos non ſolùm in mandibulis, ſed faucibus quoq; & lingua geſtat. anteriores rotundi & acuti, reliqui molaribus humanis ſimiles, niſi quòd in media fauce *(medio palato)* noſtris ſunt grandiores. poſiti autem ſunt duplicata ſerie omnes, in inferioris mandibulæ parte una, octo, & in altera annexa quinq;: neq; aliter in parte è regione oppoſita. ſuperior mandibula plures acutos habet propter fauces: in quibus tres duplicatæ ſeries, media parte præcipuè decem grandibus molaribus munita: quin in lingua ipſa molares ſunt. Reliqua ex pictura apparent. Voracem & ualidum eſſe apparet, cum aliâs, tum caudæ ictu. ¶ Ego Anarrhicham uocare uolui, (id eſt, Scanſorem,) à Græco uerbo ἀναῤῥιχᾶσθαι, quod propriè manibus pedibusq; nitentem & prenſantem, hoc eſt, omni ui corporis, in ſublime ſcandere ſignificat.

Hippurus. Licebit & Hippurum Oceani nominare: quòd multa cum Hippuro illo, quem Rondeletius exhibuit, (uero, ut arbitror, ueterum, quem dedimus ſuprà pag. 75. Ordine v.) communia habeat: ſi modo non prorſus idem eſt, ſed in Oceano maior: quanquam eicones parum ſimiles uideantur. ad ſceletum enim expreſſa eſt, quam G. Fabricius miſit. Primùm communis eſt utriq; oblonga & continens una à capite ad caudam uſque extenſa pinna: quam in Hippuro ſuo notã præ alijs omnibus piſcibus *(Tænias excipimus)* illuſtrem & ſpectabilem eſſe ſcribit: & ab hac ipſa Hippuri nomen impoſitum putat: quòd caudæ equinæ (inquit) ſimillima ſit, id eſt, longa continens, uilliſq; multis conſtans, cuiuſmodi in nullis alijs piſcibus reperitur. ¶ Apparet autem in noſtra pictura, non ſolùm talis in dorſo pinna, ſed etiam alia in uentre, quæ ſimiliter à capite ad caudam uſque producitur, ut non ſolum pictura oſtendit: ſed Fabricius etiam in deſcriptione his uerbis, ſuprà omiſſis: Dorſum pariter & uenter à fine capitis uſq; ad caudæ extenſionem pinnas habent: quæ ſecundum corporis quantitatem, ipſæ quoq; paulatim minuuntur. Hoc ſi uerum eſt, & non in ſceleto aliquid aliter quàm reuera ſe habeat apparuit, planè mirum & ſingulare fuerit. in Rondeletiano quidem, pinnæ ad branchias, illis quæ in uentre ſunt, proximæ apparẽt. hæ rurſus, cum oblongæ ſint, extremitate ſua podicem, & quæ ab eo ſequitur pinnam ferè attingunt. Habent aũt piſces omnes pinnas parte ſupina diuerſas, binas primùm (ſi Hepatum & Tæniam Ariſtotelis excipias:) deinde unam à podice, Tęniarum genere excepto. Quamobrem uiros literatos, qui iuxta Balthicum mare habitant, ut diligentiùs in hanc rem inquirant, adhortor. ¶ Hippurus quidem dictus fuerit hic piſcis, ſiue à dorſi pinna (ut diximus) caudæ equinæ quodammodo ſimili: ſiue ἀπὸ τὸ ἵππου δίκην ὀρούειν καὶ ἐξάλλεσθαι: hoc eſt, ab eo quòd Equi inſtar cum impetu & celeritate, ueluti ſaltu feratur. Ouidius Hippuros celeres cognominauit. Oppianus eos ſi quid in mari uagum & fluctuans uiderint, maximè ſi naufragæ nauis, diſiecta oberrent fragmenta, ſtatim frequentes proximè comitari canit, &c.

Coryphæna. Vocatur & Coryphæna, ſiue ut Rondeletius putat, quòd pinna dorſi mox à uertice (quem κορυφὴν Græci uocant) ueluti criſta incipiens, erigatur: ſiue, ut nos conijcimus, à magnitudine uerticis ſeu capitis ſui ad reliquum corpus. à cauda enim uerſus caput paulatim augetur & eleuatur, quod Græci dicerẽt κορυφοῦται, Heſychius interpretatᷣ αὔξεται, ὑψοῦται: & κορυφὴν, κεφαλὴν, λόφον. A tali figura, Cotto etiã fluuiatili piſciculo nomẽ factum uidetur. Hippurus (inquit Rondeletius) à capite ſenſim tenuior fit ſtrictiorq;: id quod in eicone ab eo poſita, nõ tam clarè, ut in noſtro Anarrhicha apparet: fortè quia noſter ad inueteratum expreſſus eſt: caput autẽ uetuſtate non ita contrahitur, ut reliquæ partes quæ carnoſæ ſunt.

Ἀρνευτὴς. Ab eadem nimirum figura, Ἀρνευτὴς appellatur: quòd urinatorum, uel agnorum (ἀρνῶν) ſalientium inſtar, in caput pronus feratur, ſiue per ludum, ſiue dum perſequitur piſces: carniuorus enim eſt, quamobrem naufragia ſectatur.

ctatur. ad talem quidem motum saltumq; corpus egregiè compositum habet. ¶ Dentes etiam in maxillis, palato, & lingua, ut noster habet, ita suo Hippuro Rondeletius tribuit: sed exiguos tantùm & acutos, ut os etiam mediocre. ¶ Ad quam magnitudinem noster perueniat, certi nihil habeo: Eicon à Fabricio missa, dodrantem ferè trium mensuram æquat. Aristoteles Hippuri ex ouis fœtus è minimis celerrimè in maximos euadere scribit. ¶ Hippurus ueterum in speluncis latet, hyeme præsertim: noster etiam in scopulis latitat. Sed scopulos etiam scandere, de suo ueteres non prodiderunt: unde uel naturam eius nondum plenè ueteribus exploratam fuisse: uel nostrum hunc non eundem, sed cognatum esse piscem, suspicor. ¶ Hippurus ueterum pingui, suaui & dura est carne: qualis Thynnorum Glaucorumq; est. Hæc præter propositum prolixiùs exponere uolui: ut hominibus eruditis Oceani accolis (quales iam non paucos Germania nostra habet) certiùs omnia indagandi occasionem præberem.

ORDO IX. DE PISCIBVS CARTILAGINEIS PLANIS: PRIMVM DE RANA PISCATRICE, PASTINACIS, TORPEDINIBVS, SQVATINA: deinde de Raijs diuersis.

DE PISCIBVS CARTILAGINEIS QVAEDAM IN GENERE.

CARTILAGINEA nominamus Aquatilium quæ neque spinas, ut propriè dicti pisces: neque ossa, ut Cete habent, sed cartilaginem duntaxat: & nec seuum, nec adipem, ut Athenæo placet. itaque differunt à longis quibusdam piscibus, qui quanuis Galeorum generis non sint, cartilaginei tamen uidentur: sed pinguedinem habent, ut Rondeletius annotauit. Aristoteles σελάχη (τὰ) hoc genus nominat, (παρὰ τὸ σέλας, ut Aëtius docet, quòd noctu splendere uideantur: uel παρὰ τὸ ἔσω λοχάζειν, ut Suidas quoniam oua concepta intra se excudunt, & fœtus uiuos pariunt:) & alibi χονδράκανθα, σελαχώδη: ut Oppianus, σελάχεια. A piscibus quidem propriè dictis discernit, cum scribit: inter pisces, fœcundissima Mænis est: cartilagineorum autem Rana. Alibi non distinguit: ut, Squamosi omnes ouipari sunt: cartilaginei uerò, τὰ σελάχη, omnes uiuipari, excepta Rana. ¶ Cartilagineorum rursus, alia plana sunt, de quibus in præsentia dicemus. alia longo corpore, de quibus postea. ex longis maiores ad Cete accedunt, ut Canicula, Lamia. Et ita quidem ueteres diuiserunt. Sed uidetur inter duo hæc genera, etiam medium quoddam esse, quod species aliquot piscium rotundæ seu sphæricæ figuræ comprehendat: de quibus etiam seorsim agemus. Bellonius ex Cartilagineis quosdam ouiparos facit: Attilum, Collanum, Silurum, Sturionem: quibus & Lampetra addi poterit. qui omnes è mari flumina subeunt: & non propriè σελάχη dicuntur: pinguedinem enim pleríque habent. ¶ Ex propriè cartilagineis, sola Rana, ut diximus, Aristoteli uiuipara est. quare eam primo loco posuimus, ut piscibus hactenus descriptis, qui omnes ouipari sunt, uicinior esset, ueluti ἐπαμφοτερίζων.

CARTILAGINEA (inquit Saluianus) in Aquatilium duntaxat genere inueniuntur. Græci Σελάχη uocant, ἀπὸ τοῦ σέλας ἔχειν, Galeno teste: quoniam cutis eorum (aspera) noctu splendicat. Et hæc quidem omnia squamis carent: & insuper pleraq; cute aspera sunt. quoniam enim spina cartilaginea constant, terrenam portionē natura inde ad cutē transtulit, inq; eius asperitatē absumpsit. Nonnulla uerò læui cute teguntur, ut Rana marina, Torpedo, Pastinaca, Aquila, Læuiraia, & Læuis Mustelus. Os plerisque antè & supinum est. quamobrem nisi conuersa resupinentur, cibum corripere nequeunt: qua re nō solùm aliorum piscium saluti cōsulitur, (rapina enim piscium omnia hæc uiuunt,) qui dum illi se cōuertunt effugere possunt: sed etiam ipsorum, ne nimia uoracitate pereant. Aliquibus tamen in extremo rostro os positum est, ut Ranæ marinæ, Squatinæ, Lampetræ. ¶ Branchias detectas omnia habent: spinea enim aliorum integumenta sunt, hæc autem spina carent. Habentur autem branchiæ cartilagineis planis quidem parte supina: longis autem ad latera: utrisq; duplices & quinæ utrinq;. Iecur duplicatum habere uidentur, idq; adipeum. adipe quidem discreto, qui carni uentri'ue hæreat, nullo pinguescunt. Fœminæ uuluas habent ea specie, qua aues. In hoc genere nec fœminæ suos conceptus, neq; mares suum semē spargere uisuntur. semine enim minimè abundant. Superfœtant. Vterum mensibus complurimū senis ferunt. Sub partum repetunt litus & uada, relicto pelago, &c. Hæc omnia Saluianus. Et rursus: Plani pisces dicuntur (inquit) à Columella prostrati & cubantes, qui non ut cæteri, erecti, sed ueluti prostrati atq; iacentes (sua latitudine) natant. Horum alij spinosi sunt, ut Passeres; alij cartilaginei, ut Raiæ: Aristoteles πλατεῖς κερκοφόρους, id est, latos & caudatos nominat.

Imago à Rondeletio proposita.



Alia eiusdem pictura ad sceleton: in quo nimirum quædam, partim arte distorta sunt: partim ariditate, &c. Hanc misit Ge. Fabricius, qui ab eo quòd capite tantùm & cauda constare uideatur, Cephalurum appellari posse, ad nos scripsit.

RANA piscatrix, uel marina, aliquando simpliciter Rana, ubi scilicet de marinis sermonem esse constat, Plinio, Ciceroni. Græcis βάτραχος simpliciter, uel cum epitheto ἁλιεύς, id est piscatrix: nam ἁλίας non placet: ἅλιος quidem dici posset, sicut & θαλάττιος in Admirandis narrationibus Aristotelis. ¶ Piscatricis nomen (inquit Rondeletius) à piscandi solertia inuenit: Ranæ uerò à Ranæ palustris nuper natæ (quam Græci Gyrinum uocant, priusquam cauda siue posterior pars in posteriores pedes degeneret) similitudine. capite enim caudaq; tantùm constare uidetur, ut etiam Cottis fluuiatilibus piscibus aptissimè comparari possit. ¶ Cum cæteri cartilaginei animal pariant, Rana sola, Aristotele teste, ouipara est. caput enim multò maius reliquo corpore habet, idq; aculeatum, ualdè asperum. quamobrem neque postea catulos suos recipit, neq; initio animal parit. ¶ Non minor quàm Torpedini solertia Ranæ quæ in mari piscatrix uocatur. eminentia sub oculis cornicula turbato limo exerit, assultantes pisciculos pertrahens, donec tam prope accedant, ut assiliat, Plinius.

ITAL. Hodie quoque à Neapolitanis Rana piscatrix dicitur, Rondeletius: uel Piscatrix (tantùm,) Gillius. Romæ Martino piscatore. A Liguribus, piscis piscator, (pesce piscatore, Saluianus,) Gillius. Epidaurij (Ragusini) ob deformitatem & fœdum horridumq; corporis aspectū Diabolum marinum (Diauolo marino, Saluianus) uocarunt, Bellonius: eodem nomine aliqui Acum Aristotelis nominant. Hodie ab incolis Istriæ piscis Rospus appellatur, Massarius. sed Itali etiam Aquilam piscem Rospum, id est Bufonem, uocant, ut tradit Bellonius. Siculi uocant Lamiam, Gillius: nescio qua ratione, nisi ab ore admodum hiante, uel à uoracitate. Lamiam quidem hodie aliqui Canem carchariam nominant, &c.

HISPAN. Lusitani Xarocho: uel, ut Saluianus habet, Emxarroco.

Rursus

Rurſus alia, qualem Venetijs aliquando depictam ab amico accepi. conijcio autem ad piſcem aridum factam eſſe.

GALLICE. Massilienses Bodroyum, (Baudroyum, Bellonius) hoc est Batrachum, corruptè uocant, Gillius. uel, ut Rondeletius scribit, Baudroy, à lato & amplo oris rictu, quo marsupium refert, quod baudrier uernacula lingua nominatur. Burdegalenses, Pescheteau, quasi Piscatorem paruum. Monspelienses, Gallanga.

GERMANICE, ut accepi, Tôrsch: nisi id nomen Aselli cuiusdam in Oceano generi capitato potiùs tribuendum sit. ¶ Seetode, id est, Rubetā mar. ANGLICE: (*Germanus diceret Meerkrott*,) à rictu nimirum similiter patente, GALLICE eâdem significatione Crappe uel Crappaude, uocatum piscem se uidisse aridum, uir doctus quidam mihi retulit: totum capite & cauda constare, triplicem habere ordinem dentium, linguam quoq; dentatam. cadaueribus hominum uesci: & hominibus natantibus insidiari, quos membro uirili apprehēsos ad profundum detrahat ac deuoret. ¶ Licebit aliarum gentium uocabula interpretando sequi & nominare, ein Meerkrott/ ein Meerteüfel/ ein Täschemaul.

PASTINACA dicitur à Plinio & Celso: quæ Græcè τρυγών, tanquā Turtur. quo nomine Latino ꝑ Pastinaca Ambrosius in Hexaëmero, & recētiores quidam usi sunt. Dictam autē Pastinacā puto (inquit Rōdeletius) à caudæ colore rotūditateq; (*& longitudine, Saluianus*,) Pastinacæ radice simili. Τρυγόνα uerò non à colore, ut quidam (*Bellonius & Saluianus Turturem à tergoris colore, ac quibusdam ueluti expansis alis, in eiusdem nominis auis similitudinem, dictam coniiciunt*) scripsit: nam piscis hic flauescit, sed ab alarum expansarum similitudine tantùm. Sunt qui Columbam marinam appellent. Vide in Italicis. Pastinaca cum natandi est cupiditate affecta, natare potest: cum rursus uolandi studio tenetur, sursum uersus sublimis uolat, Aelianus. unde à similitudine fortè auis uolantis, Turturem Græcè nominatam aliquis coniecerit. sed Saluiano eam uolare uerisimile non fit, quòd grauis & ad uolandum incepta uideatur. ¶ Eius species duæ sunt: quanuis antiqui unius duntaxat meminerint, uel ob similitudinem non distinxerint. neq; enim facultatibus, neq; caudæ aculeo differunt, sed rostro tantùm & capite, Rondeletius. De harum altera, quæ maior est, agemus proximé. Bellonius tres species facere uidetur. Maiorem primùm, quam Aquilam nominat. deinde minorem, quam in læuem & asperam subdiuidit. Nos mox in Aquila (Pastinaca altera) asperæ cuiusdam Pastinacæ caudam, sex dodrantibus longiorem exhibebimus: ut aspera etiam forsan duplex sit: una minor, Bellonio nota: altera maior, eidem aliisq; scriptoribus hactenus incognita

Turtur. *Colūba mar.* *An uolet.* *Species duæ, aut plures.*

ITAL. Romani Bruchum nominant, Genuenses (ut & Massilienses) Ferrassam, (Ferrazza,) Bellonius. Romani Bruccho, Siculi Bastonaga, Rondeletius. Veneti piscem Columbum (pesce Palombo, Saluianus) appellant, Massarius. Rondeletius Orbem piscem, Venetis Columbam uocari scribit: & similiter Galeum læuem Romanis. Ferrasam Ligures uocant, Gillius. Rondeletius Ferrazam scribit. sic autem nominata uidetur, quòd eius cauda mucrone osseo ad uulnerandum, ut hasta ferreo, muniatur. Arma ut telum perforat, ui ferri, & ueneni malo, Plinius.

GALL. Circa Monspelium Pastenago uocant. Prouinciales nonnulli Bastango uel Vastango, Massilienses Bougnette: quia farina conspersa & in sartagine fricta, itrii genus quod uulgari lingua bougnette uocant, referat. Galli Raiam, ob similitudinem, quam cum Raiis habet. Burdegalenses Tare ronde, Rondeletius. Lutetiæ (ubi uerno præcipuè tempore frequentissima est) nullo præterquàm Raiæ nomine discernitur, ac cum Raiis in foro piscario nullo discrimine diuendi solet. quanquam Burdegalis & Baionæ Taram rotundam appellant: ad discrimen Aquilæ, cui Taræ francæ nomen indiderunt. Massilienses ac Genuenses Ferrassam nominant, Bellonius. Taræ nomen Aquitanis in usu, factum uidetur à Turture aue: quæ Hebraicè Tor, Italicè Tortora dicitur. Massilienses tum maiorem, tum minorem Pastinacam, Glorinum appellant, Gillius. Dicunt autem fortè Glorinum, quasi gloriosum seu ambitiosum piscem: nimirum quòd caudæ radium erigat, ut ceruicem ac cristas superbi & ambitiosi milites solent: & plerosque cæteros pisces facilè præ se contemnat.

DALMATAE Laccizza, Rondeletius.

ANGLICE A Poffen, ut audio.

GERMANICE Ein schwartzer Rocche, hoc est Raia nigra, ut Valerius Cordus interpretatur. Raiæ enim (inquit) figura non admodum dissimilis est, nigrior, & longiore cauda. Germani inferiores quidam uocant een Peilstert: quæ uox sagittæ caudam significat. Stert quidem cauda est: & piscis huius nomen Flandris sua lingua caudam muris significare, author est Rondeletius. Flandri fortè pronunciarent een Ratte point. Genuenses quoque Aquilam pesce Ratto uocant. Tortedauben (id est, Turtur) alicubi ad oram Germaniæ dictus piscis, Pastinaca fortè, aut eiusdem generis fuerit. eum aëre durari solere aiunt. Ego Germanicum regioni nostræ conueniens huius piscis nomen confinxerim, Gifftrocche, id est, Raia uenenata. uel Stachelrocch/uel Angelfisch, ab aculeo siue radio in cauda uenenato. Sic & Pastinacam maiorem, (quam aliqui Aquilam marinam uocant,) interpretari licebit Adlerfisch, uel Krotterocch, (capite enim bufonem refert,) uel grosser Angelfisch. (quò minùs enim Meeradler interpreter, Haliæetus auis facit: quam Angli uocãt an Osprey.) Quanquam autem & alij multi pisces in diuersis corporis partibus aculeati sunt, nihil uenenatius tamen Pastinacæ aculeo: ut meritò per excellentiam illa à ueneno aculeó ue factum nomen sibi uendicet. quod si quis Venetorum nomen interpretari, & Columbam marinam appellare uoluerit, ein Meertaube, per nos licebit.

Pastinacæ alterius, (uel Aquilæ,) eicon à Rondeletio exhibita.



Alia eiusdem effigies, à Bellonio exhibita.



PASTINACAE species altera, Pastinaca maior, Aquila, Ἀετός, ut Bellonio placet: quanquam Rondeletius Aquilam esse negat, & simpliciter secundam Pastinacæ speciem facit. Aquilam uerò esse suspicatur, non affirmat, Raiam clauatam suam. ¶ Aquila hic piscis est, inquit Saluianus. nam præter nomina uulgaria, quæcunque ueteres Aquilæ tribuunt, respondent: et alis suis expansis uolantem aquilam imitatur, nec propterea quòd proximè ad Pastinacæ accedat similitudinem, eius species altera (ut falsò arbitrantur nonnulli) censeri debet: quando manifestis adeò notis ab ea distinguitur, ut diuersa species statui, atque Aquila appellari iure possit & debeat, Saluianus. Ego simul Aquilam hunc piscem appellare, simul alteram Pastinacæ speciem statuere minimè absurdum censeo.

Rursus alia eiusdem pictura, à Cor. Sittardo nobis communicata.

Aquila (inquit Saluianus) caudam multò tenuiorem & longiorem habet quàm Pastinaca: unde forsan Genue pesce Ratto appellatur, quia murinam caudam habere uideatur. Os subtus habet, nec nisi supinus uescitur: unde tum ob id, tum quia haud admodum celer est, cum pisces, quibus uescatur, haud difficilè assequi possit, astu eos uenatur. nam Pastinacæ instar latrocinatur ex occulto, transeuntes radio caudæ figens. quem quidem radium non secus quàm Pastinacæ perniciosum atq; pestiferum non solùm piscibus, sed & hominibus esse arbitrantur. unde ubique captis Aquilis, non minùs quàm Pastinacis, cauda statim à piscatoribus abscindi solet.

ITALICE. Romani & Neapolitani Aquilam uocant, Rondeletius. Romanorum uulgus Aquilonem: Genuenses ab oblonga & ferè murina cauda, duarum ulnarum longitudinem interdum excedente, pesce Ratto nominant. ILLYRII lingua utentes Italica, Rospum (hoc est Bufonem) marinum, à capitis bufonem referentis similitudine uocauerunt, Bellonius. A Genuensibus Rospo & pesce Ratto uocatur; à nonnullis Rate penade, Rondeletius.

GALLICE. Ab Aquitanis Tare franke, ab alijs Falco, ab alijs Erango & Ferraza, Rondeletius.

GERM.

GERM. Ein grosser Peilstert/ein grosser Angelfisch/oder Stachelroch/Gifftroch/2c. Vide paulò antè in Pastinaca simpliciter dicta.

SVNT qui Aquilam (Pastinacam maiorem) in cauda non unicum ut Pastinaca, sed binos radios habere putent, ut in figura præposita à Cornelio Sittardo transmissa apparet.

GERM. Das hinder teil oder Stert von einem grossen Peilstert oder Gifftroch.



HVIVSMODI quoque caudam Cremonæ in cœnobio diui Petri iuxta Padū se uidisse amicus quidam mihi retulit, Pastinacæ scilicet maioris, &c. Longa est hæc cauda in pictura quã habeo, dodrantes sex cum palmo: lata circa initium, digitos ferè tres. Radius maior, longus palmos duos, uel paulò plus. Bellonius quoque hanc picturam apud me contemplatus, permultas huiusmodi caudas Pastinacarum asperarū, clauis quales in Raia sunt, armatas, Arimini apud Iulium Moderatum, pharmacopolam doctissimum, se uidisse aiebat: addebatque Burchi illic uocari has Pastinacas: aculeos in cauda geminos habere, eosque contiguos, ita ut breuior sequatur, (si bene memini,) longior præcedat, contrà quàm hîc expressum est.

DE TORPEDINE IN GENERE.

TORPEDO nominatur à ui sua, Varrone teste: & ab eadem Græcis νάρκη. torporem enim siue stuporem contactu suo inducit membris, ui quadam occulta: nō frigiditate, ut quidam putarunt. uiuæ enim duntaxat hæc uis est, extinctæ non amplius. Τόρπαινα etiam pro eodem pisce apud Aeginetam medicum legitur, quod à Latino deflexum apparet. Albertus hunc piscem Stupefactorem nominat: ut alij similiter mixobarbari Stuporem, Stupefacientem. ¶ Vi quidem sua non solùm tangentes alligat, sed per ipsum etiam rete obtorpefacientem grauedinem piscatorum manibus inducit. Procul etiam & è longinquo, (inquit Plinius,) uel si hasta uirgá ue attingatur Torpedo, quanuis prærualidi lacerti torpescunt, quamlibet ad cursum ueloces alligantur pedes. ¶ Nec ipsa hanc uim suam ignorat, supinam sese in terram abijcit, & humi strata iacet immobilis tanquam mortua: & ita appropinquantes ad se torpore correptos, inuadit. Sæpe etiā in natantes medijs fluctibus pisces incurrens, celeritatem eorum sistit, & stupore astrictos deuorat. ¶ Torpedinum genera quatuor facimus: tria earum quæ maculis notatæ sunt: quartum eius quæ maculis caret. De fluuiatili (*cuius in Nilo Athenæus & Strabo meminerunt*) nihil hîc dicendum: à marina enim non differt, Rondeletius. *Turpena.*

ARABICE Rahade, uel cum articulo Alrahade uocatur. harada Hebræis stuporem significat. aliqui imperitiùs scribunt Rahas, Rahadar. ¶ Berulie, Thead aut Fead, Torpedinis apud barbaros quosdam nomina, nescio cuius linguæ sunt.

GRAECORVM uulgus Margotirem (*Narcotêrem*) appellat, Bellonius.

ITAL. Veneti (*apud quos rarissimè capitur, Bellonius*) Sgramfum à torpescentis membri affectu

appellant. Romani modò Battipotam, modò Foterisiam, frequentiùs uerò Oculatellam dicunt, Iouius. sed Oculatæ nomen primis tantùm duabus à Rondeletio exhibitis speciebus attribuerim. ¶ Venetijs uulgò Tremolo appellatur, à tremore: Romani uerò (me quidem latet unde id nomē traxêre) Batti potta, & Fotterigia dicere consueuerunt: & alijs in locis Itali, *(ut Apuli)* Torpedine, Matthiolus. Ligures Tremorizam nominant, Gillius. Istri Tremulam, Scaliger.

HISPANICE Tremielga, ut ab erudito Hispano accepi. alibi Hugia, ut Matthiolus scribit.

GALLICE. Oceano Gallico infrequens est Torpedo: Burdegalis nota, apud quos Tremble appellatur, quasi Tremulam dicerent, Bellonius. Massilienses Dormiliouse uocant, à stupore: Galli Torpille, Rondeletius. Gillius Massiliæ Turpilliam uocari scribit.

GERMANICA nomina fingimus ad eorum, quibus aliæ gentes utuntur similitudinem, **ein Zitterling oder Zitterfisch/ein Schläffer/ein Krampffisch.** Itali enim similiter (mutuati nimirum à nostra lingua) spasmum uocant gramphum, ut nostri **krampff.**

TORPEDINIS (Oculatæ uel maculosæ) species prima à nobis posita est ea, cuius maculas efficiunt circuli albo nigroq; distincti: quorum medium oculi pupillam, maculæ totæ oculos planè referunt, Rondeletius. ¶ Plinius Torpedinis id genus quod in tergore sex, atq; interdum septem, *(Saluianus in sua icone, quinq; tantùm huiusmodi maculas pingit, ceu per angulos pētagoni digestas: & Rondeletius similiter in duabus suis primis,)* aut eo minùs maculas, quosdam quasi oculos referentes gerat, Oculatam appellauit, Bellonius. Torpedo à quinq; in dorso nigricantibus notis, Romæ Ochiatella *(aliqui Ochiatello scribunt)* uocatur, (quasi Oculata, uel Oculatella, ut Iouius habet:) sed alius piscis est Romę uulgò Ochiata, (id est, Oculata) dictus, nempe Melanurus, Saluianus. Verùm Oculatæ nomen non cuilibet Torpedini, sed primis duabus tantùm à Rondeletio exhibitis speciebus conuenire uidetur. ¶ Colore est ad rubricæ fabrilis colorem accedente.

ITAL. Romæ uulgò Ochiatella, ut iam diximus.

GALLICA & GERMANICA nomina eadem conueniēt, quæ Torpedini simpliciter, huic & sequentibus speciebus, aliqua differentiæ, à maculis præsertim, nota adiecta. hanc igitur & secundam speciem uocabimus, **Spiegelschläffer**, uel **gespieglete Zitterling/rc.**

TORPEDINIS Oculatæ uel maculosæ species altera: quæ à superiori differt, quòd maculas nigras, rotundas, circulis non distinctas habeat, sed eâdem pentagoni figura dispositas. est etiam

am primæ concolor, Rondeletius. Plura lege in prima ſpecie.

ITALICE, GALLICE, GERMANICE: Lege quæ cũ ſuperiori adnotauimus. Ein anderer Spiegelſchläffer.



Eiuſdem Torpedinis maculoſæ, ut ſuſpicor, pictura ſupina, à Bellonio exhibita.

TORPEDO tertia, non oculata, ſed maculoſa tamen: magis uaria eſt quàm præcedentes. habet enim maculas diuerſarum figurarum, huc & illuc ſparſas & ſine ordine, Rondeletius.

ITAL. GALL. GERM. Vide quæ annotauimus cum prima ſpecie. Ein gefläckete art des Schläffers oder Zitterlings/hat keine ſpiegele wie die zwey erſten geſchlecht.

Iconem hanc Rondeletius exhibuit: ut & ſuperiores, ſupina excepta.



Eiusdem alia imago, à Cornelio Sittardo olim ad me missa. eam Romæ uulgò Motsargo & Fumicotremula nuncupari addebat.

TORPEDO quarta non maculosa.

ITAL. GALL. GERM. Lege annotata superiùs cum prima specie. Das vierdt geschlächt eins Schläffers oder Zitterlings/hat weder spiegele noch fläcken.

TORPE=

TORPEDINIS cuiusdam figura à pictore Veneto depicta, nulli illarum, quas Rondeletius pingit, similis: nec satis probè, ut suspicor, expressa.

GERMAN Ein gattung von den obgenanten Schläffern oder Zitterlingen: vilicht nit beym besten conterfeetet.

DE RAIIS IN GENERE.

RAIAE sunt inter planos cartilagineos notissimæ, maximeq; uariæ. Latini nominis etymõ, nisi forte à radendo Raia dicatur, nullum reperi. Βάτος & Βατὶς à Græcis dicitur, (utroq; nomine Plinius etiam utitur, ut & Raia Latino,) à rubi quem bάτον uocant similitudine. quemadmodum enim spinosus aculeatusq; est rubus: ita Raiæ omnes aculeos uncos in cauda gestant, aliquæ etiam reliquo corpore, Rondeletius. D. Ambrosius non rectè ad uerbum transtulit Rubum. Arnoldus Villanouanus Regem appellauit, nulla ratione, à Gallico Raye. ¶ Aristoteles βάτου nomen præcipuè ponit, ubi de his loquitur, quæ ad utrunq; sexum pertinent: quum uerò de eo quod fœmine tantùm proprium est, βατίδα dicit. Raiæ omnes aspectu ipso deformes sunt: sed rusticis & ijs qui corpus graui labore fatigant, in cibo sunt utiles, plurimumq; nutriunt. Carent pinnis quibus natent. latitudine enim sua natant. ¶ Raiarum genera ueteres tria tantùm fecerũt: Raiam scilicet simpliciter dictam, Raiam læuem, & asteriam. Nos (inquit Rondeletius) diligentiùs clarioris doctrinæ gratia, in multò plures species distribuemus. Raiam igitur primùm in læuem & asperam diuidimus: deinde in Raiam stellulis notatam, & ijs carentem. sunt enim & leues & asperæ stellulis uariæ, aliæ minimè. Asperarum aliæ tactum modicè solùm uellicante lanugine: aliæ aculeis robustis, sed raris: aliæ aculeis robustissimis & densissimis asperantur. Rursus earum quæ stellulis notantur, aliæ binas duntaxat maculas habent, aliæ plures. Illæ binis maculis circumiectos oculos habent, ut in Buglossi & Torpedinis specie. Harum nonnullæ rotundis, stellisq; pictis similes notas multas habent: quædam albis nigrisq; prona parte conspersæ sunt. Aculeis etiam uariè à sese differunt. aliæ in prona supinaq; parte aculeis armatæ sunt, aliæ in prona tantùm, aliæ in rostri supina parte: aliæ in nulla parte præterquàm in cauda: quorum ea est diuersitas, ut in alijs triplici ordine dispositi sint, in alijs simplici. Prætereà ipsorum aculeorum plures sunt differentiæ. Sunt quidam molles & imbecilli, pilorum uel lanuginis modo: nonnulli paulò ualidiores: alij robustissimi ex ossea planè substantia. Rursus alij longi & tenues, alij parui & uix supra cutem extantes, alij medio modo se habent. omnes ferè ad caudã spectant, longi ferè ad caput.

Rubus. *Rex.* *Raiarũ genera.* *Aculeorũ differentiæ.*

ITAL. Raia Venetijs Raggia nominatur.

HISPANI, ut Latini, & scribunt & pronunciant, Raia.

GALLI Raye.

GERMANI & Flandri Roch/uel Rocch potiùs. ab ea asperitate forsan indito nomine: nam Ruch nobis asperum est. Gothi Rocka. Haud scio an idem sit marinus piscis qui circa Rostochium in ora Balthici maris Ruch uocatur.

ANGLI A Thornebacke, à tergo spinoso. Eliotæ tamen Raia piscis Anglicè uocatur Raye aut Skeat: quorum prius nomen Gallicum est; posterius Squatinæ debetur.



RAIAE in Oceano & in mari mediterraneo plurimæ apparent. earum autem fœcunditatis causa (inquit Rondeletius) hæc est. Fœtum quidem unicum aut summùm duos uno partu edunt. sed præter ouum testaceum (*unum*,) quod hîc depingendum curaui, aut duo, quæ perfecta in inferiore uuluæ parte cernuntur, ex dissectione comperi permulta alia, & ferè infinita in superiore uuluæ parte haberi, quæ tempore perficiuntur: ex quibus, sæpius iteratis partubus, fœtus excluduntur.

cluduntur, atque hæc fœcunditatis causa est eadem quæ in Gallinis, &c. Oua quidem in superiori uuluæ parte sine testa primùm concipiuntur, alia gallinaceorum magnitudine, alia minora, quædam uix ciceris. equidem plura centenis aliquando in Raijs singulis numeraui. Ex his quæ à perfectione propiùs absunt, in inferiorem uuluæ partem demissa, testa operiuntur: in quibus albumen primùm cum uitello confusum est, &c.

GERM. Die Bärmůter/oder der Bärdarm in den Rochen/sampt den eiern/wie die erstlich oben an der Bärmůter wachsend: darnach laßt sich ye das reyffest eins oder zwey hinab dareyn/vnd bekumpt ein schalen.



RAIA læuis, λειόβατος (Gaza Leuiraiam uertit) corpore est tenui, & in amplissimas alas expanso: cute glabra læuique, id est ab aculeis nuda: præterquàm in locis prope oculos, quorum uterque aculeo munitus est: itẽ excepta media dorsi linea, & cauda, &c. ¶ Bellonius (quem & Saluianus sequitur) Raiam læuem facit illam, quæ Massiliæ Flassada dicatur: eam Rondeletius Oxyrhynchum alteram facit. ¶ Quòd apud Athenæum λειόβατος, ῥίνη (id est, Squatina) uocatur, mendum uidetur, Saluianus.

HISPANICE Liuda, à cute læui & pellucida. sunt qui Rasam uocent à glabra cute, Rondeletius. qui tertiam quoque Raiæ læuis speciem (id est, Oxyrhynchum minorem) ab Italis Perosam rasam uocari scribit.

GALL. Nostri à colore fusco Fumat & Fumado appellant, Rondeletius.

GERM. Ein glatter Roch: mag ein Röuchling geheissen werden/darumb daß er rouchfarb ist.

RAIA læuis secunda: quam (inquit Rondeletius) à colore cineream: à maculis undarum modo flexuosis undulatam uocamus. Corpore ad oui potiùs figuram accedit, quàm rhombi ut reliquæ. Aculeis caret: nisi quòd in linea dorsi pauci sunt, parui, rari: & circa oculos nonnulli. in cauda triplici ordine disponuntur, maiores & densiores.

GALL. Quidam Coliart appellant, Rondeletius.

GERMAN. F. Ein Aeschroch/ein Schammlotroch/ein äschfarber glatter Roch.



Oxyrhynch⁹. RAIAE læuis species tertia: quam à rostri longitudine & acumine Raiam oxyrhynchum (minorem) appello. Corpore est maximo, maculis multis lentis specie in parte prona notato. Ad oculos, quatuor habet aculeos. in cauda tres eorum ordines, &c.

ITALICE Perosa rasa. nam Raiam aculeatam simpliciter Perosam uel Petrosam nominant. Alijs Sot, alijs Gilioro, Rondeletius, qui primam quoque Raiam læuem ab aliquibus Rasam uocari tradit.

GALL. Nostri Eleno (*id est, subulam*) uocant, à longo, acuto, tenui, latiusculo & non rotundo (qualis est cerdonū subula) rostro. alij Lentillade, à maculis illis multis in ea lentis specie, Rondeletius.

GERMAN. F. Ein Spitzroch/Alsenroch/oder Linseroch/der kleiner.



RAIAE læuis oxyrhynchi species altera, à superiore multùm diuersa, dempta rostri figura, à qua idem cognomen meretur. Sunt qui Bouem antiquorum esse putent, quòd in maximam molem accrescat: quòd in ore latentes habeat dentes, paruos, inualidos, utpote qui mobiles esse uideantur: quæ omnia Oppianus Boui tribuit. His consentit nonnullorum uulgaris appellatio: Vaccam enim uocant (Ligures.) Proximæ descriptæ similis est: aculeos nullos omnino habet, præterquàm in cauda, in qua unicus est eorum ordo, Rondeletius. Bellonius & Saluianus hanc Raiam læuem faciunt. sed diligentiùs considerandum est quid Bellonius senserit. seorsim enim describit Bouem, Vaccam à Liguribus dictum, in Raiarum genere uastißimum, (quem Oppianus homicidam uocet, quòd undis immersos ac natantes homines, sua mole obruens suffocet: eandem Parisijs notam esse scribens, sed non alio quàm communi nomine Raiæ:) seorsim uerò Raiam læuem suam, quam Masiliæ Flassadam nominari tradit: cum Rondeletius Vaccam à quibusdam (Ligures quidem non nominat) dictam, eandem Masiliensium Flassadæ faciat. Gillius etiam discernere uidetur. Lege mox in Italicis. Vtcunque est, in Raiarum genere maximam hanc esse apparet: & Bouis nomen à magnitudine, (quam in compositione plerunque Bouis uocabulum, ut etiā Equi

Bos. *Vacca.* *Flassada.*

Hanc quoq; Raiam depictam Venetijs accepi, corpus ferè cinereum maculis distinguentibus fuscis: ambitu corporis subruffo. Ad Raias oxyrhynchos Rondeletij accedit. Normannis audio uocari Hal, Lusitanis Huga, Venetis Stramazo.

Equi, Græcis significat,) non à figura, neque cornibus attributum. Bouis quidém uocabulum etiam alijs piscibus attribui scimus, ut Salpæ: & Cornutam Plinij binis cornibus armari, ut & Vaccam Olai Magni. ¶ Qui alteram speciem Raiæ clauatæ Bouem putarunt, à Rondeletio redarguuntur.

ITAL. Vacca à Liguribus, ut iam dictum est. Romæ Mucosa siue Bauosa, eò quòd muco sordida eius sit cutis, Saluianus. Eandem, ni fallor, Venetijs, uulgò Stramazo uocari, olim accepi: ab aliquibus Lamiam. sed Lamiæ nomen antiquum est de alio pisce cartilagineo longo: quanquam à recentioribus, etiam alijs quibusdam attribuitur.

Bos planus & cartilagineus Plinij ad trecentas aliquando libras accedit. Dalmatæ etiam nostra ætate Bouem uocant, Gillius. Idem Bubosam siue Mucosam uulgò dictum, ueluti diuersum piscem, Raiam læuem facit, sicut & Saluianus, &c.

Flassadam Massiliensium, Romani nominant Falsam uelam à carbasorum forma, Bellonius.

HISPAN. A Lusitanis Huga, hunc aut simillimum piscem uocitari audio. Matthiolus tamen Torpedinem, ab Hispanis Hugiam uocari prodidit.

GALL. Quidam ex nostris (ut & Massilienses) à magnitudine Flassade uocant: quæ uox stragulum lecti significat, Rondeletius. Vide superiùs in Latinis nominibus. A Normannis (ni fallor) Hal appellatur.

GERMAN. F. Ein grosser Aeschrocch/ oder Spitzrocch. ein Vrrocch / Walrocch/ Kürocch.



Eiusdem alia imago à Cornelio Sittardo: quam cum hîc collocari deberet, & spacium deesset, in sequentem paginam retulimus.

RAIA læuis oculata Rondeletij. Hæc (inquit) à maculis oculorum figuram referentibus, oculata à nobis nuncupatur: à Prouincialibus Mirallet, à speculorum paruorum similitudine. sed quia maior est his maculis cum oculis similitudo, quàm cum speculis, maluimus uulgari neglecta appellatione oculatam nominare. medium enim cœruleum pupillam refert: circulorum duorum, qui iridem constituunt, prior & internus colore est nigro: externus flauo. Corpus fusco colore, maculis obscuris conspergitur. Non est hæc Raia stellaris, ut quidam putarunt, Rondeletius. Vide in Italicis Raiæ stellaris (de qua proximè) nominibus.

GALL. Mirallet, ut suprà dictum est.

GERM. F. Ein glatter Spiegelrocch/ ein Augerocch.

Raia

Raia oculata à Cornelio Sittardo missa.



RAIA Asterias (id est, stellaris) & ipsa læuis. Rarior hęc est (inquit Rondeletius) ideoq; multis minùs cognita: degit enim in alto mari, & puriori aqua, litoribus minùs frequens. ab alijs Raijs distinguitur aculeis quos in dorso habet, mox à capite incipientes, & in priorem caudæ pinnulam desinentes. præter hos nulli alij sunt in toto corpore. Dorsi pars prona, alæq; expansæ, stellulis pereleganter sunt depictæ, à quibus asteriæ nomen inuenit.

ITAL. Raia stellaris Athenæo memorata (inquit Saluianus) non solùm piscis noster LI. (qui Romæ dum minor est Arzilla, maior uerò factus Raia uocatur:) sed & qui Massiliæ Mirallet (Vide proximè antè in Raia læui aculeata Rondeletij) dicitur: nec non quiuis alius ex Raiarum genere, cuius dorsum maculis quibusdam insignitum apparet. Secundum aliquos hic piscis Romæ uulgò Arsilli dicitur. differt autem ab Arzinarello dicto (quem secundam Acus speciem Rondeletius facit) ut Cor. Sittardus indicauit.

GALLICE Raye estelée uocari potest; quanquam id nomen Galli, Stellari asperæ priuatim tribuunt.

GERMAN. F. Ein Sternroch.

HACTENVS DE LAEVIBVS RAIIS: DEINCEPS VIII. earum genera aspera proponemus.



RAIA Oculata aspera Rondeletij. Hæc (inquit) oculatæ læui maculis similis est: aculeis autẽ differt, quos in alis expansis ẽ regione macularum utrinque habet, alios in lateribus capitis utrinq;, alios in dorso: alios in cauda, maiores, ualidiores & frequentiores. Falluntur qui sexu tantùm ab oculata læui differre putant. colore quidem eodem est.

GERMAN. F. Ein raucher Spiegelroch oder Augeroch.

RAIA Stellaris aspera Rondeletij. Asterias(inquit) hæc etiam appellabitur à stellulis multis quas habet in lateribus & caudæ principio depictas: aspera uerò, ab aculeis plurimis quibus tota horret, &c. Huius generis species duæ esse uidentur: una, quæ stellulas habet in medio albas, sed quas ambit circulus ex nigris punctis constans, totumq; corpus aculeis horridū est. altera stellulas prorsus candidas cum multò paucioribus aculeis.

ITALI (Romani, Bellonius) Rometam uocant, Rondeletius.

GALL. Raie estelée, Rondeletius & Bellonius.

GERM. F. Ein raucher Sterneroch.



RAIA Clauata Rondeletio dicta, ab aculeorum magnitudine & similitudine cum clauis æreis siue ferreis. Vidi(inquit) huius generis Raias, quibus posteriore tantùm parte corporis aculei illi magni essent, nulli uerò parte anteriore; sed horum situs diuersus speciem non mutat, cum alia omnia respondeant. Posset hæc Raiarum species Aquila antiquorum existimari, (nihil enim hîc affirmo.) colore enim nigricante est. incurui aculei u[illegible]is unguibus respondent. alas ualde expansas habet ueluti Aquila: quam inter cartilaginea plana numerarunt antiqui. Postremò carne est dura, qualem Philotimus Aquilæ esse scripsit, & approbauit Galenus. Hæc ille. Bellonius quidem & Saluianus hanc propriè dictam & simpliciter Raiam faciunt. nos Aquilam aliam suprà in hoc ordine dedimus, quam Rondeletius Pastinacæ genus alterum facit. *Aquila.*

ITAL. Perosa siue Petrosa, Rondeletius. Saluianus ijsdem nominibus eam appellari scribit Romæ, ob aculeos lapideos.

GALL. A Massiliensibus & nostris Clauelade (*Clauellata, Bellonius*) à similitudine quam aculei eius cum clauis habent: à Gallis Raie bouclée, quia aculeos habet fibularum specie, uocatur, Rondeletius.

GERM. F. Ein Nagelroch.



RAIAE Clauatæ species altera Rondeletio. A superiore (inquit) differt, quia rostro est acutiore, aculeoq; illic caret. Colore est cinereo. Pro dentibus maxillas asperas habet. quare falluntur qui speciem hanc Raiæ, Bouem esse credunt. Boui enim Oppianus dentes tribuit.

GALL. Nostri Ronse (Ronce) uocant, id est, Rubum, Rondeletius.

GERM. F. Ein anderer Nagelroch.

Huius generis Raiæ iconem amicus quidam Venetijs ad me misit. Videtur autem cognata Clauatis Rondeletij. Maculis distinguitur fuscis. reliquum corpus obscurè subluteum est. cætera apparent.

GERM. Ein andere art der Nagelrochen/als mich beduncket.

RAIA



RAIA Spinosa Rondeletij. Raiæ læui (inquit) similis est, si longas cutis spinas excipias: à quibus nostri eam Cardaire, id est, Lanificam uocant: à spinis illis siue aculeis, cuiusmodi multi infixi sunt instrumentis ijs, quibus lanifici lanas carpunt. Nos ab his spinis Spinosam appellamus: quas non in alis solùm habet, ut superior (Clauata,) sed etiã in lateribus circa caput. Oculis præfixi sunt alij duo. In media dorsi linea, & ad priorem usque caudæ pinnulam, continuus est aculeorum ordo unicus.

GALL. Cardaire, ut dictum est.

GERM. F. Ein Thornroch/oder Hechelroch.



RAIAM Asperam (inquit Rondeletius) particulatim hic appellamus, quæ ab alijs eo differt, quòd aculeis paruis latera cõspersa habeat, corporis ipsius truncum nullis. In cauda tres sunt longorum & firmissimorum aculeorum ordines ad extremum usque caudæ. Rostro est acutiore.

GERMAN. F. Ein Rüchling oder Rauchling.



RAIA Fullonica Rondeletij. Hanc (inquit) Fullonicam cognominauimus, eò quòd ubiq; in alis, in corpore, in capite, in cauda, tota frequentissimis & asperis aculeis conspersa sit, instar instrumenti eius quo fullones pannos curant poliuntq;, quod totum aculeis ferreis consertū est. Rostro satis longo est & acuto. Caudæ aculei incurui sunt, triplici ordine dispositi. Pugnacissima & rara est hæc Raia.

GERM. F. Ein Kartenroch/ein Kartertsche.



RAIA asperrima Rondeletij. Hic depicta (inquit) Raia, in supinum conuersa, proximè descriptæ omnino similis est: nisi quòd illa parte tantum prona aculeos frequentissimos habet: hæc non solùm prona, sed etiam supina, tota aculeis peracutis ita horret, ut manu tolli non posit, nisi pinnulis caudæ apprehensis. Hæc causa fuit cur supinam depinxerim: tum, ut huius, ita aliarum Raiarum partes supini situs cognoscerent studiosi, scilicet, oris, narium, foraminū branchiarum, podicis, duorum uuluæ foraminum, formam & situm. Dentibus hæc caret, ut aliæ plurimæ: sed horum uice maxillas habet asperas, & ferè osseas.

GERM. F. Ein überraucher Roch/nit allein an dem oberen teil/sunder auch dem vnderen des leybs/also daß man jn nit wol kan in die hend nemmen/anderst dann bey den floßfädern am schwantz.

OLAVS Magnus in Tabula qua Oceani oram ad Septentriones Europæ ob oculos ponit, in Oceano pingit Raiam, quæ hominem natantem, *(uel etiam submersum, ut in Latina Tabulæ explicatione scribit,)* qui à multitudine Canum siue Canicularum in profundum rapi periclitatur, naturali quodam affectu aliquandiu defendat ac tueatur. Cuius rei typum (quanquam neque Canes nec Raiam probè exprimi curauit) ex Tabula eius apponere huc libuit.

GERMAN. Wie die Rochen auß natürlicher neigung helffend vnnd beschützend den schwümmenden menschen (im hohen Teütschen meer) welcher vonn vile der Hundfischen vndergezogen wirdt.

PHAR-

PHARMACOPOLAE, & alij quidam, Raias exiccare, & sceletos earum in uarias admirabilésque uulgo figuras effingere solẽt, cum alias, tum quæ Serpentem aut Draconem alatum præ se ferant. Corpus enim inflectunt: caput & os distorquent; aliqua incidunt, aut circuncidunt. laterũm anteriorem partem aliquousq; rescindunt: reliquum erigunt, ut alas simulet: & alia pro arbitrio comminiscuntur. Talem sceleton olim mihi depictum qualemcunque huc apposui.

GERMAN. **Die cörpel von todtnen Rocchen werdend vff dise vñ andere mancherley wyß seltzam zůgerüst vnnd gedeert.**

Squatina à Rondeletio exhibita.

Alia Squatinæ effigies Venetijs ad me missa, quæ ad aridum piscem extensum facta uidetur: uiuo enim non probè respondet.



SQVATINA Plinio & Gazæ, is piscis est, qui Græcis Rhina dicitur, forsan à squalore & aspe- *Rhina.* ritate cutis. Vocatur & Squatus apud Plinium duobus in locis: & ita rectè legi nos ostēdimus. *Squatus.* Squatinæ cute ligna & ebora poliri testis est Plinius: quamobrem Græci ῥίνην, id est, limam uocarunt hunc piscem. quod nomen cum fabrile instrumentum significat, oxytonum esse: cum piscē, paroxytonum, à Cyrillo quodam annotatum est, nescio quàm rectè. neque enim ab authoribus obseruatur. ¶ Athenæus λειόβατον, id est, Raiam læuem, tradit etiam ῥίνην, hoc est, Squatinā ap- *Liobatus.* pellari: quos tamen pisces diuersos esse, ex utriusque historia liquet. Rhinobatum uerò à uulgo Græcorum, etiam Rhinam uocari author est Gillius. ¶ Oppianus inter Galeorum genera, qui pi- *Rhinobatus.* sces sunt cartilaginei longi, Squatinas quoque numerat. Hinc fortè est quòd Rondeletius scribit, e- *Squatinā inter Cartilagineos planos et longos ambigere.* ruditum quendam uirum, Galeum Cato rochiero uulgò dictum Gallis, pro Squatina habuisse: qui piscis est longus, Galeis reliquis similis: Squatinam uerò uulgò existimatum pro Squatoraia, utpote latiorem, & Raiæ aliqua ex parte similem. Plinius tamen Squatinas cum planis cartilagineis numerat. Squatina quomodo sit media inter planos & longos cartilagineos, à Rondeletio ab initio Capitis de Raia pisce exponitur. Nos quoniam inter duo hæc genera ambigere uidetur, ultimo inter planos loco, hoc est, inter eosdem & longos medio, reposuimus. ¶ Oppianus scribit Squatinam non recipere (intra se) fœtus, sed in hiatum seu rimam sub pinnis utrinque subiectam fœtus suos in metu à matre occultari. ¶ Pisciculis similiter ferè ut Rana piscatrix insidiatur. ¶ Rhinobatus hucusque à nobis uisus non est. nemo quidem ueterum præter Aristotelem, & interpretem eius Plinium, ipsius meminit, Saluianus.

GRAECI nostræ ætatis & Rhinam, & Rhinobatum, uocant Rhinam, Gillius.

ITALI hodie Squatinam siue Squadram uocant, Gillius. Squatina uulgò nomen seruat, Massarius Venetus. Scoppa Italus interpretatur lo pesce Squatro. Veneti Squaquam uocant, alij Squaiam, alij Squadram, Rondeletius. Romani Squadro di mare, Saluianus. Ligures Angelum: Vide mox in Gallicis.

HISPANI Lyra, ut audio, à specie corporis: sed alia est ueterum Lyra. Lusitani Lamio, Saluianus.

GALL. Nostri, Massilienses, Galli, Ligures, Angelum (*uel Angelotum, Bellonius: Peange, Saluianus*) uocant, à similitudine angeli picti cum alis expansis. Burdegalenses Creac de buch.

GERMANICE Ein Huyghe. hoc enim nomen Squatinæ eiconi ab Echtio missæ adscriptum reperi. Huga quidem uel Hugia Hispanis Raiæ quædam species est, uel (ut Matthiolus scribit) Torpedo. Poterit etiam uocari ein Engelfisch oder Meerengel. Albertus Squatinam Germanicè Catulam maris uocari scribit: qui piscis (inquit) quinque pedes longus est, & insuper cauda pedem unum. Et alibi: Lignum raditur corio quorundam piscium arido, ut eius qui dicitur ad mare Flandriæ Seerobe, quod est Canicula marina. Ego Germanicum hoc nomen non agnosco, deprauatum fortè à librarijs.

ANGLICE dicitur a Skate, ut audio: uel Skeat. ¶ Piscem Raiæ similem, qui in cibo Venerem iritet, apud Scotos audio nominari a Scat of koy.

ORDO X. DE PISCIBVS CARTILAGINEIS LONGIS.

DE GALEIS SIVE MVSTELIS ET CANIBVS AC SIMILIBVS IN GENERE: QVI OMnes Græcis γαλεοὶ uel γαλεώδεις dicuntur.

GALEI, quos Mustelos uertit Gaza, sunt pisces longi, cartilaginei. Nomen à corporis habitu Mustelis terrenis simili datum est. γαλεὸς uerò siue γαλεώδης, generis nomen est apud Aristotelem: cui epitheta, ut formas quæ generi subsunt, distinguat, adijcit. dicitur enim Galeus acanthias, Galeus asterias, Galeus læuis. Plinius lib. 9. cap. 24. Squalorum nomine Galeos intellexit, ubi Massarius Galeos legit, quòd *Squali Plinij* ita uocārit Aristoteles, ex quo Plinium sua hæc mutuatum constat. Atqui alibi etiam Plinius (inquit Rondeletius) nominat Squalos: ut eiusdem libri cap. 5. Rectè uerò Galei Squali uocantur, quasi squalidi, id est, horridi asperique. sunt enim omnes aspera cute. Sic Rondeletius. Ego in citato utroque Plinij loco, nec Squalos, nec Galeos legendum uideo, sed Squatos, ex diligenti uerborum Aristotelis, unde sua Plinius transtulit, inspectione. Squatos autem appellat Squatinas. In *Squati.* Catalogo piscium, quem confecit Plinius ad finem libri 32. Galeos nominatur suo ordine; Squa-

Squalus Ouidij, &c. lus nusquam: Rhinam uerò (id est, Squatinam) ibidem Squatum interpretatur. Ouidius in Halieutico Squalum nominat inter pisces, qui in herbosa arena degunt. uidetur autem Squalum pro Cephalo, id est Capitone dixisse, per syncopen. quanquam Cephali mare uicinum fluuijs & stagnis amare dicuntur, & limo uiuere. Capitones fl. quoq; in herbosa arena degunt Ausonio. Varro etiam lib. 3. de re rustica, de piscinis loquens, Squalos cum Mugilibus nominat. sunt autem Capitones Mugilum species. Vulgus in Italia hodieq; Squallum uel Capitonem nominat piscem fluuiatilem, quem nostri Alet. nam qui Schwal, quasi Squalus à nostris uocatur, longè alius est, ex Leuciscorum fl. genere. Columella etiam ubi de esca piscium, qui in piscinis aluntur, uerba facit, Squalorum branchias nominans, Cephalos fortè intellexerit. Squalorum autem eo in loco legendum, nō Scaurorum, rectè animaduertit Rondeletius. ¶ Piscem γαλεώδη Gaza alicubi Musteligenam, id est, Mustelorum generis interpretatur. Oblongi & cartilaginei omnes, Galei uocantur, minores præsertim: nam maiores & cetacei, Canes Caniculæ'ue, aut alijs nominibus suis *Galeonymi.* appellantur. Philotimus nominat Galeonymos inter pisces duræ carnis, & qui ægrè conficiūtur, &c. Latinus interpres Mustelos uertit, nimirum quia Galenus monet, lectionem aliam esse, Galei: hoc est, in Græcis Philotimi uerbis, aliâs γαλεώνυμοι, aliâs γαλεοὶ legi. Callionymus quidem lon *Galaxias.* gè alius piscis est. Idem Galenus Galaxiam Romæ dictum, & maximi precij piscem, Græco mari ignotum, in γαλεῶν genere collocat, & molli carne esse prædicat, cum reliqui Musteli dura magis sint carne. Mihi uerò γαλαξίας, uel potiùs γαλαείας, non ad Galeos, sed ad γαλίας uel γαλᾶς, referēdus uidetur, id est, non ad Mustelos, sed Mustelas. Toto enim genere hi pisces differunt. communia tamen quædam habent, quæ ut ab eadem quadrupede nomen utrisque inditum sit, in causa fuere: quanquam Aelianus, γαλῆ marina (inquit) nullam cum Galeis communitatem habet, &c. sic autem uocata est, quoniam similiter, ut terrena, omnium cadauerum in quæ incurrit, oculos exesi & conficit. Mihi uerò communia uidentur hæc: Vtriq; oblongo (& maculoso ferè) corpore sunt: sicut & terrestres quadrupedes cæteris comparatæ, longiusculæ sunt, respectu ad crassitiem habito. Vtriq; parte supina albicant, sicut & terrestres, prona fusci sunt. Iecur utrisq; dulce & adiposum, quodq; facilè in oleum resoluatur. Mustelos priuatim aliqui ore parere fabulantur, sicut et Mustelam quadrupedem. Catulos quidem suos ore recipiunt ac gestant interdum, tum Mustelæ terrestres, (unde orta fortè credulitas quòd ore pariant,) tum Mustela quadrupes, tum Galei mari- *Canes.* ni, præter eos quos catulorum asperitas prohibet, ut Acanthiam. ¶ Canum nomen Oppiano Aelianoq; communius est quàm Galeorum. nam Canum alios magnos & pelagios esse dicunt, (ut Carchariam:) alios, minores quidem, sed piscibus præstantissimis adnumerandos, in cœno profundo degere: omnes specie corporis, moribus & uictu inuicem similes: uocariq; minores priuatim Galeos, præter Centrinas: tanquam Centrinæ genus proprium constituant, & Canes quidem minores sint, Galei autem non sint, aut saltem uulgò non ita uocentur. Galeorum species faciunt σκύμνους, λείους, ἀκανθίας, ἀλωπεκίας, ποικίλους. ¶ Galei omnes litorales sunt, Bellonius. Oppianus etiam & Aelianus, Canem maiorem (id est, Carchariam) pelagium faciunt: minores uerò Canes, id est, Galeos & Centrinas, in cœno profundo degere scribunt. Omnes ex ouis, quæ intus concipiunt, uiuos postea fœtus emittunt. Differunt inter se figura, magnitudine, corporis constitutione, atq; internis partibus, præsertim utero, Bellonius. ¶ Galeorum differentiæ cōstitui possunt, ut alij Galei simpliciter, alij Galei cetacei sint: cui generi Galenus Canes (*nimirum Carcharias*) & Libellas subijcit. His Vulpes, Malthas, aliosq;, qui in magnam molem accrescunt adiungere possumus, Rondeletius.

GALL. Galeos omnes nostri nullo discrimine marinos Canes (Chien de mer) appellant, Bellonius.

GERMANICE Hundfisch appellantur, id est Canes pisces, omne Canum & Galeorum genus: ANGLICE Doggefische: POLONICE Morski pies: uel Psia ryba. Licebit autem differētiæ causa cetaceos appellare grosse Hundfisch: Galeos uerò priuatim dictos, kleine Hundfisch.



GALEVS acanthias, γαλεὸς ἀκανθίας, nomen tulit ab aculeis, quos in tergo gerit, spinacem conuertit Gaza. Coloris est cinerei: duos aculeos in dorso habet, quibus pinnæ innituntur, detectos, firmos, acutos, non admodum latos ueluti in Centrine.

ITAL. Azio à Venetis dicitur, quasi aculeatus. ea enim uox illis stimulum significat, quo punguntur boues. à Liguribus Aguseo, Rondeletius & Bellonius. Veneti Asilato uocāt, quasi aculeatum

aculeatum. nam stimulum, quo animalia punguntur, Veneti, præcipuè Patauini, à similitudine proboscidis asili tergora animalium penetrantis, asilum nominant, Massarius. Ligures Aguseo. Romani pesce Palombo, communi aliis quoque Galeis nomine: alij Scazone, Saluianus.

HISPANI Musole uocant, ut audio. Vide mox in Gallicis.

GALL. A nostris & Massiliensibus Aguillat, ab aculeis, nominatur. acus enim à Gallis Eguille dicitur. A Gallis Chien de mer, Rondeletius. Massiliæ Egullat. Lutetiæ & reliquis litoribus Oceani particulare nullum nomẽ habet: cùm unico, ut dictum est, nomine Canis omnes Galeos comprehendant, Bellonius. Galli quidam hunc piscem Aguillade uocant: alij Ferran, quòd aculei nimirum ceu ferrei quidam mucrones emineant: unde & Pastinacam aliqui Ferraza uocitant. Hispani Musole, ut audio: quod nomen à Mustelo corruptum uidetur. Rondeletius tamen non hunc, sed læuem, circa Monspelium Emissole uocari ait.

GERMA. F. Ein Thornhund/ein äschfarber Hundfisch/ mit zweyen dörnen auff dem rucken.

Galeus stellaris Rondeletij.



Hæc etiã icõ Venetijs effícta, ad Galeũ stellarẽ pertinere uidetur. Is piscis colore è subruffo pallet: maculisq́; crebris in dorso nigricantibus, alibi fuscis, distinguitur. Pinnæ ei in dorso, tres: post branchias, binæ: nec alias pictor ostendit: qui (ut suspicor) neque brãchias, neq; pinnas rectè expressit. Rostrũ etiã latius obtusiusque, quàm in cæteris apparet: & ad Mustelã magis accedit.



GALEVS asterias, id est stellatus, ut Gaza uertit, γαλεὸς ἀστερίας: à quibusdã ποικίλος, id est, uarius cognominatur. Maculę dorsi eius, aliæ stellarum speciem referunt, unde illi nomen, aliæ rotundæ sunt, Rondeletius. Sunt qui Galeum stellatum esse credant eum, (inquit idem,) qui à nostris Cato Rochiero, à Massiliẽsibus Catto algario uocatur, (*Gillium & Bellonium notat:*) sed non rectè, cum is oua testaceis quibusdam, ut ita dicam, membranis inclusa gerat, id quod Caniculis Raijsque tribuit Aristoteles, minimè uerò Galeis stellatis. ¶ Quanquam ποικίλοι γαλεοί, species una hîc à nobis nominanť, Aelianus tamen communiùs accepit. Canum enim non cetaceorum genera duo facit, unum κατεστιγμένον καὶ ποικίλον, quod priuatim γαλεὸν uocat. alterum paruum, (*concolor,*) ut in Centrine mox dicetur. Sunt & Caniculæ maculis uariæ, ideoque nebriæ, id est, hinnulares cognominantur. Porrò Pœciliæ

ſui generis piſces fluuiatiles ſunt. ¶ Fallitur qui hunc Galeum, Oppiani Pardalim putat: ea enim inter Cete & belluas marinas Oppiano eſt. ¶ Galeus Aſterias (inquit Saluianus) non eſt piſcis noſter 45. et 46. ut Gillius & Maſſarius ſuſpicati ſunt, propterea꜄ ꝙ ualde maculoſi ſint. Nã cũ ouum teſtaceo quodam inuolucro, figura tibiarum ligulis ſimili, contectum (quale ouum tum Catulorum ſeu Scyliorum, tum Raiarum eſſe, notauit Ariſtoteles) non niſi hi noſtri ex Galeis piſcibus habere reperiantur: hos Catulos, & non aſterias eſſe, fateri oportet. Iam cum Galeorum piſcium (qui Romæ peculiari nomenclatura peſci Palombi uocantur) duo ſint genera, ita inter ſe conſimilia: ut cum rebus omnibus prorſus conueniant, ſolis quibuſdam albis atꝗ; rotundis maculis diſtinguantur: has enim qui non habet Galeus, λεῖος, id eſt, læuis, cognominatur: qui uerò habet, ἀστερίας, id eſt, ſtellatus aut ſtellaris, ut Theodorus uertit: Oppiano γαλεὸς ποικίλος, id eſt, Muſtelus uarius. Cuius nos iconem non exhibuimus: propterea quòd tum internis, tum externis partibus, ſimillimus adeò læui Muſtelo eſt (ſolis dorſi maculis ab eo differens) ut facillimè ex illius expicta icone, hic etiam cognoſci poſsit. Hæc Saluianus.

GALL. A noſtris Lentillat dicitur, à maculis albis, lentis magnitudine, quibus depictus eſt, Rondeletius.

GERM. F. **Ein Sternhund/ein Fläckhund/ein Punterhund: ein geſtirnter oder gefläckter Hundfiſch.**

ANGLICE **A Sonehownd** (ſicut audio:) uel **Sonecow**: id eſt, fuſcus Canis. **Sone** enim Anglis ſignificat colorem fuſcum, ad cinereum uel cœruleum inclinantem. **Cow** eiſdem Vacca eſt. Hunc piſcem maculis nigris in cœruleo diſtinctum aiunt. Sit'ne is uerè ſtellaris, uel alia quædam Caniculæ Galei'ue ſpecies maculoſa, uiderint qui ad Oceanum habitant eruditi.

GALEVS Canis, uel Canicula Plinij, Rondeletio. γαλεὸς κύων. Longè alia eſt hæc Plinij Canicula ab eo Galeo quem Ariſtoteles Σκυλίον appellat, Gaza Caniculam. Eſſe autem hanc noſtram, Plinij Caniculam, confirmatur tum à nube oculos operiente, (quæ in nullo alio Galeo, præterquàm in hoc, & Galeo glauco, reperitur:) tum ob id quòd partes corporis humani nudas candidasꝗ; appetat. quam ob cauſam etiam ab his qui nunc in mari uerſantur, reformidatur, Rondeletius. ¶ Quod ad Canem Galeum (inquit Saluianus) licet Oppianus Aelianum tranſcribere uideatur: non tamen ambo de uno piſce loqui uidentur. Aelianus enim colore uarium faciens, non hîc exhibitum à nobis piſcem 41. ſed potiùs 45. noſtrum, uerè uarium, atꝗ; ab alijs Σκύλιον & σκύμνον appellatum, tertium Canum genus (poſt Carchariam & Centrinem) conſtituere uidetur. Oppianus uerò cum ſuum uarium non faciat, & à Scymno, id eſt, Catulo, diſtinguat, piſcem noſtrum 41. tertium Canum genus facit. Ariſtoteli ſimpliciter κύων eſt. (nam Carchariam Ariſtoteles non cognouit.) At Latinorum nullus, eius meminit. Nam Vergilius per Canes marinos, Plinius per Caniculas, Carcharias intelligunt. Plinius quidem ex Theophraſto Carcharias uertit Caniculas. Quare cum Latino nomine careat hic piſcis noſter, nos Græcam imitantes nomenclaturam, Canem galeum uocabimus. Hæc ille.

Canicula Plinij.

GRAECI huius ætatis Σκυλλόψαρο uocant.

ITALICE. Romani Lamiola, (quanquam & Maltham Romæ Lamiolam uocari, alibi ſcribit Rondeletius,) quaſi paruam Lamiam, quòd dentibus Lamiæ ſimilis ſit. Ligures (ſicut & Maſsilienſes) Pal; nimirum quòd oblonga corporis roſtriꝗ; in mucronem producti figura palum ſeu ſudim præ ſe ferat. uel à Palumbo: nam Galeum læuem à cutis colore Maſsilienſes Palumbum uocare Bellonius ſcribit. ¶ Canis Galeus (inquit Saluianus) Italicè peſce Palombo uocatur, nomine communi etiam alijs Galeis, acanthiæ ſcilicet & læui: peculiariter uerò, Canoſa. ¶ Gillius hoc Ariſtotelis Scylion putabat: Nonnullæ regiones (inquit) Caniculam (Italicè uulgò Caneglia) uocant.

GALL. Maſsilienſes (ſicut & Ligures, ut dictum eſt) Pal nominant. Circa Monſpelium Milandre & Cagnot, id eſt, paruum Canem.

GERMAN. **Ein Hundfiſch/ein kleiner Hundfiſch**: uel F. **ein Hündle**. Hoc animaduertendum, Germanos ad Oceanum, Phocam nominare **Seehund**, id eſt Canem marinum.

ANGLICE. **a Dogfiſſhe.**

Canicula

Canicula Aristotelis. Testaceum ouum (inquit Rondeletius) separatim depingendum curauimus: & in dissecta canicula mammas illas candidas, bifidamq́ uuluam, &c.



Galeus stellatus Bellonij, quem Rondeletius Scylion Aristotelis, id est, Caniculam facit: quanquam eicones parum conueniunt.

CANICVLA Aristotelis. (Vide quædam proximè retrò in Canicula Plinij annotata.) Σκύλιον, Gaza Caniculam interpretatur. Eundem (Galeum) nebriam, γαλεὸν νεβρίαν, appellari idē Aristoteles testis est: hoc est hinnularem, à maculis uidelicet. est enim colore ruffo, nigris maculis aspersis, cute peraspera, &c. Athenæus σκύμνον appellat, id est, Catulum. ¶ Bellonius Nebriæ maculas albas tribuit: & Massiliæ Nissolam uocari scribit: ut fortè hic sit ille Galeus leuis, quem Rondeletius docet in Prouincia Emissole uocari. Idem Bellonius hanc Pardalim Oppiani esse putat: cum is poëta inter Cete numeret. Nec alium Galeum ποικίλον, id est, uarium: quem alij asteriam dixerint. addit dentium eius morsum non secus lethalem esse, ac Draconis aculei puncturam. Tres (inquit idem Bellonius) huius piscis species animaduerti possunt. alius enim est crassus, niger, & recurtus: quem uulgus Massiliensium Guattum auguerum uocat, [*Cattum algarium uidetur interpretari Rondeletius, etsi icon ab eo posita, cum illa quam Bellonius dedit, non conuenit.*] Alius uulgaris, & paulò magis candidus. (*Huius etiam iconem addit, similem ferè iconi Caniculæ saxatilis Rondeletij: & similiter, ut ille, Roussetam nominat.*) Tertius Tyrrheno tantùm (quod sciam) litori cognitus, carnis iucunditate ac redolentia cæteros exuperat. Quamobrem Romanum uulgus Guattum muscarolū nominauit. nunquam is sesquilibram exuperat, stellulisq́ ut & toto corpore candidioribus est conspicuus. Hæc ille.

Catulus maior, (inquit Saluianus: utitur autem Catuli nomine pro Canicula,) Romæ Scorzone, Massiliæ Guat aughier: Gallis Roussete: Item alius, (*simpliciter Catulus,*) Romę pesce Gatto, *Scylia 2.* Massiliæ Gatusio: Gallis Roussete, sicuti & prior: Vterq; ab Aristotele ἐκ τῶ σκυλακιῶ (per syncopen Σκύλιον, id est, Catulus (uel paruus Canis, uel Canicula, ut uertit Theodorus,) uocatur. eodēq; Aristotele authore νεβρίας (id est Hinnulus,) appellatur à quibusdam. ab Oppiano atq; Athenæo, *Nebrius.* Σκύμνος, id est, Leonis catulus. ab Aeliano uerò Galeus nuncupari, tertiumq; Canum genus consti tui uidetur. Latinorum nemo horum piscium mentionem fecit. nam, Vergilij Canis marinus, ut & Plinij Canicula, Carcharias est. Gaza ex Theophrasto Carchariam rectè Caniculam uertit: at Scylion ex Aristotele, similiter, non rectè. Nos Scylia catulos appellabimus, ne homonymis utamur: & species duas faciemus, etsi ueterum nemo notauerit: quòd utrisq; quæ Scylijs ueteres tribuerunt, conueniant: sed ex his prior, Maior est: alter, Minor. Massarius & Gillius hos pisces, quòd colore uarij sint, asterias esse, falsò crediderunt. Hæc Saluianus.

ITALICE. Gatta. Veneti Guatta, &c. Vide in Latinis. LVSITANIS Cassaun, ni fallor.

GALL. Chat circa Monspelium; Roussete Gallis, nimirum à ruffo & subflauo colore. Massiliæ Gatto. Plura lege in Latinis.

GERMAN. F. Ein Fläckhund/ein gefläckter rotlachter Hundfisch.



CANICVLA saxatilis à Rondeletio dicta. Caniculam saxatilem (inquit) appellamus eam, quæ à nostris (circa Monspelium) Catto Rochiero: à GALLIS, ut superior, Rousſete uocatur. Aristotelis quidem Canicula in cœno & litoribus degit, ad summum cubitalis: hæc in saxis & alto mari frequentiùs, (quamobrem rarò capitur,) binos cubitos aliquando superans. ¶ Gillius & Bellonius Galeum stellatum hunc esse putabant, sed reprehendit eos Rondeletius. Vide scripta cum superiore.

GERM. F. Ein andere art des Fläckhunds/mag ein Steinhund genennt werden: daß er wonet vmb die stein im tieffen meer.



Alia Centrinæ galei imago, à Corn. Sittardo quondam missa: quam, cum hîc spacium non haberet, in sequentem paginam retulimus.

GALEVS Centrines (Rondeletij,) γαλεὸς κεντρίνης, Latino nomine caret Aristoteles & Plinius nusquam eius meminêre: quanquam Athenæus hæc tanquam Aristotelis uerba citet: Καὶ Κεντρίνην φησί τινα γαλεὸν εἶναι, καὶ Νωτιδανόν. ἐπαινετὸς δὲ ὁ ἐπινωτιδίας καλεῖ χείρονα δ' εἶναι τὸν Κεντρίνην καὶ δυσώδη. Sic Rondeletius. Notidanus quidem ex Athenæi uerbis diuersus à Centrine uidetur: nomen tamen ei à dorso, nimirum eminentiore factum apparet: quod in Centrine etiam præ cæteris Galeis, præcipuè circa ceruicem seu potiùs summam tergi partem, prominet. Λοφιὰ propriè dicitur in Suis ceruice surrecta seta: & hunc piscem Athenæus centrum (unde ei nomen) habere scribit πρὸς τῇ πρώτῃ λοφιᾷ, Rondeletius in ceruicis pinna interpretatur. At Galeus acanthias in dorso potiùs, quàm in ceruice, aculeos gestat, Rondeletio teste. Hoc etiam differunt (inquit idem) quòd Acanthias ex ouo uiuum fœtum parit, Centrines uerò oua duntaxat. ¶ Centrinæ Aeliano parui & pelle dura sunt, & capite acutiore, & coloris albedine à Galeis priuatim dictis, differunt. Eisdem innati sunt aculei duri, & aduersus omnia resistentes: quorum alter ad capitis (*immò dorsi*) summum uerticem alter in cauda est. hi uenenatum quiddam habent. Sic ille, & partim Oppianus. Inde conijcio eundem esse Porcum mar. Plinij, de quo ille: Inter uenena sunt piscium porci marini spinæ in dorso, cruciatu magno læsorum. Quin & Massiliæ alibiq; hodie adhuc Porcus uocatur. ¶ Hyænam piscem nonnulli Centrinam esse putant, non rectè. Hyænæ enim belluæ sunt marinæ, unde ἀπαίσιον ἄχθος ὑαίνης Oppianus dixit: Centrinæ uerò, inter Galeos seu Canes minimi, locis etiam nominibusq; diuersis ab Oppiano nominantur. ¶ Cur Canum genus à Galeis, id est Canibus minoribus, diuersum & peculiare Centrinas quidam fecerint, inducti uidentur à corporis specie nonnihil uariante. sunt enim cæteri Galei uarij, (maiores.) pelle molliore, capite latiore. ¶ Bellonius Centrinam pro Vulpecula pinxit, duabus eius iconibus exhibitis: quarum unam simpliciter Vulpeculam nominat: alteram Italicam Vulpeculam, quæ à Venetis Porco marino dicatur: atqui in descriptione discrimen nullum facit.

Porcus mar.

Hyæna.

ITALICE Porco marino, Bellonius.

GALLICE. Alij Bernadet, alij Renard, alij Humanthin uocāt. Nostri & Massilienses Porc: nec



nec id inepte, uel quia speciem Porci referat, uel quia Porci more in cœno se uolutet, Rōdeletius.

GERM. F. Ein Sauwhund, ex Porco & Cane composito nomine: hat auch dörn auff dē rucken wie der Thornhund: aber den oberen näher beym kopff: sind grösser/herter vnd schädlicher im stich. Retulit mihi uir quidam literatus, accepisse se à nautis Balthici maris, piscem uocatum Hundfisch/(speciem potius eius: hoc enim nimis commune est nomen,) aculeum in tergo habere, quo lædat naufragos: & captus forte in nauim proiectus, asserem quernum etiam perforet.

Saluiani icon nonnihil ab hac differt: nam pinnam partis supinæ ultimam non uidetur habere: & caudam in extremo magis acutam.



VVLPES Galeus, à Plinio Vulpes, ab alijs Vulpecula dicitur. Aristoteles sic appellatum innuit hunc piscem ab ingenij calliditate, qua Vulpem quadrupedem referat: Diphilus à gustu ingrato & graui, tanquam uulpinæ carnis: Rondeletius à caudæ longitudine. A Syracusijs Κύων πίων, id est Canis pinguis uocabatur, ut profert Athenæus ex Archestrato, his uersibus: Ἐν δὲ Ῥόδῳ γαλεὸν τὸν ἀλώπεκα, κἂν ἀποθνήσκειν μέλλῃς, ἂν μή σοι πωλεῖν θέλῃ, ἅρπαζον αὐτόν: ὃν καλέουσι Συρακόσιοι Κύνα πίονα, cum tamen neque adipem, neque pinguedinem ullam Galei habeant, Rondeletius. An uerò in illis Archestrati uerbis pro Κύνα πίονα, Κυνακπήνστρα, uel Ἀκιπήνστρα legemus? nam supra dixerat Athenæus Archestratum asserere Mustelum Rhodium esse Ἀκκιπήνστρα. Quoniam uerò omnium sapidissimum hunc piscem esse tradit, Vulpes autem nostra ubique uilis ac plebeius piscis existimetur: Archestrati Vulpem (inquit Saluianus) aut apud Rhodum solùm eiusmodi esse: aut præter aliorum antiquorum morem, quod magis credimus, alium ab hoc nostro piscem, tenerum & pinguem, Vulpem ab eo uocari arbitrandum. Sic ille. Galei quidem Rhodij iconem aliam ex Rondeletio dabimus inter fluuiatiles.

Κύων πίων.

Errant qui hunc piscem, Aprum marinum esse putarunt, propter corij nimirum asperitatem: quæ tanta in hoc pisce est, ut limam referat.

Aper mar.

Vulpes piscis est cetaceus, ex Galeorum genere, Aristotele teste: corpore rotundo spissoq́; ore paruo, non multùm infra rostrum, dentibus acutis. Caudæ pinna, quæ sursum abit, toto corpore longior est, falcis formam referens, altera multò minor. Animal parit. Fœtus uentriculo recipit, &c. Rondeletius.

GALL. Nostri à caudæ longitudine, figuraq́; ensi simili, peis Spaso nominãt: alij à caudæ longitudine, Ramart, (*Galli Vulpem quadrupedem uocant Regnard,*) Rondeletius.

GERM. F. Ein Meerfuchs/ein Fuchshund: ein Schwertschwantz/ ein Swwerthund.

Solus hic inter Galeos umbilico matri adhæret, &c.



GALEVS

GALEVS læuis, γαλεὸς λεῖος, hic uidetur (inquit Rondeletius) ex ipsa generandi ratione, quam ei Aristoteles adtribuit, & nos pictura expressimus. Fœtum enim cũ umbilico matri adhærente pingendum curauimus, ut à Caniculis, Vulpibus, alijsq́ Galeis discerneretur: cũ nullus ex Galeis alius sit, cuius fœtus secundis membranisq́ inuoluatur, uteroq́ matris per umbilicum alligetur. Interim non me latet alium esse Galeum, in quo cutis quàm in hoc sit læuior: quem tamen, cum eodem generationis modo non procreetur, Aeliani Glaucum esse asserimus. ¶ Bellonius Galeos læues nominat, quicunque aculeis dorsi carent: ex ijs uerò priuatim illum qui à cutis colore Massiliæ Palumbus uocatur, ab Aristotele lęuem dictum tradit. Læues quidem Galei non à cutis læuore dicuntur: omnes enim Galei aspera cute sunt, alij magis, alij minus: sed quoniam aculeis carent, ut opponantur acanthijs. ¶ Saluianus ob id læuem dici opinatur, quòd non aspera (ut reliqui ferè Galei) sed læui tectus sit cute. Latinorum (inquit) nemo eius meminit.

ITAL. A Romanis pesce Columbo dicitur, Rondeletius: qui alibi Orbem piscem Venetis Columbum uocari scribit: Massarius uerò Pastinacam Venetijs sic nominari. ¶ Romæ non secus quàm Asterias, peculiariter pesce Palombo uocatur. (nam Canes galeus atque spinax communi, & non peculiari nomine, pesci Palombi appellantur, Saluianus.

GALL. A nostris Emissole uocatur, Rõdeletius. Massiliensium uulgo à cutis colore Palumbus, Bellonius.

GERMANICE circunloquemur: Ein glatte art der kleinen Hundfischen / hat wol auch ein rauche haut / wie die Hundfisch überal: aber keine dörn auff dem rucken.

Icon hæc, non memini ubi olim mihi expressa, eiusdem Galei læuis, uel saltem ei coniungenda uidetur.



Glaucus Aeliani.

GALEVS glaucus Aeliani, quatuor aut quinque cubitorum magnitudinem attingit. Dorsum cœrulei est coloris exaturati, unde illi cognomen, uenter candidi, &c. Color quidem hic cœruleus in nullo alio Galeo spectatur: unde & Cagnot blau; id est, Canis glaucus siue cœruleus à nostris appellatur, Rondeletius. Hunc igitur Galeum, Aeliani glaucum arbitramur: qui catulos suos ore receptos abscondit. qui tamen ab Aeliano (& Io. Tzetze) simpliciter γλαῦκος dicitur, non γαλεὸς γλαυκὸς, ut Rondeletius nominat. Alius quidem fuerit Aristotelis & aliorum Græcorum Glaucus: qui cum aculeos multos, præacutos, ualidósque in dorso gerat: ab illis prohibetur soboles ore parentum recipi. Plinius Caniculis nubeculam quandam attribuit, qualis est in planis piscibus: quæ ex omnibus Galeis in hoc solo, & in Cane galeo comperitur. hic quidem Cani galeo sæuitia audaciaq́ non cedit. humanas enim carnes eodem modo appetit, cuius rei ipse oculatissimus sum testis, Rondeletius.

GALL. Cagnot blau, circa Monſpelium, ut ſuprà dictum eſt.
GERM. F. Ein Blawhund/ein blawer Hundfiſch.



Caput hoc Zygenæ depictum Cor. Sitardus ex Italia olim ad me dedit.



ZYGAE-

ZYGAENA piscis è Galeorum cetaceorum genere, sic dictus est à Græcis, (ζύγαινα,) à similitudine figuræ. quia ζυγὸν transuersum librile significat, ex quo lances dependent: uel simpliciter ἀπὸ ζυγοῦ, id est, à iugo: quod ut transuersum boum ceruicibus imponitur, ita in Zygæna caput ex transuerso situm est, Rondeletius. Latino antiquo nomine caret. Gaza Libellam transtulit: meritò (inquit Rondeletius:) est enim libella fabrorum lignariorum, cementariorumque instrumentum: quo rerum in plano positarum æquilibrium siue libramentum, & neutram in partem propendens situs exigitur. id ligno transuerso constat, in huius medio aliud erectum est, è cuius summo filum annexo plumbo demittitur. Hanc figuram piscis iste capite transuerso, & reliquo corpore in huius medio sito, aptè refert. Sic ille: cuius sententiam potiùs quàm Saluiani (qui ad huius instrumenti similitudinem hunc piscem accedere negat: & Gazam, qui Libellam uerterit, reprehendit) equidem approbârim. ¶ Qui hunc piscem Sphyrænam esse falsò putarunt, quòd capite malleum referat, Italico eiusdem nomine (Martello) malleum significante, (nam σφῦρα etiam Græcis malleus est,) decepti uidentur: ijs uerò qui Lamiam arbitrati sunt, dentium similitudo imposuit. *Libella.* *Sphyræna.* *Lamia.*

ITALICE Ciambetta dicitur: alicubi pesce Martello (*id est, Malleus, ut dictum est:*) alibi pesce Balestra: utrunque à similitudine figuræ. Aduertendum tamen est, non hunc, sed Aprum seu Caprum piscem, Romæ pesce Balestra uocari, Saluianus.

HISPANICE. Peis Limo, Limada, Toilandalo.

GALLICE. Massilienses peis Iouziou appellant, non à feritate (*ut Bellonius scribit*) sed à tegumenti capitis similitudine, quo olim Iudæi in Prouincia utebantur, Rondeletius. Massilienses à dentium sæuitie Cagnolam, & fortassis à deceptione Baratellam incerta nomenclatura dicunt: item Iudæum, Bellonius.

GERMAN. F. Ein Jud/ein Schlegel/ein Schlegelkopff/ein Schlegelhund.



CANIS Carcharias. κύων καρχαρίας. A Theophrasto simpliciter etiam καρχαρίας dicitur. Mare rubrum (inquit) belluis refertum est, plurimosque Carcharias habet, in tantum ut nare tutũ non sit. Quem locum interpretatus Plinius: In mari rubro (inquit) fruticum magnitudo ternorum est cubitorum, Caniculis referta, uix ut prospicere è naui tutum sit, remos plerunque ipsis inuadentibus. ¶ Dictus est autem Carcharias, quòd præ cæteris piscibus asperos, acutos, ualidosque dentes habeat. Rondeletius & Gillius Carchariæ eandem faciunt Lamiam, Nicandri Colophonij Gloss. sas secuti, qui Lamiam etiam Carchariam & Scyllam uocari scribit. Ego cum Oppiano potiùs distinxerim. hic enim poëta aliquoties Canes numerat inter Cete: de Lamijs uerò priuatim agit, &c. Fieri quidem potest, ut in nonnullis locis Carcharias alio nomine Lamia dictus sit, propter similitudinẽ: ab alijs uerò exactiùs suo discretus nomine. Bellonius in hoc potissimùm hos pisces distinguit, quòd Lamiæ os in anteriori capitis parte tribuit: Carchariæ uerò rostrũ in mucronẽ exporrectum. Lamia quidẽ (λάμια, λάμνη: quod nomen Grãmatici παρὰ τὸν λαιμὸν [id est, à gula, quã prægrandẽ hic piscis habet,] deducunt) à Plinio inter planos pisces numerat. Atqui Lamiã (inquit Rondeletius) cæterorũ Galeorum instar longũ esse spissumque piscẽ, ac rotundum, sensus ipse docet, dempta sola dorsi latitudine, qua à cæteris Galeis differt: quæque Pliniũ impulit, ut cum planis cartilagineis numeraret, cũ proculdubio in longis cartilagineis & cetaceis censendus sit. Plura de nomine Lamiæ in Italicis mox leges. ¶ Canis Carchariæ pars est etiam qui à Romanis Thyrsio (Θυρσίων) uocat, suauissimus ille & delicatissimus, siue tenerrimus, Athenæus lib. 7. Plinius Phocænam, Tursionẽ interpretat. Gladiũ quoque piscẽ, Canẽ & Galeoten uocari testis est Strabo. ¶ Carchariam Aristoteles non cognouit. nam qui simpliciter Canis ab eo uocatur, κύων γαλεὸς est, Saluianus. Vide etiam in Cane Galeo. In Sicilia hodie Raiam piscatricem uulgò Lamiam uocari, Saluianus author est: item Squatinam à Lusitanis Lamio.

ITALICE. Lamiæ nomen uetus in Italia, Prouincia & Hispania seruatum est, Rondeletius. Genuæ & Neapoli uetus Lamiæ nomen notissimum est, Bellonius.

GALL. A nostris (circa Monspelium) Lamio uocatur, Baionæ Frax, Rondeletius.

Hæc pictura Carchariæ Canis ad sceleton olim nobis facta est.

GERM. Carcharias & Lamia siue unus, siue duo sunt pisces, propter generis tamen naturęq́ cognationem uno nomine à Germanis appellari potest, ein Fraß oder Fraßhund, à uoracitate. uel à magnitudine ein Vrhund/ein grosser Hundfisch/ein Walhund. Bellonius apud Noruegos Perkfisch uocari scribit, quasi montanum piscem.

ANGLI nimium communi ad Canes & Galeos nomine Doggefishe nuncupant.

GLOSSO-

GLOSSOPETRA Plinij, ut uidetur, è lapidum genere; quam aliqui uulgò hodie Dentem Lamiæ nominant, alij Serpentis linguam.

GERMAN. Ein Stein / welchen etliche nennend Schlangenzungen: andere aber ein Hundzan võ dem grossen Hundfisch Lamia genannt.



MALTHA Rondeletij, μάλθη. Latino nomine caret. Suidas cum Prestide seu Pristi confundere uidetur. Oppianus apertè distinguit. Maltha cetus est δυσανταγώνιστος, id est, inexpugnabilis, uel difficilis expugnatu. Oppianus ab infirma corporis sui mollitie denominari eam canit. Μάλθη δ', ἣ μαλακῇσιν ἐπώνυμος ἀδρανίῃσι κῆτος. ¶Pinnis, cauda, internis partibus à Cane non differt, nisi quòd alba oculorum nebula caret. Caro ei est laxa mollisq;, non sensu modò, sed & facultate. aluum enim mollit cietq; succi lentore: inde etiam nomen habet, Rondeletius.



ITAL. Romani Lamiolam uocant, à dentium similitudine. dentes enim latos & acutos Lamiæ modo habet, Rondeletius. qui alibi quoque Caniculam Plinij à Romanis Lamiolam uocari scribit.

GALL. Nostri Sorrat uocant, Rondeletius.

GERM. Canem carchariam siue Lamiam interpretamur ein Fraßhund: Maltham uerò, ein kleiner Fraßhund, id est, Lamiam minorem; uel, ein art des Fraßhunds, id est speciem Lamię: uel, ein Blutthund, à mollitie corporis.

SIMIA marina quædam, cuius iconem qualem à Ioan. Kentmanno accepi, hîc exhibeo. Is Simiæ marinæ nomine è Dania sibi allatam scribit. Pinnas tanquam uolans extendit, ut pictura præ se fert: & inter duas in summo dorso pinnas aculeum retrò tendit, ceu Galeus centrines. os simum habet, non ut Galei in longitudinem protensum rostrum. branchiarum foramina quina apparent, obliquo inter os & oculos descensu. Color ei uiridis toto corpore: sed in dorso magis fuscus, ad latera pallidus. dentes lati & continui. Reliqua satis apparent in icone: quæ cum ad sceleton facta sit, in uiuo animali non omnia similiter se habere suspicamur. Testudineũ inuolucrum si accederet, Aeliani hanc Simiam facerem: quam in Mari rubro cartilaginei generis describit.

ORDO XI. DE PISCIBVS ORBICVLATIS.

DE ORBICVLATIS CARTILAGINEIS IN GENERE.

DE CARTILAGINEIS omnibus in genere diximus suprà ab initio Ordinis IX. Veteres eorum genera duo tantùm agnouerunt, Planorum & Longorum. nos Orbiculatos addidimus. Orbem certè Britannicum, cartilagineum esse, ossibus & spinis carere, sapore Squatinæ, à Turnero didici: an uerò is etiam adipe, ut propriè dicti cartilaginei, careat, nondum mihi constat. Reliqui si qui fortè cartilaginei non sunt, propter similitudinem tamen formæ, eodem Ordine collocandi uidentur. Rondeletius nullum certum ordinem eis attribuit: sed libro XV. inter pisces peregrinos, hos quoque numerat. ¶ Orthragoriscus Rondeletij, & altera eius species à nobis exhibita, etsi commune aliquid cum prima specie Orbis habere uidentur, corporis rotunditate ferè, & dentibus latis planisq́, &c. ego tamen genere toto prorsus differre arbitror. & primam quoq; hanc Orbis Rondeletij speciem à sequentibus omnibus (nisi Echinatum fortè excipiamus, cuius os dentesq́ similes apparent) genere diuersam esse coniÿcio.

Orbis Aegyptius Rondeletij.



Eiusdem alia effigies rudior, ad sceleton inueteratum olim nobis effi̇cta: quam, cum hîc poni deberet, & spacium deesset, in sequentem paginam posuimus.

ORBES uel Orbiculatos pisces appello, (inquit Rondeletius,) quòd in orbem & rotundã figuram circumacti sint. Horum aliquot sunt genera, quorum primum ex Orientis, alia ex Septentrionis plaga delata uidi.

Orbis primus Aegyptijs ex Nilo familiaris est. Capitur circa Saiticam præfecturam. genera eius duo sunt, ambo rotunda, corio duro contecta, ut lagenam imitari uideantur. Capitur uerò non ob aliud, quàm ut eius pellem tomento impletam, exteris uendant. Plinius Orchin, id est Testem, ob rotunditatem uocauit, alij uerò Orbem appellauerunt. Durissimum esse piscem constat, qui Orbis (*aliâs Orchis: sed Isidorus, qui plus quàm 900. ab hinc annis uixit: & alij, ut Aggregator, legerunt Orbis*) uocetur. Rotundus est & sine squamis, totusq́ capite constat, Plinius. Hęc omnia nostro Orbi conueniunt. est enim durissima, & propter aculeos aspera cute, cui cuticula alia tenuis subiacet. E mari Nilum subire constat: aiuntq́ uniones ex rore ore excepto concipere, & parere, quod falsum esse existimamus, Rondeletius. Aristobulus quidem apud Strabonem tradit nullum ex marinis piscibus in Nilum ascendere, præter Thrissam, Mugilem & Delphinum: eiusq́ rei causam addit. Quamobrem diligentiùs inquirendum fuerit, an Orbis quoq;, ut Rondeletius tradit, anadromus sit, hoc est, è mari subeat. ex tribus quidem iam nominatis piscibus, nullus idem qui Orbis esse potest: nec uerisimile est tam raræ in Nilo formæ piscem, & Nili accolis satis familiarem uulgoq́ notum, inter alios Nili pisces à ueteribus non esse cõmemoratum. quamobrem Physam Nili piscem Straboni & Athenæo nominatum, nõ alium quàm Orbem esse coniecerim. nomen enim Physæ ab inflatione factum apparet: & Orbis noster uesicæ instar inflatæ in globum tumere uidetur. Grammatici physan interpretantur follem, utrem, ampullam, uesicam, flatũ, aërem, pharetram, & Nili piscem: & Physcam crassius intestinum, quod inflari à coquis solet, ut farciatur. Idem fortè & Caluaria marina Ennij fuerit. neq; enim alium inuenio piscem, qui ad craniĵ formã magnitudine, rotunditate, & dentibus humanorum similibus, magis accedat. Lusitanicum quoque nomen Talpaire, inde corruptum uideri potest.

Orchis. *Physa.* *Caluaria marina.*

GRAECVM

GRAECVM uulgus Flascopsarum, id est Lagenam piscem nominat: propter rotunditatem corio duro contectam, Bellonius.

ITAL. Venetum uulgus perperã Columbum (pesce Colombo) nominauit, Bellonius. Mas-

ſarius Paſtinacam Venetis piſcem Columbum dici author eſt. & Rondeletius alibi Galeum læuem Romæ ſimiliter uocari.

GERM. Ein Ründling, à rotunditate: uel ein Fläſchling, à forma lagenæ. uel ein Egyptiſcher Lumpfiſch. Angli enim Lumpe in Oceano uocant aliam Orbis ſpeciem, de qua mox agemus.

ORBIS Scutatus Rondeletij. Hunc ita uocamus (inquit) ut à ſuperiore & alijs orbiculatis diſtinguatur. cuius nominis imponendi cauſa fuit os illud ſcuti forma, quod ea in parte, in qua in terrenis animalibus pectus eſt, ſterni uicem habet. Sunt qui Scutiferum appellant, *(recentiores fortè aliqui & indocti.)* Corpore eſt terete, mucoſo, capite magis exerto quàm ſuperior. A capite ad caudam uſque oſſa oui figura diſpoſita ſunt, inter quorum interualla aculei interiacent. Rarus eſt piſcis & non edulis.

GERMA. Hollandi, apud quos piſcem hunc uidi, Suetolt / alij Bufolt *(meliùs* Snotolſ) nominant, à muco quem ore emittit, Rondeletius. Hollandi alijq́; inferiores Germani Schnotolf uocant, quaſi Myxinum & Muconem. nam Schnot uel Snot illis idem eſt, quod nobis Schnuder, id eſt, mucus & pituita. In alijs maritimis Germaniæ tractibus, uel hunc, uel ſimilem, Seehaß appellant: id eſt, Leporem marinum, neſcio qua ratione, niſi fortè à forma oris. (ſed lōgè alius eſt Lepus marinus ueterum.) ego potiùs Seehan, id eſt, Gallum marinum appellârim, quòd eius ſceletos, ut ſcribit Rondeletius, ſuſpenſus, à qua parte uentus ſpirat, roſtro ad eam conuerſo, indicet: ſicut Gallus auis tempeſtatis mutationem cantu denunciat. unde & Lyram Rondeletij, Germani ſimiliter uocant ein Seehan.

ANGLI hunc piſcem a Lumpe uocitant: & eodem nomine maſſam aliquam rotundam, informem, cuiuſmodi ferè hic piſcis eſt. noſtris quidem Lump eſt ῥάκος, id eſt, cento, linteum attritum, ueſtis lacera.

ORBIS Echinatus ſiue Muricatus Rondeletij. Hic etiam (inquit) in Septentrionali Oceano capitur, manifeſtis notis ab alijs diſsidens, nempe aculeis plures cuſpides habentibus, muricum (machinularum ferrearum quadam ſimilitudine.) His quidem aculeis totus hic Orbis adeò riget, ut manu tollere non poſsis, niſi cauda extrema apprehenſa. Sunt qui Hyſtricem ab aculeis non ineptè appellent. *Hyſtrix.*

GERMAN. Ein andere art des Schnottholſen/oder Lumpfiſchs: mag ein Igelfläſch oder Stahel_lumpe genennt werden.

ANGLI, ni fallor, hunc priuatim Lump appellant: & in cibo (ſolum opinor in hoc genere) commendant, ueluti pinguiſsimum lautiſsimumq́;, cute detracta. Audio frequentem eſſe in Anglia: rubentem colore infantis recens nati, laudari: album non item, ſanguine abundare.

ORBIS



ORBIS Oceani species alia, cuius picturam, ut ab amico quondam accepi, Germanico Leporis marini nomine, hîc apposui. Lepus quidem marinus Apuleij uideri potest; de quo leges mox in Orbe Britannico.

GERM. Ein andere art des Schnottfischs oder Seehasen.



ORBIS Britannici siue Oceani species, nescio an præcedentium alicui eadem, cuius picturam ut accepi quondam, apposui: quam cum ad Guil. Turnerum Anglum misissem, ut ipsius audirem sententiam, his uerbis rescripsit: Imago hæc Lumpi planè nostratis est: uerùm duæ posteriores pinnæ abundant, nam tales in pisce, quem ego recenter captum uidi, & postea comedi, nullæ comparebant. Deest etiam sub mento, ut ita dicam, rotunda cauernula, cætera omnia bene conueniunt. Et alius quidam Anglus, indicauit hunc piscem, Lump nomine, reperiri iuxta Cornubiæ (postremum Angliæ) promontorium. prominentias autem illas, quæ osseæ fortè alicui uideri possent ex pictura, callosas esse, quibus adhæreat scopulis, quod piscatores testantur. dorsum rubicundum, uentrem album haberi: piscem ipsum in magnis delicijs reputari. ¶ Et rursus in epistola ad me Turnerus: Lumpus noster (inquit) non potest esse Orbis (Aegyptius) Bellonij. est enim edulis, cartilagineus. nam ossa aut spinas intus non habet, sed eorum loco cartilagines. eiusdem est saporis, cuius Squatina. Duas tantùm habet pinnas, & eas infra branchias. In singulis lateribus ternas habet aculeorũ aut recuruarũ spinarũ ordines, à capite ad caudam usq; porrectos. In summo tergo unicam talem habet spinarũ seriem. Spinæ iam dictæ rubi spinas mirè referunt, *(inde Batum rotundum appellare licebit,)* nisi quòd nõ ita recuruæ sunt. Vmbilicus ei prominet in uentre portentosæ magnitudinis. Sub mento rotundum quiddã circuli instar apparet: quo se solo aut lapidibus affigere interdum uidetur. Caput habet Ranæ simile: & oculos admodum paruos. Tota cutis summa, tactu aspera est. *Batus rotundus.*

Lepus marinus Apuleij in Apologetico (quanquam dubitat an sic sit uocandus) cum cætera sit exossis inquit, duodecim tamen numero ossa ad similitudinem talorum suillorum in uentre connexa & catenata gerit. Vnde apparet eum non esse Leporem marinum ueterum Græcorum. is enim in genere Mollium est, quæ omnia ossibus carent. Conijcio autem hunc esse piscem, qui à Germanis quoq; ad Oceanum Seehaß uocatur, id est, Lepus mar. nescio qua ratione, nisi forma oris, qualis unus potissimum est, proximè ante hunc exhibitus: cui os fermè Ranæ est, non prominens ut cæteris, nec denticulatum, item Orbis Britannicus à nobis dictus. In his enim propter orbiculatam figuram spina dorsi per uentrem nimirum transire uidetur, cuius uertebræ ceu Orbiculi quidã (siue ossei, siue cartilaginei potiùs) inuicem catenæ instar nectuntur. Rondeletius qui- *Lepus marinus Apuleij.*

dem de Orbe scutato, ut ipse cognominat, sic scribit: A capite ad caudam usque ossa oui figura disposita sunt, inter quorum interualla aculei interiacent. Ea quidem numero duodecim esse coniicio: quoniam etiam foris per medium corpus prominentię ceu osseæ, uerius callosæ in duobus iis quos dixi Orbibus, totidem uisuntur. Sed hæc doctissimus Turnerus: aut alius quispiam harum rerum studiosus in Angliæ Germaniæ'ue ora, diligentius perpendet. Sus quidem talo caret probiore, cum inter solipedes & bisulcos ambigat, authore Aristotele. quare fœdos Suum talos esse etiam Plinius ex philosophi uerbis repetiit.

GERM. Ein art des Lumpfischs oder Schnottholfs/ möchte wol über, ein kommẽ mit einem auß den vorgesetzten.

ANGLICE A Lump, à specie rudis & informis frustuli. Non desunt qui nominent a Seeoul (*id est, Noctuam marinam.*) SCOTI uocant a Paddel, (*nimirum quòd capite Ranam referat,*) Turnerus.



ORBIS Gibbosi, siue natura, siue arte aut ui: qualis ab amico uiro erudito ad me missa icon est, talem posui. Græcè Νωτιδανός dixeris à dorso eminente, sicut & Νωτιδανός uel Ἐπινωτιδεύς Galeus quidam nominatur apud ueteres. Reperitur in Balthico Oceano, corio crasso & tenaci, &c. Spinæ sunt ceu rubi, sed mucrone recto. Dorsum in aciem acuminatum in carinæ modum.

GERMAN. F. Ein Hogerlump/ein art des Schnottholfs mit einem hohen rucken.

ORBIS oblongus. sic enim appellare libet, quòd cæteris, rotunditate tantùm excepta, similis uideatur, eodemque nomine à Germanis Snotolfi nomine appelletur. Hunc amicus quidam ad sceleton depictum misit; fierique potest ut quædam ui aut arte in eo à naturali habitu deprauata sint. Mucosus est admodum, (ut monuit, qui misit:) nec osseum, nec carneum quicquam habet, mucoso tantùm lentore expletur. Captu difficillimus. nam ubi hamum uel retia senserit, suum illum mucum euomendo, lubrica reddit omnia, contractoque in orbem exuuio prosilit.



ORTHRAGORISCVS, uel Luna piscis, Rondeletii. ὀρθραγορίσκος. Piscis hic Luna uocatur à nostris (inquit Rondeletius,) quia extrema corporis parte, quæ pinnis subest, Lunę crescentis figuram aptissimè refert: uel quia demptis pinnis toto corpore rotundo est, Lunæ plenę instar: uel quòd noctu splendeat: Sed longè alius piscis est Aeliani Luna, hodie ignotus, nisi fortè Seserinus sit. Sed neque Rota Plinii est, ut Gillius putauit, quanuis Massiliæ Mole uocetur à rotunditate. At Plinii Orthragoriscus uidetur, de quo ille sic: Appion maximum piscium (*non quidem cetorum*) esse tradit Porcum, quem Lacedæmonii Orthragori-

Rota. Orthragoriscus.

thragoriscum uocant. grunnire eum cum capiatur. Noster certè hic piscis (piscis inquam, non cetus) admirandam in molem excrescit, utpote qui quatuor uel quinque uel sex cubitorum molem æquet. & dum capitur, Porci modo grunnit, cuius rei ego auritus sum testis. eius soni causa rima est branchiarū stricta, neque solùm Porco grunnitu, sed etiam aspectu, cauda Porci pedibusque demptis, similis est, Rondeletius. ¶ Orthragoriscus pro porcello, Lacedæmoniorum glossa seu dialectus uidetur, siue de quadrupede, siue de pisce dicatur. ¶ Caro eius cocta glutinum ex tergoribus boum confectum refert, uel Sepiarum salsarum & coctarum carnem. præter carnem, adipis multum habet Porci modo. In nostro mari aliquando capitur, sed rarissimè. ¶ Huius piscis (inquit Saluianus) à ueteribus Græcis atque Latinis scriptoribus mentionem nullam factam credimus: quare cum uulgo Molam uocamus, à figura ferè rotunda. Ea quidem quæ ueteres Rotæ pisci tribuunt, huic non conueniunt. Piscis est cartilagineus, uiuiparus, ouis intra se conceptis. *Mola.*

ITAL. Bota uel Bottaccio uocatur. hoc uocabulum eis dolium significat, siue labrum aut lacum. Talis quidem forma etiam Orcæ inter Cete nominis causa fuit: ut hic sit Orca piscis: sicut ueterum Orca, Orca cetus. ¶ Saluianus Italicè etiam, ut Massiliæ, Mola uocari scribit.

HISPAN. Bout. Vide mox in Gallicis.

GALL. Circa Monspelium Lunam uocant, ut dictum est. Massilienses Mole (*Rotam quoque puto Molam uocari alicubi: sed hæc non est Rota*) uocant à rotunditate, quòd molæ molendinariæ similis sit. Hispani Bout appellant. Nonnulli ex nostris, qui Prouinciam Hispaniamque frequentarunt, utraque coniuncta appellatione Molebout nominant, Rondeletius.

GERMANI Mon uocare poterunt, quod uocabulum eis Lunam significat. uel Monfisch: quoniam & Galli circa Monspelium sic appellant, uel Sauwfisch, id est, Porcum piscem, ut differat à Delphino, qui simpliciter Porcus marinus dicitur à Germanis, *ein Meerschweyn*. piscis enim non est, sed cetus.



ORTHRAGORISCI alia species: quam Venetijs depictam uir quidam nobilis Gallus ad me misit, unà cum descriptione: Piscis Cal. Martij, anno Salutis 1552. non longè à Venetiarum ciuitate captus est: qui primo aspectu massa carnea potiùs existimabatur quàm piscis. forma in orbem uergebat. corio sine squamis & pilis tegebatur. Os in arctum colligebatur, ut pro beluæ magnitudine miraculo fuerit. Oculi patentes, prominentes, & ampliores quàm bobus. Branchiæ detectæ, carnosæ, læuesque. Pinnæ in lateribus dodrantales. Tuberculum habebat in fronte durissimum. Maxillæ utrinque dentium uice continui ossis soliditate armabantur, &c.

GERMAN. Ein andere art des Monfischs/zů Venedig gefangen.

ORDO XII. DE CETIS PROPRIE DICTIS.

DE CETIS IN GENERE.

Cete propriè. CETE (Κήτη) ex aquatilibus propriè dicuntur, quæ perfectum animal ex semine, non ex ouo, gignunt, ut Delphini, Balænæ, Phocæ. Et hæc pleraque omnia prægrandi sunt corpore: quod sanguine alitur, ossibusq; fulcitur, similiter ut terrestrium respirantium. & cum multo calore natiuo abundent, cordis refrigerandi gratia pulmones etiam hæc omnia habent. Minimum in hoc genere Phoca uidetur: inde Phocæna, Delphinus. maxima uerò, Balæna, Physeter, Pristis. *Impropriè.* Impropriè uerò aliquando Cete dicuntur, alia etiam aquatilia animalia grandiora: ut ex piscibus cùm alij maiores, ut τεμαχῖται cognominati, quòd in tomos segmentá ue scissi uendantur: *Thynnus.* tum præcipuè Thynnus: qui aliquando etiam simpliciter Cetus dicitur, præsertim ubi ad summum incrementum peruenerit. hinc Thynnopolæ, à Latinis Cetarij dicuntur. *Cartilaginea maiora.* Ex Cartilagineis longis Canem siue Lamiam magnitudine præcipua esse puto. inter planos uerò eiusdem generis Bouem: quanquam & alius Bos esse uidetur generis Cetorum propriè dicti. *Testudines.* Testudines etiam aliqui Cetis adnumerãt, impropriè, ut ego iudico. quadrupedes enim ouiparæ sunt. Verùm hæc omnia ferè Cetacea cetariáue, seu pisces cetacei, potiùs quàm cete uocari debebant: κητώδη ζῶα, ἢ ἰχθῦς κητώδεις μᾶλλον ἢ Κήτη. Pisces propriè dicti omnes, branchias habent, & ouipari sunt.

Cete cuius inflexionis & generis. Cete plurali numero, genere neutro, Latini ueteres ferè dicunt, Græcos imitati: nec alium ferè casum Græcæ declinationis apud Latinos reperias. Celsus quidem Cêtos in singulari numero, genere neutro dixit: & similiter Plinius, accusandi casu singulari. Cetarij dicuntur à cete, qui maiores sunt pisces, Massarius. Græca declinatio τὸ κῆτος, κήτη: ut βέλος, βέλη. nam Latinè sic declinari non potest, Seruius. *Cetus, hic.* Plautus & Festus Cetum in accusandi casu singulari, genere masculino dixerunt, declinatione secunda Latinorum more, in qua casus formari omnes possunt. *Pistrix.* ¶ Quoties Aratus κῆτος habet, à Cicerone semper uertitur Pistrix, Perionius. Vide infra in Serra. ¶ Omnibus maximis beluis dux est exiguus, oblongo corpore, cauda tenui. Κήτει δ' ἐκπάγλως κεχαρισμένος ὄβριμ' ἑταῖρος, Oppianus libro 5. ubi Κῆτος generis nomen pro specie posuit, Balæna fortè. nam & Festus: Balænam (inquit) beluam marinam, ipsam dicunt esse Pistricem, ipsam esse Cetum. Et uulgò quidam Cetum pro Balæna accipiunt, excellentia quâdam, quòd hæc in cetaceo genere fera maxima sit.

Beluæ mar. Cete Latini Beluas marinas etiam uocarunt, ab immanitate, opinor, & magna cum terrestribus beluis similitudine. nam eodem modo concipiuntur & gignuntur: & pulmones habent, renes, uesicam, testes, mentulam fœminæ uuluam, testes, mammas. Carnis quoque substantia non multùm à terrenis discrepant. Externis uerò partibus mutilatæ sunt, naribus carent: item pedibus (*præter Phocas, Hippopotamos, & alia fortè*) auriculis, mammæ papillis, Rondeletius. Beluam (*alij l. duplici scribunt belluam*) pro Ceto Plinius dixit, Festus beluam marinam, Horatius belluam Ponti, Ouidius feram. *Θῆρες.* Græci etiam θῆρας aut θηρία uocant Cete, præsertim homini noxia, θῆρα πόντου quidam. Monstra Vergilius dixit, pro cetis raræ & inusitatæ formæ.

Hebræis Thannin, Thannim, & Leuiathan nominantur. ¶ Cete, ut diximus, omnia respirant: aquam uerò non refrigerationis gratia, ut pisces, sed obiter dum cibum capiunt, ore coguntur accipere: *Fistula.* eamq; mox respuunt per fistulam (αὐλὸν, φυσητῆρα,) quæ eis ante cerebrum sita est. Edita etiam per summa æquoris fistula dormiunt & spirant. Hanc Cete maiora omnia habent usque ad Delphinum: Phocæ uerò pro fistula foramina duo sunt ante oculos narium loco: & similiter Testudinibus, quæ tamen Cete propriè non sunt.

Dentes. Dentibus ita differunt. Truculentos habet Orca: Delphin multos quidem, sed paruos & minùs noxios: Phoca Luporum terrestrium dentibus similes. Testudines dentibus carent: sed pro his maxillarum pyxidatas commissuras habent.

Victus. Victu etiam differunt. nam Balænæ aqua & spuma maris uescuntur: Orca & Phoca piscibus.

Cætera, ut diximus, animal uiuum concipiunt pariuntq;. Testudines uerò ob integumenti duritiem, & compressius latiusq; corpus, uiuum animal in utero gestare non possunt, ut Rondeletius scribit.

GERMANI Cêtos omne Wallfisch appellant: quod nomen à Balæna factum uidetur, & ad illam propriè pertinere.

ANGLI similiter Whale/Whalefishe.

ILLYRII Sum, ut quidam aiunt: ego Silurum propriè Sum ab eis appellari puto.

Delphinus

Delphinus fœmina cum fœtu masculo, ut Rondeletius exhibuit.

Alia Delphini pictura, quam à Corn. Sittardo habui.



Delphini Caluaria è libro Bellonij

Ex eodem, Delphini matricis cum fœtu efformatio: quæ Phocænæ etiam conuenit.

Ex eodem, Antiquissimi numismatis ærei pictura: quod Delphinos duos dorso repando curuos ostendit, non quòd eiusmodi uerè sint: sed ita pictores aliiq; ad impetum opinor eorum, sagittæ instar è neruo sese iaculantium, exprimendum, fingere solent.

DELPHINUS uel Delphin. Δελφίν, Δελφίς. Cognominatur ἱερὸς ἰχθύς, & παιδεραστής, & φιλάνθρωπος, ab amore quo pueros & homines prosequitur: & Simo, quòd hoc nomine delectetur. *Simo.* Nonnulli Delphinos, Berellos uocant: eò quòd (ut Alberti uerbis utar) ante naues aquã euomant. *Berellus.* Delphinus tanquã genus Phocænam sub se comprehendit, teste Aristotele: qui scribit Phocænam Delphino similem esse, sed minorem: & à compluribus Delphini genus esse existimari. *Phocæna.* Et Aelianus de Taprobanæ insulæ piscibus loquens, Balænas Thynnis insidiari scribit: atque horum duo genera illic nasci: alterum ferum, dentibus serratis, & inexorabili immanitate piscatoribus infestum: alterum natura mansuetum circum homines natare, & more canum blandiri, & se contrectari sustinere, atque obiectum cibum sumere.

GRAECIS hodieque nomen retinet.

Apud plerasque Europæ gentes etsi Delphini nomen passim audiatur, & à pictoribus alijsque figura eius effingatur, in Oceano tamẽ eo nomine piscem nullũ norunt piscatores. alijs enim nominibus barbaris, singulæ suis, Delphinum nuncupant. In hoc pleræque gentes cõueniunt, quòd Porcum mar. Suis uocabulis appellãt: & sanè Græca etiam Delphini nomenclatio, ad Delphacem, id est, Porcum in eâdem lingua sic dictum, accedit. pinguissimum enim animal est: & Porco terrestri pinguedine lardoque non cedit: cui & interiora similia habet, costas, iecur, intestina, & reliqua pleraque. Porci quidem marini, pisces diuersi, à ueteribus dicti, longè alij sunt.

ITAL. Delfino.

GALL. Vulgus nostrum marinum anserem appellat, Oye de mer: quoniam rostro tereti, tenui, & oblongo Anseris in modum conspicitur, Bellonius. Ab accolis maris mediterr. Delphin uel Dauphin uocat, à quibusdã Oceani accolis Marsouin uel Mersouin *(uocabulo Germanico)* quasi maris suem dicas: à Gallis Becdoye, quòd prominentiore sit rostro, Rondel. ¶ Britanni & Armorici in Gallia Morhouch uel Morho appellãt, uocabulo similiter Porcum marinũ significante.

GERM. Meerschweyn à Germanis dicuntur circa Suerinum & alibi, cõmuni nomine Phocæna & Delphin. Sunt enim inter se similes: nisi quòd rostro porrectiore & anserini instar prominẽte Delphinus est: & ut plurimùm gracilior, magis carnosus, minùs pinguis, maior alioqui. Phocæna, minor: sed dorso latiore, rostro obtuso. Orcæ etiam, quam Oudre Galli uocẽt, Bellonius cõmune nomen Gallicum Marsouin (à Germanis acceptum) facit: quum ea Delphino nõ parũ maior sit. Nos distinctionis causa nomina imponemus, ut Delphinus dicat ein Ganßschweyn, composito ab Ansere & Porco nomine: uel, ein Meerganß, quod est Anser marinus: nã & Galli quidam sic uocant. Phocæna simpliciter ein Meerschweyn, uel ein klein Meerschweyn, id est Porcus marinus minor. Orca uerò, maior: ein groß Meerschweyn. ¶ In Frisia orientali Phocænam uocant ein Brunfisch: quod nomen eadem ratione, qua Meerschweyn, Delphino etiam & Orcę accommodari poterit.

ANGLI Phocænam præcipuè, sed etiam Delphinũ, ut puto, Porpose (in Northumbria Porpeß) appellant, Gallico nomine (ut apparet) ex Porco & pisce composito, quanquam Gallis ipsis non usitato.

POLONI Morska swinia.



PHOCAENA (φώκαινα) Delphino similis est, nascens in Ponto. sed interest, quòd Phocæna minor est, dorso ampliore, colore cœruleo. plures genus Delphini esse aiunt, Aristoteles. Gaza pro Phocæna interpretatur Tursionem siue Tyrsionem, motus nimirum Plinij uerbis, qui Delphinis similem facit Tursionem, ut Aristoteles Phocænam. *Tursio.* Delphinorum similitudinem habent qui uocantur Tursiones. distant & tristitia quidem aspectus: abest enim illa lasciuia: maximè tamen rostris, *(ego hîc distinguo: quod Iouius & Rondeletius non faciunt)* Canicularum maleficentiæ assimilati, Plinius. Idem Aristotelis uerba, Ἔξω γὰρ φαλαίνης καὶ δελφῖνος οὐδὲν θηρίον ἐν τῷ Πόντῳ: καὶ ὁ δελφὶς μικρός: sic transtulit: In Pontum nulla intrat bestia, præter uitulos & paruos Delphinos. quo in loco pro φαλαίνης, φώκης eum legisse apparet. Ephesius φωκαίνης legit. ¶ De uocabulis Tursio, Torsio, Thurio, Thursio, Θυρσίων, Tomus Thurianus: leges suprà in Gladio. ¶ Φῶκος cetus est marinus, Delphini similis, Varinus. Phocænæ nomen fortè à Phoca factum fuerit, quòd similiter præpinguis sit, lardoque abundet.

Phocænæ nomina diuersis in linguis tribui possunt, quæcunque in Delphino recitauimus, minoris tantùm differentia adiecta: & similiter Orcæ, epitheto maioris expresso.

GALLICE Marsouin: id est, Maris sus, ob corporis crassitudinem (obesitatem:) Delphino is similis est, sed differt tristi corporis habitu gustuq;: maximè uerò rostrum Canicularum rostris simile habet, ut in Galeis uidere est, Rõdeletius. Meduli & Baonenses, Delphinos minores, Marsupas uocãt: alios Marsuinos, quasi marinos sues. Duo genera: alteri rostrum porrectius: alterum minus, simum, Scaliger. Plura lege in Delphino.

GERM. Meerschweyn das kleiner/ ein Brunfisch in Frießland: Sůch im Selffyn.

ANGLICE. Phocænam, quam Angli in Northumbria uocãt a Porpess, in Orientali Frisia, in qua ad integrum degi quadrienniũ, quo tempore duas integras emi Phocænas, & emptas, certioris cognitionis causa, dissecui, scio uocari ein Brunfisch, Turnerus.

Phocæ icon qualem ab amico olim accepi. Aliam accuratiorem, à Rondeletio exhibitam, reperies in fine libri: & alteram quoq; Phocæ Oceani.

PHOCA (mediterranei maris.) φώκη à Græcis dicitur, ducto nomine ex βώκη, ob boatum siue mugitum quem edit. Phocam appellauit Vergilius. à Plinio, *Vitulus mar.* Gaza & alijs Vitulus marinus uocatur: cuius nominis rationem secutæ sunt gentes multæ, Rondeletius. Phoca cêtus est, etiamsi ossa cartilaginosa & molliora cæteris cetis habeat. εἰνάλιον κῆτος, Phocã significat (Homero) non quoduis cetaceum animal, Varinus. Plinius modò Vitulos marinos nominat: modò Vitulos simpliciter: cum de marinis sermonem esse ex argumento uel adiunctis constat. Ipsis in somno (Vuottonus legit sono) mugitus, unde nomẽ Vituli. Non uerò mugitu solùm, sed & maxilla superiore, & naribus, Vitulum terrestrem refert: &, si aures excipias, Vitulo terrestri ualdẽ similis est, ut Rondeletius obseruauit. Pierius Valerianus à specie tergoris, Boum instar uillosi, nomen inditum putat. ¶ Bocas genus piscis à boando, id est, uocem emittendo appellatur, Festus. *Bocas.* Hermolaus hunc esse suspicatur piscem, qui Box à Græcis appelletur. sed eum uocalem esse nemo tradidit. quare Phocam potiùs intellexerim hoc nomine, quæ boat mugitq;ue: etiamsi piscis ea non est, sed cetus. Box quidem Græcè dictus piscis, à Theodoro Voca conuertitur. ¶ Phocæ sunt marini boues, Seruius & Isidorus. *Bos marin.* Massilienses uulgò Boues marinos appellant, Gillius. Scriptor de nat. rerum alicubi etiam Vaccam marinam uocat. Alius est Bos marinus plani & cartilaginei generis. ¶ Albertus Phocam, etiam Lupum marinum nuncupat: & alibi Canem marinum, quoniam Germani similiter appellant. *Lupus mar. Canis mar.* Quanquam autem dentibus ac maxilla superiore Lupũ refert, authore Rondeletio: & rapax uoraxq; est Lupi terrestris more, (unde & Hispani Lupum marinum uocitant:) mihi tamen hoc nomen non placet, cùm ut retineamus uetera potiùs, tum ut homonymiam uitemus. nam & piscis quidam rapax, Lupus appellatur: & à Bellonio quadrupes quędã perfecta. Eisdem de causis, Canis etiam marini ac Bouis mar. nomina non probo: ne

cum

cum Canibus Galeis & Bobus diuersis confundantur. ¶ Barbarica sunt apud Albertum, Isidorum & similes scriptores, Koky, Helcus, Felchus, Kochi, pro Phoca. In Abinsceni libris translatis Cokium legebatur: Bellunensis restituit Chuchi, & alibi alchufi. Isidorus quidam Caab animal memorat, cui attribuit quædam Phocæ, quædam Elephanto propria.

Animal est amphibium, nam in mari degit, & aërem haurit spiratque, & dormit in terra. egressusque in eam parit in litore. diutius tamen in mari quàm in terra immoratur, cibumque ex humore petit.

ITALI Vechio marino uocant, Rondeletius: id est, Vitulum mar. Alij, præsertim Genuenses, Buo uel Boue marino, hoc est, Bouem marinum.

HISPANI Lóbo marino, id est, Lupum marinum.

GALLI Veau de mer, hoc est Vitulum marinum. Masilienses Bouem marinum. aliqui Lupum marinum.

GERM. Quem uulgus Germanicum uernacula lingua nunc Lupum marinum, nunc Canẽ nominat, Phoca est, Sig. Gelenius in epistola ad me. Lupus marinus, Germanicè Meerwolff dicitur: Canis marinus, Meerhund, Flandri pronunciant Seehond. quo nomine de Phoca Germani etiam circa Suerinum utũtur. Canes Galeos uocant Hundfisch, id est, Canes pisces: Phocas uerò simpliciùs, Canes marinos. Plerique inferiores Germani non Seehund, quod nomen à mari & Cane probè compositum est: sed Selhund uel Sälhũd pronunciãt, nescio qua ratione, nisi quòd Angli hanc bestiã a Sele uel Seale nominant. sed l. litera fortè abundat: nã & Cochleã marinam Seelslecke appellant. E Phoca propriè esse puto lardum illud, quod Salspeck uocatur, non è Delphino, ut quidam rentur: nisi ex eo quoque impropriè sic uocetur. Frisij Phocam ein Rub indigetant. Audio & Seekalf nomen, quod Vitulum marinum significat, alicubi in usu esse: nos Meerkalb diceremus. Süch wyter in der nachgenden figur.

ANGLI nominant A Sele uel Seale, ut dictum est: uel a Sea caulfe.

POLONI Morskieciele, id est, Vitulum marinum.

SCYTHAE. Ex Scythis circa finem Asiæ Septentrionalis duci Moscouiæ subiectis, propiores Oceano sunt Iuhri & Coreli: qui capiũt Balænas seu Vitulos & Canes marinos, quos ipsi Voruol appellant, Matthias à Michou.

PHOCA alia Oceani. Hoc animal etsi paulùm diuerso sit corporis habitu à superiore, nihilominus tamen Vitulus est marinus qui nascitur in Oceano, corpore crassiore est, magisque in se collecto, &c. Rondeletius.

ITALICVM, HISPAN. GALL. & aliarum gentium nomina prædicta sunt in Phoca mediterranei maris. distinctiùs quidem nominaturi, illam simpliciter Phocam, uel potiùs cum adiectione mediterranei maris Phocam: hanc uerò Oceani nominabunt.

GERMAN. Ein Seehund/Selhund/Sel/oder Rub im hohen meer (Oceano:) dann die obgesetzt figur ist von einem Sel/wie er im kleinen meer (mediterraneo) gefunden wirt.

PHOCAE Oceani cognata uidetur bellua, quæ à Moschis appellatur Mors, à quibusdam Rosmarus. Vide infra inter Cete ex Olai Magni Tabula.

BRETHMECHIN (Arabico uocabulo, ut coniicio) nominari aiunt belluam, cuius iconem hîc posui, à nobili & doctissimo uiro Theodoro Beza mihi communicatam: addebat ille, nimirum ut à mercatoribus acceperat, inuentam esse in Iaua insula, nostro tempore, anno Domini 1551. Aprilis die 14. longam circiter decem cubitos fuisse inter caput & caudam: altam cubitos duos cum dimidio: animal esse amphibium, ad uiuum depictum. Pictura magna ex parte rubri coloris est, quibusdam in locis cœrulea, &c. Cauda instar equinæ diffunditur: diluti coloris cœrulei est, punctis distincta rubris. Vngues leonini ferè aut pantherini uidentur: ut cauda quoque pantheræ caudam referre.

SERPENTIS Indici nomine, monstri huius eiconem Hier. Cardanus olim ad nos misit, Mediolani in macerie quadam reperti. nec aliud addidit. Sed cauda uidetur animalis aquatici esse: caput πιθηκοειδὲς, id est, Simijs cognatum aliquid prę se fert: ut & digiti pedum, quos binos tantùm ostendit, manuum instar oblongi. Vix equidem ausus hoc animal proferre fuissem, nisi à tanto uiro accepissem.

BALAENA uera Rondeletio. Græcis Phalæna, φάλαινα.

GALLI Santones beluarum piscatores hanc beluam uocant Gibbar, à gibbero dorso, id est, in tumorem eleuato, in quo est pinna. ea Balænis uulgò dictis minor non est, sed minùs spissa, minusq́ obesa. longiore est & acutiore rostro, ob id fistulam habet, Rondeletius. quem miror de barbis illis à maxilla superiore pendentibus, ut posita ab eo figura ostendit, nullam facere mentionem: Bellonium uerò etiam magis miror, in descriptione quidē earū meminisse, in icone uerò præterire. Peculiaris certè hæc pars huic belluæ est, nec alteri ulli cōmunis, quantū ex descriptionibus & figuris positis cognoscimus. Bellonius tamē non hanc, sed aliā uerā Balænā facit, quę uulgò ITALIS Capidolium uocatur, ea Rondeletio Physeter est ex Balænarum genere. Ego (inquit Gillius) Capitoleum arbitror Balænam ex eo potiùs quàm Orcam (*contra Iouium*) esse, quòd Græci etiam nunc uocant φαλαίνην, quam uulgò appellamus Capitoleum; & quòd etiam in Capitoleo, & non in ea quæ nunc alicubi Balæna uocatur, fistula in fronte spectetur.

Capitoleus.

GERM. Ein Wallfisch insunderheit also von den alten genannt/ ꝛc. mag vonn vns ein Hogerwal genannt werden / von wägen seines hohen vnnd hogerachten ruckens: oder ein Bartwal/ dieweyl wir kein anderen gebarteten Wallfisch erkennend. Etlich nennend disen fisch ein Braunfisch/ welcher nam auch den Meerschweynen (Delphino & Phocænæ) zůgegåben wirt. Sic Galli etiam Marsouin nomen Gallicum (sed originis Germanicę, Meerschwyn) commune faciūt Phocænæ, Delphino & Orcæ. Ego similem ferè à Rondeletio exhibitæ pro Balæna uera figuræ olim ab amico accepi, ad Oceanum Balthicum depictam, ubi capta est talis bellua, anno Salutis 1545. ad locum quem uocant Gripßwald, longa supra 24. pedes. Verùm ea dentes ostendit inuicem contiguos & latos tanquam hominis: caudam magnam, reliquo etiā corpore latiorem. corpus pelle nigra undique tectum, nisi quòd maculæ duæ magnæ candidæ utrinque supra medium oculi incipiunt, & retrò tendunt, &c. Nomina adscripta erant hæc: Germanicum, Braunfisch: Gallicum & Hispanicum Tinet: Anglicum, Hoze. ¶ Porrò cum nullum alium cetum dorso similiter gibbero & eleuato pictum descriptúmue nouerim, eundem hunc esse puto, qui à Balthici Oceani accolis Springwal ab agilitate uocatur: quem Olaus Magnus Orcam (perperam, ut puto) interpretatur. huic enim altum & latum supra dorsum mucronē eminere

scribit:

scribit: atque ita depingit. (Springwal inquit, Noruegi uocant, quam alij Balænam, alij Orcam existimant.) Pleræque tamen ab eo positæ cetorum figuræ, non uerè nec ad uiuum factæ uidentur.

Balæna cum fuscina, qua confixa capitur, &c.



BALAENA uulgò dicta. sed cum fistula careat hæc belua (ut Rondeletius scribit) non Balæna uera, sed Mysticetus Aristotelis, aut Musculus Plinij uidetur. Plinius tamen Musculũ beluam & piscem Balænarum ducem, confundere uidetur. ¶ Fistula animantibus quibusdam aquaticis, non solùm ad reijciendam aquam, sed ad respirandum data est. cuius uice hæc bellua rimas seu foramina habet, quòd rostro sit non oblongo, sed obtusiore quàm cæteræ belluæ, Rondeletius. At qui cetum Britannicum descripsit, (cuius mox iconem subijciemus, non alium ab hoc Rondeletij ceto, quantum uideo. descriptiones enim conueniunt, cum aliàs, tum quod ad laminas in ore corneas, dentes nullos, &c. etsi icones ipsæ plurimùm dissideant,) tribuit ei foramina duo magna in capite: per quæ, inquit, putatur belluam plurimam aquam ueluti per fistulas eiectasse. ¶ Orca cum in nullis scriptis, quod iam mihi ueniat in mentem, tradatur habere fistulam in fronte, mihi tam diu apud nonnullos regiones Italiæ peruulgata Balæna uidebitur, quoad totam rem meliùs inquisiero, Gillius. *Mysticetus. Musculus.*

ITAL. Balena, Valena.

HISPAN. Vallena.

GALL. Balene.

GERMAN. Ein Wal/Wallfisch oder Waller/insunderheit zů vnseren zeyten genannt: wiewol man sunst alle grosse meerfisch/die jren aaten durch die lungen ziehend/Wallfisch nennet.

BALAENAE uulgò dictæ icon alia, longè quidem diuersa, quàm Rondeletius dedit: animalis uerò eiusdem, ut facilè descriptionem utriusque conferenti patebit. Item ex eo quòd Rondeletius reprehendit illum (Gillium) qui oculos bubulis non maiores ei tribuit: quod de hoc ipso ceto Gillius scripsit.

Effigies ceti huius (quem Britannicum cognominare licet, quòd in Oceano Britannico nostra memoria inuentus sit) publicata est in charta typis excusa, Londini primùm in Anglia, deinde in Italia: inde nos desumpsimus, cum corporis eiusdem ac partium descriptione huiusmodi:

Apographum ex literis ad Polydorum Vergilium, ex urbe Tynemutho in partibus Angliæ Borealibus.

Proiecit in arenas apud Tynemuthum mare hoc nostrum mense Augusto (anno Domini 1532.) mortuam beluam, molis & magnitudinis ingentissimæ: quæ iam magna ex parte discerpta est: remanet adhuc tamen quantum centum fermè ingentia plaustra auehere uix poterunt. Aiunt qui primùm beluam uiderunt, & uti poterant diligenter perscripserunt, longitudinis illam fuisse

triginta ulnarum, hoc est, pedum nonaginta. A uentre ad spinam dorsi, quæ arenis profundè immersa iacet, spaciū esse circiter octo aut nouem ulnarum: certum non habetur. nam 27. die Augusti ipse ibi affui, fœtente iam belua, ut uix ferri posset odor. Coniectant dorsum ipsius ad spacium trium ulnarum in arena immersum. nam quotidie alluitur & operitur fluctibus maris. Rictus oris sex ulnæ & dimidia. Mandibula longa septem ulnas cum dimidia, sicut quercus grandis est. Costas in lateribus triginta habet, magna ex parte longitudinis pedum unius & uiginti, circuitu unius pedis & dimidij. Tres uētres ueluti uastos specus: & triginta guttura, quorum quinque prægrandia sunt. Habet duas pinnas, utranq; quindecim pedum in longitudine. uix poterant decem boues alteram earum abstrahere, *(trahendo è corpore auellere.)* Palato adhærebant quasi laminæ corneæ, una ex parte pilosę, qualem iam unam uides, supra mille: (non est fabula Polydore, sed res uerissima,) quanuis non omnes unius magnitudinis. Longitudo capitis à principio usque ad rictum, septem ulnę. De lingua uariatur. maior pars censet septem fuisse ulnarum longitudine, *(uiginti pedes latam, Gillius.)* Aiunt genitale masculum ei fuisse prodigiosę magnitudinis. Spacium inter oculos sex ulnę. Oculi & nares tanto corpori ualde impares, quales bobus esse solent, *(bubulis non maiores, Gillius.)* Cauda bifurcata & serrata, latitudine septem ulnarum. In capite duo magna foramina erant: per quæ putatur beluam, plurimam aquam ueluti per fistulas eiectasse. Nulli illi fuēre dentes. unde colligitur non fuisse Balænam. nam Balænis aiunt maximos esse dentes, exceptis laminis aliquot corneis, quæ in ore huius piscis erant. Hucusque author epistolæ ad Polydorum Vergilium: ex qua etiam Gillius uidetur mutuatus in Aelianum suum transtulisse: sed quædam parum bene. Nares huic beluæ, non rectè forsan pictor addidit: cum foramina (ut dictum est) in capite habeat: quæ narium loco cetaceo generi data esse, testis est Aristoteles. ¶ Laminæ illæ corneæ, quibus os dentium loco exasperatur, quandā serræ speciem præ se ferunt: ut ab ea fortè Pristis appellari posit. nam & ingens & oblongo corpore belua Pristis est. alia quidē à Rondeletio exhibetur, & Plinius Oceano Indico Pristes attribuit.

Pristis.



GERM. Ein andere contrafactur des Walfischs/der in Welschen landen gmeinlich Balena genennt wirt/auß Engelland.

ORCA Rondeletij. Nomen (inquit) ei positum est à uasis olearij siue uinarij similitudine, quod tereti *(rotundo)* est & informi specie. Talis & huius beluæ est figura. nam toto corpore est ualde crasso ac rotundo, extremis nō ualde prominentibus & tenuioribus. Rostro, fistula, pinnis & cauda Delphino similis: corpore uigesies *(quater aut quinquies, Bellonius in libro Gallico)* crassiore, potissimùm circa uentrem. Dentes habet ualde latos, in acutum desinentes, serratos. his Balænam persequitur, quam quum mordet, ueluti mugitum Tauri à Canibus comprehensi cogit edere. Quam ob causam nautæ qui piscatus causa in nouum Orbem nauigant, Barbaros rogant, uel (si liceat) imperant, ne Orcas lædant aut uenentur: quoniam Orcarum opera Balænas, Phocas, aliasq;



Oryx.

aliasq; beluas capiunt. Orcæ enim truculentis dentibus alias beluas impetentes, maris gurgites cogunt relinquere, & ad litora confugere, quas illic sagittis telisq; aliis interficiunt. Orcarum aduersus Balænas pugnam eleganter describit Plinius. Ab huius beluæ similitudine, puto prægrãdes Oceani naues, Ourchez uocari. Hæc ille. Orca à Strabone Græcè ὄρυξ dicta uidetur. In mari extero (inquit) cete & plura & maiora fiunt: circa Turditaniam uerò imprimis, ubi fluxus atq; refluxus augentur: (quæ causa nimirum & multitudinis & magnitudinis est, propter exercitationẽ), ut Oryges, Balænæ & Physeteres. Porrò Orcynus Græcorum aliud animal est, non propriè cetus, sed Thunnorum piscium generis. ¶ Gillius & Bellonius Capitoleum uulgo dictam beluam, Balænam potiùs quàm Orcam (contra Iouij sententiam) esse arbitrantur: Rondeletius uerò eandem nec Orcam, neq; Balænam, sed Physeterem. *Capitoleus.*

Hyrcha Græcis, præsertim Aeolibus, similiter ut Latinis Orca, uinarium & salsamentarium uas significat: à cuius similitudine Græcè etiam ὕρχην hanc belluam uocare licebit. Suidas id genus uasis duas ansas (δύο ὦτα) habere scribit. Orcæ tereres sunt atque uniformi specie, unde & uasa dicta, Festus. De Orca ingenti in portu Ostiensi uisa & oppugnata à Claudio principe, apud Plinium leges. Tanta uerò cum sit in mediterraneo hæc bellua, multò maior in Oceano fuerit, quod uel Strabonis testimonio credẽdum est. Quamobrem Rondeletij potiùs Orcam, quàm Bellonij pro uera ueterum Orca admiserim, utpote multò maiorem. Etsi enim scribat Bellonius Orcam reliqua cetacea, quæ in Oceano Gallico appareant, præter Balænam, facilè excedere: non maiorem tamen se uidisse refert, quàm pedes octodecim (uel paulò plus) longam, crassam per medium decem & ampliùs: quæ mille libras pondo excesserit. Hæc (inquit) Delphino ac Tursioni ita similis est, ut non solùm Marsuini nomen sibi uulgò uendicet: sed etiam pro eo publicè exponatur. Cute quasi corio integitur, admodum glabra ac politissima, ad dorsum liuente, ad uentrem albicante. Rostro est simo, sursum repando, &c. Interiora omnia (dempto liene) Delphino & Tursioni similia habet. *Hyrcha.*

Vidi etiam (inquit idem Bellonius) numos Claudij Cæsaris, in quibus exprimitur Neptunus cum tridente insidens pisci Delphino simili: mihi tamẽ Orcam potiùs uoluisse repræsentare Claudius uidetur, is enim (teste Plinio) in portu Ostiæ Orcam expugnauit. *Talis numi effigiem suprà in Delphino posuimus.*

HISPANICE puto Tinet uocari, tanquam à tine, id est, solij forma, alij tamen Balænam ita interpretantur.

GALL. Santones Espaulars uocant, ab humerorum seu potiùs scapularum latitudine & crassitudine, Rondeletius. Bellonij Orca ad Oceanum Gallicum, similiter ut Delphinus & Phocæna, Marsuin uulgò uocatur: priuatim uerò à peritioribus Oudre, quod est, Vter, à crassa nimirum & informi utris specie.

GERMANICE Orcam Rondeletij interpretor, **ein Vassʒwal/ein Zuberwal.** Bellonij uerò Orcam, quanquam similiter ferè utris aut uasis urinarij forma appareat, à similitudine quam cum Delphino & Phocæna habet, ijsdem nominibus appellabimus, expressa maioris differentia, **ein groß Meerschweyn/ein grosser Braunfisch/ein Walschweyn.** Vel ab utre facto nomine, **ein Vterwal/ ein Schlauchwal.** Olaus Magnus Orcam usitato Germanis Noruegis nomine **Springwal** interpretatur: id nomen sonat salientem cetum, à uelocitate: eamq; pingit alto quodam & lato supra dorsum eminente mucrone seu gibbero: unde hanc Balænam ueram Rondeletij esse conijcias, quam Gallicè Gibbar nominat, à gibbero & in tumorem eleuato dorso: qui piscis si agilis & uelox est, & Balænas persequitur, ut tradit Olaus, Balæna ipse non fuerit. **Springwal.**

Pistris aut Physeter, horribile genus cetorum, & ingens, ex capite multum aquæ in naues efflat, & aliquando submergit, Olaus Magnus in Tabulæ suæ explicatione: absurdissimè autem hunc cetum capite equino depinxit, &c.

Flator. PHYSETER (φυσητήρ) Græco nomine uocatur, quasi Flator, hæc belua: quòd nimbosam quandam alluuiem aquarum efflando sua fistula emittat, adeò ut plerunque etiam alueos nauigātium deprimat. Esse autem quē hîc proponimus uerum Physeterem, maximè indicat fistula, multò amplior quàm in cæteris, quam notam, & totius beluæ figurā, ex ijs qui beluas uenantur, didici, Rondeletius. Dicitur alio nomine etiam Physalus, φύσαλος,
Physalus. Aeliano & Oppiano. Sed alius est Rubri maris Physalus, pisciculus informis, non maior Gobio, &c. (eodemq́ nomine Rondeletius Erucam marinam quandam nominat:) quem qui gustauerit, uentre intumescit, & ipse etiam cum primùm extra aquam est, inflatur. Physeter Aristoteli non animal, sed fistulam significat: qua aquam reijciunt Cete & Mollia: alio nomine μυκτήρ. ¶ Maximum animal in Indico mari Pristis & Balæna est: in Gallico Oceano Physeter, ingentis columnæ modo se attol-
Prestis. lens, altiorq́ nauium uelis diluuiem quandam eructans, Plinius. Videtur & Prestis, eadem uel prorsus cognata Physeteri bellua. Vide mox in Viuella uel Serra.

Capitoleus. ITALICE. Capidolio, Rondeletius. Itali uulgò Capodoglio proferunt: aliqui Capitoleum scribūt. Is piscis Iouio Orca est, Gillio Balæna potius quàm Orca. Vide superius in Balæna uera.

HISPANICE Marsópa uocari quidam nobis retulit: ego id nomen Phocænæ deberi existimo: quam à Santonibus Marsupam uulgò nominari Cæsar Scaliger author est.

GALLICE. A nostris peis Mular, à Santonibus Sedenette, Rondeletius. ¶ Physeterem existimo esse, quem uulgò uocant Calderonem: quòd hunc ex omnibus beluis maximam diluuiem aquarum eructare dicunt. hunc quidam arbitrantur esse quem Massilienses uocant Mulassum, nondum à me uisum, Gillius. Bellonio Cetus, qui Calderonus uulgò dicatur, Pristes est.

GERMAN. F. Ein Sprützwal/ein Wetterwal.

ANGLI quidam eruditi Physeterem interpretantur a Whyrlepole, (alij scribunt Whirlepoole/alij Horlepole/) quòd lacū (id est, mare & undas) uertat, excitatis uorticibus, uel quòd undas capite emittat & eiaculetur. Non ita pridem tres huius generis in Thamesi fluuio Angliæ captos esse, Ioan. Caius indicauit. ego Physeterem multò maiorem esse puto, quàm qui fluuios intrare possit, nisi prima ætate forsan. Physeterem nostri uocant a Whorpoul: qui licet portentosę magnitudinis, ad Balænæ tamē magnitudinē nunquam accedit. Huius generis quatuor aliquando uidi, quorum singuli tantum aquæ è fistulis capitum eiaculabantur, ut singulas naues aquarum copia in profundum submergere sufficerent, Guilielmus Turnerus.

Roſtrum uel os à capite prominens, ſatis commodè exprimi uidetur: reliquum uerò corpus ad coniecturam à Rondeletio effictum.



Eiuſdem animalis roſtrum ſiue ſerra, ſeorſim.



INDI Cetaceum quendam piſcem norunt (inquit Rondeletius) quem Viuellam nonnulli appellant, inſuaui carne, cibo inutilē, mirabili forma, maximè ob roſtrum: quod ualde longum eſt, oſſeum, utrinque aculeatum. eius aculei ualidi ſunt, & Delphinorum dentibus ſimiles, ſed longiores. Os, cui infixi ſunt, latum, tenue, cute aſpera, cinerea. Hanc antiquorum Priſten eſſe opinor, Πρίστην: (quo uocabulo Plinius etiam & Gaza uſi ſunt:) ἀπὸ τοῦ πρίειν, id eſt, à ſecando nominatum, ac ſi Latinè Sectorem aut Serram diceres, à roſtro ſimili ſerræ utrinq; ſecanti: ut forſan idem ſit, quem Plinius uno loco Serram uocauit. Hæc ille. Mihi Preſtis eadem uel prorſus cognata Phyſeteri bellua, tum à nomine, tum ab ipſorum animalium natura petitis uerisſimilibus argumentis uidetur. Scribitur à Græcis uariè, Πρίστης, Πρίσις, & Πρῆστις. apud Latinos Priſtes, Priſtis, uel Piſtris & Piſtrix. Græcè Πρῆστις (flectendum ut Paris, ſed fœmin. genere) optimè uocabitur, à uerbo πρήθειν uel πρῆσαι: quod non ſolùm urere, ſed etiam flare & ſpirare, ſicut φυσᾶν, ſignificat. quamobrem & fulminis genus phyſiologi Græci πρηστῆρα nuncupant. quod ſemper & præcedere, & comitari & ſequi uentum Olympiodorus docet. quidã pro turbine & uento uehementiore hoc nomen uſurpant. Dicit Nearchus, ὀφθῆναι ὕδωρ ἄνω φυσώμενον ἐκ τῆς θαλάσσης, οἷά περ ἐκ πρηστήρων βίᾳ ἀναφερόμενον, Arrianus de cetis loquens, &c. ¶ Plinium Serræ nomine aliud animal quàm Priſtin Preſtidem ue accepiſſe coniecto. Libro 9. enim cap. 2. de rerum uarietate loquens: Rerum quidem (inquit) non ſolùm animalium ſimulacra (in mari) eſſe, licet intelligere intuentibus gladium, uuam, ſerras. Mox autem ſequenti capite: Plurima & maxima in Indico mari animalia, è quibus balęnæ quaternûm iugerũ, Priſtes ducenûm cubitorum. ¶ Video Rondeletium exhibuiſſe cetum roſtro ſerra inſigni, quem Priſtin interpretatur. ſed Priſtin tale habere uel roſtrum, uel partem aliam ſerræ ſimilem, nullus authorum ſcripſit. De Serra etiam Plinij neque an cetus ſit conſtat, (Priſtin quidem Ariſtoteles cetum eſſe teſtatur:) neque an uel corpore toto, uel parte duntaxat aliqua ſerram referat. Scolopax Rondeletij radium caudã uerſus planè ſerratum habet: eumq; ego potiùs Serram appellârim, quàm eiuſdem Priſtim, &c. Rondeletius roſtrum in bellua quam pingit ſerræ figura eſſe ſcribit. Gillius uerò os enſiforme, in modum ſerræ dentatum, à fronte prominere. Luſitanus quidam uiſa apud me icone, peſce Serra mihi appellabat: addebatq; ſpinam dorſi eſſe: quod non crediderim. alius Balænæ linguam nominabat. In Medera inſula Noui Orbis aquaticæ ſerræ ſunt, quibus in aſſamenta ſecantur ligna, Aloyſius Cadamuſtus. Scio Aelianum, Oppianum & Suidam Phyſalum (id eſt Phyſeterem) & Preſtin ceu diuerſos piſces, ſimul inter cete

nominari, ego interim, ut suprà dixi, si animal non idem est, maximè tamen cognatum esse putare pergo. & fortè Physeter in Gallico Oceano, non alius quàm in Indico Prestis fuerit. Ad hæc è Balænarum genere Physetêras esse Rondeletius assentitur: quibus si Prestis etiam, ut mihi uidetur, affinis est, non erit cetus uel piscis ille, quem rostro oblongo serratoq; longè dissimilem Balænis pro Prestide pingit. ¶ Quoties Aratus κῆτος habet, à Cicerone semper uertitur Pistrix, Perionius. ¶ Bellonius Serræ quam exhibemus (ossis dico) substantiam per medium ferè cartilagineam esse scribit, & flexilem: unde nimirum piscem etiam ipsum cartilagineum esse conijcit, sed cetaceum, & Serræ nomine antiquis uocatum.

GERMAN. Ein frömbder Walfisch oder sunst grosser fisch auß India: sol ein schnabel haben/ oder ein bein/ von der stirnen hinauß/ gleych einer sagen/ mit zänen an beeden seyten. F. Ein Sagfisch.



SCOLOPENDRA (Σκολόπενδρα) cetacea (nam & insectum marinum eodem nomine est) nomen tulit à pedum multitudine. nam Scolopendras terrestres, Centipedes appellant. qui pedes dicuntur, appendices sunt, quibus tanquam remis corpus impellit. Meminit eius Aelianus, Rondeletius. Vide infrà Cetum barbatum, inter Cete ex Olai Magni tabula.

GERM. F. Ein Walnassel. nam & terrestre insectum uocant ein Nassel.



EFFIGIES Ceti cuiusdam ex Oceano Germanico, quam ab amico accepi, ad sceleton nimirum expressam, idq; capitis duntaxat, ut conijcio: reliquo corpore pro coniectura appicto, nõ satis accuratè, ut suspicor: præsertim cum scissuræ post oculos tanquam branchiæ appareant, quibus ceti carent.

GERM. Ein art der Walfischen auß dem Teütschen meer. Der kopff/ acht ich/ seye wol gemacht/ einem dürren nach: der übrig leyb bedunckt mich nit vast recht/ insunders auß dem daß er anzeigung der orwangen hat/ welche doch in den rechten Walfischen nit gefunden werdend.

MACVLO



MACVLO, Anglicus cetus. Anno à nato Christo M. D. L V. autumnali tempore, Lynni (quod oppidum est Norfolciæ in Anglia portuosum) piscis hic maculosus rudi figura depictus (ut charta typis impressa per Angliam publicatus est) in siccum à piscatoribus deductus fuit, longus ampliùs pedes L X. carne pingui, clara & candicante, gustus suauitate ceruinam referente. Nomen nostrates nesciuere piscatores: nos Maculonem uocitemus, Io. Caius Anglus in epistola ad me. Branchiæ quidem, si rectè additæ sunt, piscem, non propriè cetũ esse ostendunt, quemadmodum & pinnarum figura situsq́: & caudæ species. Propriè uerò dictum piscem ad tantam longitudinem peruenire miraculum est.

GERM. **Ein wunderbarer fisch/im jar** M. D. L V. **in Engelland gefangen bey der statt Lynne/zů Herpstzeyt/lenger dann** L X. **schůch / den Engellåndischen fischeren vnbekannt. mag ein Flåckfisch genennt werden.**

SEQVVNTVR MONSTRA QVAEDAM CETACEA, BELluarum terrestrium aut hominis aliqua specie.



MONSTRVM Leoninum. Monstrum est id quod hîc exhibemus, (inquit Rondeletius,) & pefectum animal, partibus nullis ad natandum aptis præditum. Quamobrem cum dubitarem extitisset'ne reuera aliquando monstrum istud marinum, Gisbertus (*Horstius*) Germanus, (qui Romæ medicinam facit, uir proculdubio in rerum cognitione pręcellens & minimè uanus) omni asseueratione affirmauit, certò se scire, non diu ante obitum Pontificis Pauli III. Centucellis captum in medio mari fuisse. Quare ex illius fide, quale fuerit hoc monstrum describere non dubitaui. Id (ut referebat) magnitudine & figura Leonis erat: quatuor pedes habebat, non mutilatos nec imperfectos ut Vitulus marinus, non membranis medijs iunctos, ueluti Fiber & Anas, sed perfectos, in ungues & digitos diuisos: caudam longam, tenuem, in pilos desinentem: aures ualde patentes, squamas in toto corpore. Non diu uixit proprio naturaliq́ loco & alimento destitutum. Hæc quanuis bona fide mihi narrauit Gisbertus medicus, tamen existimo pro pictoris arbitrio quædam detracta, quædam addita fuisse: ut pedes longiores factos, quàm aquatilibus bestijs esse soleant, uel omissam membranam digitos coniungentem, aures patentiores contra aquatiliũ naturam: squamas præter ueritatem additas pro cute aspera & rugosa, quali cute pedes & alæ Testudinum marinarum conteguntur. neq; enim squamas habẽt quę pulmonibus spirant, & ossibus sustinentur. Hucusq; Rondeletius. Ad Castrum oppidum in mari Tyrrheno captus piscis est, Leonis forma, anno Domini M. CC. LXXXIIII. (*aliâs anno 1274. aliâs 1295. mense Februario, Seb. Francus. ego Martinum IIII. pontificem ad quem allatus est, electum inuenio anno 1281. & quinto deinde anno successisse ei Honorium V.*) is clamorẽ hominis ululatui similem edidit, & cum admiratione in urbem mis-

ſus eſt, ſpectaculi cauſa, ad Martinum IIII. Pontificem: Author innominatus, & Philippus Foreſtus Chronicorum libro 13.

GERM. Ein Meerwunder einem Löwen gleych/gefangen im meer das vnden an Italiam ſtoßt/im jar M. CC. LXXXIIII. hat gehület wie ein menſch/vnd iſt von wunders wägen gen Rom gebracht für den Bapſt Martinum den vierdten.

LEONINI monſtri hiſtoriæ ſubijcere libuit, eã quæ de ſimili ferè monſtro (utpote alcæa, hoc eſt, cauda ceu leonina uerberante) Hector Boëthius in Deſcriptione regni Scotiæ tradidit. Retulit nobis (inquit) Duncanus Campusbellus eques auratus, ex lacu quodam Argadiæ, (*quæ quidem regio lacus plures habet, dulcis an marinæ aquæ, neſcio*) cui Garloil nomen eſt, prodijſſe ſub aurorã ſolſtitij æſtiui anno partus uirginei M. D. X. animal quoddam uenatici Canis magnitudine, pedibus anſerinis, robora ingentia nullo negocio caudæ ictu proſternens: ac ſtatim pernici curſu uenatores impetens, tres tribus ictibus deieciſſe, reliquis in arbores euadentibus: nec diu cunctatum, protinus ſeſe in lacum recepiſſe. Magno (*Magnum*) malum regno portendere id monſtrum dum apparet, uolunt. nam & aliâs, ſed rarò, uiſum eſt.

MONSTRVM hoc marinum noſtra ætate in Nortuegia captum eſt, mari procelloſo. id quotquot uiderunt, ſtatim Monachi nomẽ impoſuerunt. ¶ Apparent interdum in æſtu Forthiæ, malo omine, ingentiq́; hominum metu portenta quædam facie humana, cucullos ad modum monachorum, ut apparet, induta, ac umbilico tenus aqua extantia, Baſſinatis (*fortè* Waſſermane, *uel* Waſſermünch, *ut Germanus diceret*) uernacula lingua, Hector Boëthius in Deſcriptione regni Scotiæ.

GERM. Ein Meerwunder einem München geleych/gefundenn zů vnſeren zeyten in Nortwegen.

MONSTRVM aliud marinum, anno Domini 1531. in Polonia uiſum, Epiſcopi habitu.

GERMAN. Ein ander Meerwunder in Poland gefunden/im jar nach Chriſti geburt 1531.

MONSTRVM marinum ex tabula quadam excusa in Germania olim. Visum hoc aiunt esse Romæ in Ripa maiore, tertio die Nouembris, anni Salutis M. D. XXIII. magnitudine pueri quinquennis, ea omnino specie qualis hîc exprimitur.

GERMAN. Ein Meerwurder zů Rom gesähen / im jar M. D. XXIII.



MONSTRVM marinum quod hîc pingimus, sicubi extat, Pan uel Satyrus marinus, aut Ichthyocentaurus, aut Dæmon marinus appelletur. Iconem à pictore quodam olim accepi: qui talis monstri sceleton Antuerpiæ depictum se accepisse aiebat. Alius etiam retulit simile monstrum aridum è Noruegia in Germaniam inferiorem aduectum, marem & fœminam. Fidem ei facere possunt similium monstrorum effigies, proximè à nobis exhibitæ. Hoc quoniam humana specie supra lumbos & cornutum est, Pâna marinum, aut Satyrum marinum, quoniam simum quoque est, appellabimus. Pâna piscem quendam cetaceum uocari, in eóque asteritem lapidem inueniri, qui à Sole accendatur, & utilis sit ad philtra, Aesopus Mithridatis anagnosta tradit, Suidas in ἰχθῦς. In mari circa Taprobanen insulam cete quędam Satyrorum speciem similitudinémque præ se ferre tradunt, Aelianus. Eugenio quarto Pontifice apud urbem Sibinicum in Illyrico captus est marinus homo, qui ad mare puerum trahebat. Is à currentibus, qui rem aspexerant, lapidibus fustibúsque uulneratus, in siccum retractus est. Huius effigies penè humana, nisi quòd cutis Anguillæ similis erat, & in capite duo parua habebat cornua. Manus quoque duorum tantùm digitorum formam exprimebant. Pedes autem in duas ueluti caudas finiebantur: à quibus ad brachia alæ, ut in Vespertilione, extendebantur, Baptista Fulgosus. Plura leges in Historia Aquatilium nostra in Tritone.

Pan uel Satyrus mar. Ichthyocentaurus. Dæmon mar.

GERMAN. F. Ein Meerteüfel.

SEQVVNTVR CETE QVAEDAM EX OLAI MAGNI SEptentrionalis Oceani Europæi in Tabula Descriptione.

ICONVM quas subijciemus fides penes Olaum authorem esto. nos enim eas omnes ex Tabula ipsius depingendas curauimus. Apparet autem eum, ex narratione nautarum, nō ad uiuum, pleraque depinxisse. Vix probârim capita quorundam nimis ad terrestrium similitudinem effi-cta: ut neque pedes unguibus armatos, & fistulas binas (Rondeletius quidem Balænæ fistulam unicam tribuit) adeò prominentes, cum Balænarum, tum Pristis seu Physeteris, &c.

Harum belluarum nomina quædam confingemus, à similitudine terrestrium, ut Apri, Hyænæ, Monocerotis, Rhinocerotis, &c. Extare quidem in immensitate illa Oceani quàm plurimas diuersas & inusitatis formis belluas, quis dubitet? Et, si non temere est, quod uulgo dicitur: nomina etiam illa accolis Oceani Germanis & Gothis cognita, testari hoc possunt: qualia sunt, Wangwal/Andwal/Schwynwal/Rauẽwal/Wittewal/Schiltwal/Hanei keit/Nonwarsrack/Trolwal/Springwal/Gerwal/Blotewal/Hill/Herill/Karckwal/Rußwal/Nachtwal/Nordwal/Wintinger/Fischokeeke/Schellewyncke/Roze/Roßtinger/Schlichtback/ꝛc.

Volgend etliche Figuren auß der Tafel der beschreybung mittnächtischer landen des Olai Magni: wie wol vnd recht aber die selben conterfeetet syend/lassend wir den Olaum verantworten.

Balæna erecta grandem nauem submergens. Videntur & alia quædam Cete ex eâdem Tabula Balænis adnumeranda, quæ ipse simpliciter Cete nominat, cum præter magnitudinem Balænis præcipuè conuenientem, nullam in se corporis partem raram aut monstrosam habeant: ut sunt quæ sequuntur aliqua.

Cetus ingens, quem incolæ Faræ insulæ ichthyophagi, tempestatibus appulsum, unco comprehensum ferreo, securibus dissecant, & partiuntur inter se.

Nautæ

Nautæ in dorsa Cetorum, quæ insulas putant, anchoras figentes, sæpe periclitantur. Hos cetos **Troluual** *sua lingua appellant, Germanicè* **Teüfelwal.**

Similis est & illorum icon apud eundem, capite, rostro, dentibus, fistulis: quos montium instar grandes esse scribit, & naues euertere, nisi sono tubarum aut missis in mare rotundis & uacuis uasis absterreantur. Idem in Balthico mari circa Balænam fieri aiunt.



ZIPHIVS (Ziphio simile, in libello Germanico) monstrum marinum horribile, Phocam nigram deglutiens. Monstrum etiam aliud innominatum terribile Ziphio ad latus insidiatur, ut Olai pictura repræsentat. Ziphij quidem nomen recentius est, non multò ante Alberti sæcu

culum, ab Authore libri de nat. rerum usurpatum: id an à Physetere corruptum atque transpositum sit, quærendum. Aries quidem ueterum & ingens est bellua, & similiter Phocas appetit. ¶ Ex Testudine mar. finxerunt monstrum, à quo Vitulus mar. deuoretur, Rondeletius.

GERMAN. **Zyffwal** dici poterit: uel **Sauffwal**, à deglutiendo, quòd etiam magna animalia, ut Phocas, deuoret.

Icon hæc Argentinæ in Curia uisitur, in panno expressa.

ROSMARI uulgò à quibusdam dicti figura ab Olao Magno exhibita. Rosmarus (inquit) est bellua marina, ad magnitudinem Elephantis. Litorum montes scandit, & gramine pascitur. Somni gratia dentibus se à rupe suspendit, & adeò profundè dormit, ut piscatores laqueis & funibus uinctum comprehendant. Sic ille.

Eiusdem ceti pictura Argentinæ etiam in Curia spectatur, sed in ea caput tantùm ad sceleton ueri capitis factum audio, reliquum corpus ex coniectura aut narratione adiectum. Possunt in sceletis, præsertim maiorum piscium pinnæ, ad aliquam pedum unguiumque speciem, arte formari. Dentes quidem in Olai icone sursum tendentes, minùs placent, quàm qui in capite Argentinæ picto, (cum Romam ad Pontificem Leonem tale caput è Scandinauia mitteretur, ut audio,) deorsum è superiore mandibula uergunt, sicut in Elephantis, siue dentes siue cornua potiùs. sic enim commodiùs à scopulis & rupibus se suspendent. Author qui Chorographicam Moschouiæ tabulam nostra memoria ædidit, Mors hanc belluam nominat: & similiter dentes exertos binos à superiore mandibula descendẽtes ei appingit. Dentibus (inquit) suspensa, gressum per altas rupes promouet in uerticem usque, unde citiùs se demittit per subiectos campos grassatura. Libet etiam uersus Germanicos, qui in Curia Argentinæ leguntur super huius monstri effigie hic adscribere.

Rußor in Norweg neñt mã mich/
Cetus dentatus bin doch ich.
Mein weybe† Balena ist genannt/
Im Orientischen meer bekannt:
Macht vngewitter groß im meer/
Schreckt Alexandrũ vnd seyn heer.
Dem kalten meer streych ich nach/
Zũ streyt vnd fechten ist mir gach.
Mã findt vil tausent meinr genossẽ/
Die so lãg zän hand auß d' maßen:
Sie sind ii.iij.iiij.elen lang/
Vnd so dick wie ein zilig stang.
Da ist ein fechten vnd ein reyssen/
Mit den walfischẽ wir vns beyssen.
Vnd all fisch die wir kummen an/
Sie mögen vor vns nit bestan.
Doch hand mich etlich so getriben/
Sunder müßt weychen an den staden/
Daß ich im meer nit bin beliben:
Da nam ich mein tödtlichen schaden.

† Indocto alicui Cet⁹ mas uisus est, Balena fæmina: cum Cetus totius generis nomen sit, Balena speciei in utroque sexu.

Zwentzig

Zwentzig acht schůch man mich außmaß/
Solt ich mein zeyt auß söllen läben/
Von Nidrosia der Bischoff hat
Bapst Leo meinen kopff geschickt
Zů Straßburg hat man den auch gsähen/
Vnd neunzehen jar vmb Wienacht zeyt/
Wiewol ein klein Rußor ich was.
Ich hett nichts vmb all walfisch gäben.
Mich stechen lassen an dem gstad:
Gen Rom/da mich manch mensch anblickt.
Tausent fünffhundert ists beschähen/
Mein starck gbisz hat mich gholfen nit.

A Germanis ad Oceanum, Noruegis & alijs, belluam hanc Rostinger appellari audio: ab alijs Rußor: à quo fortè Rosmari uocabulum aliqui fecerunt: quanquam & Scythicum Morsz, literis transpositis accedit. ¶ Ceti quidam habent rictum oris dentatum prægrādibus & longis dentibus, ita ut plerunq; inueniantur cubitales: aliquādo duorum aut trium aut quatuor cubitorum. Inter cæteros longiùs prominent duo canini: & sunt subtus sicut cornua, instar dentium Elephantis & Apri, qui culmi uocantur, Albertus Magnus. Et rursus: Ceti hirsuti & alij longissimos habent culmos, & illis ad saxa in rupibus se suspendunt dormituri. ¶ Quòd si idem Elephas ueterum non est, rectè tamen, & magnitudinis ratione, quam parem Elephanto Olaus ei attribuit: & dentium siue cornuum quæ similia exerit, ac similiter, & ad eosdem usus, Elephantum hunc cetum appellabimus. ¶ Circa ostia Petzoræ fluuij (inquit Sigismundus Liber Baro in Commentarijs rerum Moscouiticarum) uaria magnaq; in Oceano dicuntur esse animalia. Inter alia autem animal quoddam magnitudine Bouis, quod accolæ Mors appellant. Breues huic, instar Castorū, sunt pedes: pectore pro reliqui corporis proportione aliquanto altiore, latioreq;, dentibus superioribus duobus in longum prominentibus. Hoc animal sobolis ac quietis causa cum sui generis animalibus, Oceano relicto, gregatim montes petit: ubi antequam somno, quo natura profundiore opprimitur, se dederit, uigilem, gruum instar, ex suo numero constituit. qui si obdormiscat, aut fortè à uenatore occidatur, reliqua tum facilè capi possunt. sin mugitu, ut solet, signum dederit, mox reliquus grex excitatus, posterioribus pedibus dentibus admotis, summa celeritate, tanquā uehiculo, per montem delapsi, in Oceanum se præcipitant: ubi in supernatantibus glacierum frustis pro tempore etiam quiescere solent. Ea animalia uenatores, solos propter dentes insectantur: ex quibus Mosci, Tartari, & imprimis Turci, gladiorum & pugionum manubria affabre faciunt. Hæc ille. Coniecerit autem aliquis ex hac descriptione nonnihil huic ceto cum Hippopotamo cōmune esse: nempe uitā ambiguā, magnitudinē Bouis, pedes quaternos, eosq; breues, dentes eminētes: quæ omnia etiā, preter dentes, cū Phoca ei cōueniunt, & insuper mugitus, & uita in mari, nō in aqua dulci: & pectoris altitudo: (est eīm Phocæ Oceani elatū pectus, ut Rondeletius pingit, species à Phoca maris mediterranei diuersa, & multò nimirū maior:) & q in glaciei frustis aliquantisper immoret. Considerandū sanè diligenter est, ne quis cū Phoca aut cognato ei animali quadrupede, cetū quempiā longè diuersum, ingētem & depedē (qualis Rusor uel Rostinger uulgò dictus uidet) cōfundat. ¶ Est in Orchadibus (inquit Hector Boëthius in descriptione Scotiæ) ingens quidam, mole sua uel maximum equum excedens cetus, portentosa quadam somniculositate. Is in cotem aliquam aqua extantem exiliens, dentibus (quos maximos robustissimosq; habet) partem aliquam cotis extantem atq; asperam comprehendit, ac mox in grauissimum soluitur soporem. Tum nautæ, si qui fortè præteruecti pendentem eminus cernunt, appellentes, anchorā iaciunt, ualentissimo ad eum rudente religato, ac scapha ad beluam adnauigant, circa caudam eius cutem atq; carnem aliquantùm excauantes, quò firmiùs adligatus rudens mox salientem retinet. quo facto strepitum clamoremq; continuò nautæ omnes extollunt, lapidibus in eum plurimis coniectis. Tandem uix somno excitus, ut consueuit, mare saltu repetit. sed cum se impeditū ac cōprehensum percipit, totis uiribus ac ingēti impetu uincula rumpere nitit. Verùm quū se frustra conari sentit, uictum fassus, ac uelut manus dans, cutem ob quam se peti nouit, exuit: ac mox & ipse quoque moribundus resupinat. Eum nautæ extractum pingui spoliāt, oleum inde conficientes. est enim ingenti quantitate. Cute ad retinacula utuntur: quippe cum fortissima sit, ac rumpi perdifficilis, nec longissimi attritu temporis deteratur.

Hippopotamus.
Phoca.

Effigiem monstri Porco similis sequens pagina exhibet.

HOC monstrum marinum Olaus Porco simile esse ait, & apparuisse in mari iuxta Thylen insulam, (quæ supra Orchadas Septentrionem uersus sita est,) anno Domini M. D. XXXVII. Ego Hyænam uoco, à similitudine siue Suis, siue Hyænæ, quadrupedum. Auriculas equidem animali marino appictas, non laudo. rostrum quoque nimis porcinum uidetur, &c. Ingens esse scribit, & dentibus truculentis excelsisq;. nos à dentium figura situque Aprum nominauimus: sed cetaceum, ut à pisce eiusdem nominis discernatur.

Quærendum an eadem sit Herill Germanicè dicta bellua: qualis anno Salutis M. D. XXII. postridie paschatis, eiecta ad litus in Selandia, reperta est inter Vuikkam & locum (uel oppidulum) qui à diuo Vuerpio denominatur, longitudinis pedum LXXII. altitudinis uerò pedū XIIII. interstitio ab oculis ad rictum pedum VII. de quo conciso dolia, quæ ab Harengis denominat nostri, centum & quadraginta auecta sunt. iecur etiam dolia quinque repleuit. Capitis figura tan-

quam Apri fuit, corium munitum ueluti conchis pectinum.



GERM. Wo diser Walfisch nit ein Herill ist/von den Teutschen in Seeland vnnd anderschwo genannt/so mag er genamset werden ein Wal_eber/oder ein Schweynwal. Der nam Schweynwal sol sunst gebraucht werden vonn einem Walfisch/der auff xxx. klaffter lang vnd nit zeessen ist.



MONSTRVM hoc (inquit Olaus) maximum est, & cornibus, & uisu flammeo horrendum. Oculi circumferentia sedecim uel uiginti pedum mensuram continet. Caput (quadratum, Cardanus) in quatuor mucrones diuiditur. Barba prolixa est. Pars posterior parua existimatur. Nos Cetum barbatum appellauimus, &c. Quatuordecim cornibus radiatum caput apparet. cornua utrinq; ab oculo incipiunt, & per occipitium transeunt: nescio quàm rectè. Albertus enim cetis nostrorum marium appendices quasdam esse scribit (circa oculos) ciliorum instar, corneas, octo ferè pedes longas, plus minùs, pro magnitudine beluæ, specie magnæ falcis fœnisecum, ducentas & quinquaginta super oculum unum, & totidem super alterum, ex lato in acutum desinentes, non rigidas, sed iacentes, & dispositas uersus tempora, ita ut ueluti os unum latum magni uanni instar efficiant, quo belua aduersus tempestates oculos muniens operiat. Oculi unius foueam homines quindecim, aliquando uiginti capere. ¶ De hoc Ceto sentit Rondeletius, ubi picturas Tabulæ Olai reprehendens, scribit, Scolopendram cetaceam monstrosam ab eo pictam esse, quadrato capite, promissa barba. Mihi hac ratione non rectè à Rondeletio reprehendi uidetur, &c. *Scolopendra marina.*

GERMAN. F. Ein Bartwal.

CETVM

CETVM Capillatum uel Crinitum hanc belluam nomino, cuius caput tantùm Olaus delineauit in Tabula.
GERM. F. Ein Haarwal.

Cetus iubatus Olai Magni.

Monoceros Olai Magni.

MONSTRVM hoc iubatum simul barbatumq́ in mari glaciali pingit Olaus, paulò infra Gruntlandiam, remotissimam ad Septentriones regionem: facie humana quodammodo. In explicatione quidem Tabulæ nusquam eius meminit: ut neque MONOCEROTIS illius, id est, Vnicornis: cuius caput in eadem Tabula exhibuit.

GERM. Zwey seltzame vnbekannte Meerwunder/söllend im Hochteutschen meer ettwan gesähen werden. Das mit dem horn auff dem kopff/so es natürlich also ist/sol billich ein Einhorn genennt werden.



MONSTRVM Rhinoceroti simile (inquit Olaus) naso & dorso acutis, deuorat Gambarum (*Astacum potiùs*) duodecim pedum.
GERMAN. F. Ein Naßwal/ein Spitzwal.

VACCAE marinæ (*aut potiùs Bouis marini cetacei*) caput, ut ipse nominat, in Oceano Septentrionali, pingente Olao, prominet huiusmodi. Plinius Cornutam inter belluas maris nominat, nec ullam eius descriptionem addit. Nos hâc Olai Vaccam sic nominare poterimus. neque enim cornutum alium piscem scriptores memorant, nisi Arietem.
GERM. F. Ein Meerochs/ein Meerkü.

HACTENVS ex Olai Magni Tabula animalium quidem in Oceano uerorum, & uiuentium: sed non satis ueras aut ad uiuum depictas, ut facilè suspicor, eicones aliquot exhibuimus. His fabulosa prorsus, Equi Neptunij effigies subiungatur, &c.

EQVVS fabulosus Neptuni pro ueterum pictorum arbitrio depictus. Neptunũ tridente insignem (inquit Bellonius) fingebãt ueteres à quibusdam ueluti Hippopotamis per aquas duci præeuntibus Nereidibus. Horum autem Hippopotamorum ac Nereidum formam pro pictorum libidine in magnam spectantium admirationem sic commenti sunt, ut Hippocampi cuiusdam potiùs, quàm Hippopotami rationem habuisse uideantur.

GERM. **Ein erdichtet Meer roſſz: auff welchem die alten Heidniſchen maaler den Neptunum / als ein gott deß meers / zů maalen pflågtend.**

TESTVDINES AQVATICAS LIBVIT HOC LOCO POST Cete collocare, &c. Terrestrem inter Quadrupedes ouiparas ponimus; Lutariam post animalia fluuiatilia

TESTVDINVM genus omne unum in Ordinem referri facilè non potest. Nam quæ terrestris est, Aquatilibus adnumerari non debet. Et inter Aquatiles, quæ in dulcibus aquis degunt, non possunt cum marinis describi. Terrestris aquam non ingreditur: aquatiles omnes in terram exeunt, saltem propter partum, &c.

DE TESTVDINIBVS IN GENERE.

Testudinum differentiæ.

Testudo aut est
- Terrestris
- Aquatica. *

* Aquatica aut est
- In mari, Testudo mar. χελώνη θαλασσία.
- In aqua dulci
  - Puriori, ut lacubus, amnibus.
  - Cœnosa, ut paludib. Testudo lutaria, dorso nõ cõuexo, &c.

  } Μῦς simpliciter Aristoteli.

Hæ siue species duæ sunt, siue una, uidentur uno nomine à Græcis Μῦς, uel Ἐμὺς, uel Ἀμὺς nominari.

TESTVDINIS uocabulum uidetur ampliùs patêre Latinis, quàm χελώνης Aristoteli. hic enim χελώνην terrestrem & marinam tantùm facit: alias, μῦδας appellat, à recto μῦς. Archigenes ἀμύδα (si rectè scribitur) interpretatur χελώνην λιμναίαν. apud Hesychium legitur, Ἐμὺς, ζῶον ἐν λίμνῃ καὶ ἐν πηγῇ γινόμενον: οἱ δὲ, χελώνην τὴν ἔχουσαν οὐράν. Murem marinum ex Latinis Plinius tantùm dixit semel aut iterum, ubi Aristoteles μῦν uel μῦδας nominat, de Testudinibus tamen in dulci aqua degentibus loquens. μῦς Oppiani, non Testudinum generis, sed piscium esse uidetur. Rondeletio uidetur ἐμὺς potiùs quàm μῦς legendum apud Aristotelem; uel utrunque legi posse. (Vide inferiùs

Mus mar.

ferius in Testudine mar.) ¶ Mixobarbari quidam scriptores Tortucam & Tartarucam pro Testudine dicunt. ¶ Dubitant nonnulli ad quod Aquatilium genus Testudines referri debeant. *Testudinum genus.* Cortice teguntur Plinio: & Aristoteli quoque: sicuti Lacertæ, Crocodili, & reliquæ quadrupedes quæ oua pariunt, & genus omne serpentum. Corticem hîc dicimus, quod simile uel ἀνάλογον squamæ sit, Græci φολίδα. Idem Plinius Testudines alicubi inter Testacea posuit. Et Aristoteles octauo historiæ: Exuunt (inquit) senectutem ea quibus cutis mollis, nec prædura & testacea quædam est, qualis Testudini (nam & Testudo inter cortice intecta enumeranda est, & Mus aquatilis:) sed qualis Stellioni, Lacerto, & præcipuè Serpentibus est. Sed quanquam Testudines à testa denominentur, & corticem eorum aliqui testam appellant, non tamen propriè dicta testata animalia sunt: quæ omnia sanguine carent, & testam figlinæ instar fragilem siliceám ue habent. Porrò genus animalium, quæ φολιδωτὰ Græci nominant, latiùs patet: cum & Serpentes qui pedibus carent, & Lacertos ac similes Quadrupedes contineat. Distinguendum hîc etiam corticis uocabulum: quod Latini quidam aliquando pro Testudinis tegumento accipiunt: Gaza aliíque eruditi recentiores, φολίδας ab Aristotele dictas, quæ ueluti squamæ sunt, cortices uel corticem uocant. Ego proximum Testudinis genus aliud non inuenio, quàm ut sit Quadrupes ouipara: quo genere Testudinum species omnes comprehenduntur. Rondeletius inter Cete adnumerat Testudines: sed hoc marinis tantùm cõuenerit: quæ, ut ipse inquit, mediæ sunt magnitudinis inter Cete. Aut potiùs, ut mihi uidetur, ne marinæ quidem cete appellari debent, si propriè loquamur, utcunque grandes. nam ad essentiæ ac generis rationem magnitudo non est adferenda. Quòd si cete rectè definiuntur animalia aquatilia (amphibiá ue) spirãtia & uiuipara: (nam cete omnia tum intra se, tum foras, animal generant Aristoteli:) Testudo autem omnis ouipara sit, cêtos eadem non erit. quanquam & Rana inter cartilaginea numeratur, sola ex eis ouipara; cum reliquis tamen commune hoc habet, quòd omnia ouum concipiant. Si quis tamen propter magnitudinem Testudines marinas, non quidem cete, sed cetaceas & κητώδεις appellare uelit, permittemus. Oppianus lib. 1. Halieuticorum cum cete enumerasset, subdit: Cæterùm quædam è mari in litus exeunt, ut Anguilla interdum & scutata Testudo. neque hæc cete esse uult sed de amphibijs diuersorum generum agere incipit. Quòd si naturæ rationem in eis spectemus, quoniam cum Serpentibus quædam communia habent, (lege mox in Italicis nominibus,) & prætereà pedes, Lacertis potiùs quàm Cetis cognati fuerint. nam & Lacerti ferè Serpentes uidentur, pedibus additis: & similiter terreni aquatilesque Lacerti reperiuntur. Sed peculiaris est eis latitudo corporis, & testa à qua denominantur. ¶ Testudines omnes dentibus carent, &c.

ITAL. Gallana uel Galana, corrupto nimirum Græco nomine Chelone. Taurini Serpentem cuppariam uocant à cuppa, alij Itali Serpentem (Biscam) scutellariam, à scutella. Serpentis quidem facies, sibilus, oua, cutis, (φολίδες) cum ijsdem in Testudine affinitatem habent. ¶ Inuenio & hæc Italica: Testuma, Testudine, Testugine, Tartuca, Cusuruma, Tartugella.

HISPAN. Calandra, Tortuga.

GALL. Tortue, Tortugue Monspelij.

POLONICE Zolw.

GERMAN. Ein Schiltkrott: quòd ueluti buffo quidam scutatus sit: ut Itali Serpentem scutellariam uocant. Tällerkrott / Gschertzenfider.

TESTVDINVM MARINARVM GENERA DVO.



TESTVDO marina prima, quam corticatam (inquit Rondeletius) uocamus, siue corticosam: quia cortice, id est, duro & crustoso ac aspero integumento operta sit. Ea terrestribus ac luta- 1.

rijs ſimilis eſt capite ac teſta, ſed maior: caput nunquam in teſta condit, ſed ſemper exertum habet: ac ceruicem tantùm pro arbitrio modò extendit, modò contrahit, &c. Capta eſt immanis in mari noſtro, anno 1520. quæ bigis uix trahebatur, &c. Rondeletius. ¶ Χελώνη θαλαττία Græcis. et
Mus mar. quanquam μῦς Ariſtoteli ſemper Teſtudinem in dulci aqua ſignificet, Plinius tamen Murem marinum dixit. Et Euſtathius: ὁ θαλάττιος μῦς (inquit) à uulgò perperam ὀμύδιον (malim cum tenui ὀμύδιον) uocatur. Nos de uocabulis μῦς, ἐμὺς, ἀμὺς, multa protulimus in Commentario noſtro De quadrupedibus ouiparis. Mus aquatilis Plinio, teſtudo lutaria eſt. Idem Murem marinum modò pro
Omys. eadem Teſtudine lutaria, modò pro marina uertit. Legitur & Omys (ὠμὺς) apud Ariſtotelem De partibus 3. 9. Omis marina apud Kiranidem legitur. quidam (inquit) ὠμίδια uocant: eò quòd in humeris magnam uim habeat, nam ὦμος eſt humerus. Inuenitur & Omidium, diminutiuè.

ITAL. HISPAN. GALL. Vide mox in ſecunda ſpecie.

GERM. Ein Meerſchiltkrott.



Teſtudinis (marinæ nimirum) hæc icon Venetijs efficta eſt: nulli illarum quas Rondeletius exhibet, ſimilis. Dentibus quidem Teſtudines omnes carere Rondeletius docet: ut ſuſpicer pictoris culpa non rectè dentes huic noſtræ attributos. GERM. Ein andere figur einer Meerſchiltkrott.



TESTV-

TESTVDO marina altera Rondeletij. Hanc (inquit) coriaceam appellamus, quòd integu- *II.*
mentum habeat non tam cortici simile, quàm corio bubulo, duro nigroq́, & iam concinnato *Coriacea.*
ad calceos, equorúmque frenos, & sellas, cæteraq́ ornamenta conficienda. Eandem Mercurij Te- *Mercurij.*
studinem appello: quòd eam esse existimem, à cuius similitudine Mercurius musicum instrumen-
tum à Gallis Luc uocatum excogitârit. Hæc fortè ab Aeliano Simia maris rubri appellatur. *Simia maris rubri.*
ITALICE, HISPANICE, GALLICE], ijsdem quibus Testudo simpliciter, nominibus
appellatur: sed meliùs adijcietur differentia marinæ: sicut etiam primæ.
GERMANICE. Ein andere art der Meerschiltkrotten.

ORDO XIII. DE MOLLIBVS DICTIS IN MARI ANIMALIBVS: VT SVNT SEPIA, LOLIGO, POLYPI, LEPVS marinus, Vrticæ.

DE MOLLIBVS (ET ALIIS QVOQVE EXANGVIBVS) IN GENERE.

ANIMALIVM alia sanguine prædita sunt, ut omnia hucusque proposita Aquati-
lium genera. Alia exanguia, ut quæ deinceps sequuntur ex marinis Aquatilibus o- *Exanguia.*
mnia. ea humore siue sanie quadam, qui sanguini proportione respondeat, nutriun-
tur. Sepiæ in mari, inquit Plinius, sanguinis uicem atramentum obtinet, Purpura-
rum generi infector ille succus. Sed sanguis, aut qui eius loco sit humor, corpore to-
to diffundi debet: non uno in loco seorsim esse, ut Sepiæ atramentum & succus ille preciosus in
Purpuris. ¶ Exanguium plura sunt genera: primum, quæ Mollia appellamus: quæ foris carne *Mollia.*
molli obducta, solidum intus, modo sanguinei generis, continent. Secundum, quæ crustis tenui- *Crustacea.*
bus operiuntur: hoc est, quæ partem solidam foris, mollem carnosamq́ intus continent. durum il-
lud eorum tegmen non fragile, sed collisile est: quale Cancrorum genus & Locustarum est. Ter-
tium, quæ silicea testa conclusa muniuntur: hoc est, quibus pars carnea intus: solida foris, fragilis, *Testacea.*
non collisilis: quale genus Concharum & Ostrearum est. Quartum, insecta omnia, quorum mul- *Insecta.*
ta sunt genera. ea incisuras parte sui uel supina, uel prona, uel utraque habent: nec osseum quic-
quam discretum aut carneum, sed quiddam inter hæc ipsa continent: quippe quæ corpore pariter
intus forisq́ duro constent. Sed de alijs suo loco: nunc de Mollibus.

Quæ nos Plinium secuti Mollia uocamus, Græci μαλάκια appellant. foris enim, ut diximus, *Mollia.*
carne (tactu) molli obducuntur, tota ferè carnosa, & tactui cedentia: sine squamis, sine omni asperi-
tate duritiéue cutis, instar humanæ. Ab his toto genere differunt pisces μαλακόσαρκοι dicti, ut sa-
xatiles, quorum mollis est caro: cum Mollium durissima sit, (tenax & difficilis concoctu.) Μαλακό-
δερμα, τὰ. Aristoteli De generatione animal. 1. 10. dicuntur oua Cartilagineorum & Viperarum,
ubi Gaza non rectè uertit, Cute molli intecta, generant oua: & tanquam à nouo capite incepit,
cùm præcedentibus cohæreant. ¶ Pisces propriè dicti omnes, sanguinei sunt, & branchias ha-
bent: Mollia uerò cùm utrisque careant, impropriè à Plinio inter pisces numerantur. ¶ Mollium
(inquit Aristoteles) exteriores partes hæ sunt: primùm & anteriùs, pedes, deinceps his coniunctũ
caput, postremò alueus siue sinus. Πόδας, pedes (qui ab eodem πλεκτάναι etiam, & à Plinio brachia
dicunt) octonos, binis acetabulorum ordinibus instructos habent, excepto genere uno Polypo-
rum. caput inter pedes & uentrem. in superiore capitis parte, oculos: in inferiore uerò, atque in
medio ipsorum pedum, os. in quo ossicula duo nigra, incurua, & Psittaci auis rostrum æmulantia,
dentium uice extant. Inest etiam in ore caro quædam exigua, qua uice linguæ utuntur. lingua e-
nim nullis hoc in genere data est. Habent & cerebrum, similiter ut sanguinea: cum reliqua exan-
guia eo careant. A capite sequens alueus uel sinus (τὸ κύτος) continet totum corpus & interiora.
Hunc ambiunt pinnulæ. Postremò mollia fistulam ante alueum positam supra brachia (inferiore
parte sub brachijs potiùs) gerunt, cauam: qua mare transmittunt, quantum suo admiserint alueo,
quoties aliquid ore capiunt: eamq́ modò in dextram partem transferunt, modò in sinistram. hac
eâdem fistula suum quoq́ atramentum fundere solent. Quod ad colorem, Mollia omnia subal-
bida sunt. Hæc ferè Saluianus de partibus Mollium externis obseruauit. De internis breuitatis
causa nihil dicemus. ¶ Mare dum cibum capiunt, obiter ore admittunt, (non refrigerationis gra-
tia, ut pisces suis branchijs:) idemq́ mox per fistulam ut cete reddunt. Aristoteles Polypum per ap-
pellatam fistulam (physeterem,) fœtum ædere tradit: quod & Rondeletius comprobat. ¶ Poly-
pus & Sepia non sine ueneno, sed exiguo mordent, Oppiano teste. ¶ Aristoteles Mollibus om-
nibus τὸν θολόν, id est atramentum, tribuit: quod in metu effundũt, ut eo infuscata aqua abscondan-
tur: id Sepiæ & Loligini nigrum est, Polypo purpurascit. hoc pro sanguine mollibus esse non re-

ctè sensit Plinius, sanguinis enim loco humor seu uitalis succus is est, qui per totum corpus dispergitur, atramentum uerò excrementitius humor, continetur in quadam ueluti uesica, quam Græci μήκωνα, id est, papauer uocant. Alia uerò in eis pars est μύτις, mutis: quæ non excrementum continet, ut quidam putarunt: sed hepati respondet, non (ut Aristoteles existimabat) cordi.

Papauer. *Mutis.*

GERMAN. Kuttelfische. Vide inferiùs in Germanicis nominibus Loliginis & Polypi.

Sepiæ hæc icon est Venetijs facta. Rondeletius ei pedes octonos tribuit: nostra hæc plures habet, pictoris nimirum negligentia.



SEPIA, Σηπία, nomen apud Græcos tulit, quòd atramento, ueluti putrida quadam sanie, quam Græci σηπεδόνα uocant, abundet. Græcum nomen Latini retinuerunt. Sepium (Σήπιον) uocat Aristoteles, solidum quod intus est, nostri aurifabri Fischbein: Athenæus ὄστρακον ἐν τῷ νώτῳ, Columella Sepiæ testum. Atramentum in metu effundit: & sic infuscata aqua absconditur. Sepidium, Σηπίδιον, diminutiuum est.

Sepium.

Sepidium.

GRAECI hodie, ut audio, Calamariam uocant: quod nomen Lolligini magis conuenit, tribuitúrque apud nonnullos.

ITAL. Vbique in Italia uetus nomen retinet, Matthiolus. Genuenses & alij quidam Sopi nominant: Veneti & Romani prisco nomine Sepiam, (Sepio, Saluianus.) Scoppa grammaticus Italus interpretatur la Seccia, Calamarro. Venetijs Seppa dicitur, alibi Scepa: uel Cepia, ut circa Liguisticum.

HISPAN. Xibia.

GALL. A nostris Sepio, à Gallis Seche (uel Secche) dicitur, Rondeletius. Seiches uocantur exiccatæ: recentes uerò nullius sunt precij in Oceano, Bellonius. Genuæ Sopi, ut & Masiliæ. Sunt qui Seiche uel Boufron interpretentur, Sepiolam uerò Casseron. sed posterius hoc nomen Loligini paruæ debetur.

ANGLIS Sepia est a Cuttel/Cuttle. quod nomen Germanicũ est, & propriè intestinum significat.

GERMANI superiores aliqui uocant ein Meerspinn, id est, Araneum marinum: quod nomen ad Pagurum potiùs retulerim. Marium accolæ mollia omnia uidentur Blackfisch appellare. Vide mox in Loligine minore. Nostræ quidem dialecto nomen Kuttelfisch ab Anglis sumptum, magis congruit.

SEPIA.

SEPIARVM oua seorsim hîc (inquit Rondeletius) qualia à mari reijciuntur, depingenda curauimus: ut melius intelligantur quæ de his ab Aristotele literis prodita sunt.

GALL. Nostri Racemum marinum uocant, à similitudine racemi uuæ uitis, Rondeletius. Alia est Vua Plinij inter zoophyta.

GERM. Rogen oder eyer von Kuttelfischen. F. Ein Meertraub.



SEPIOLAM hanc nomino, inquit Rondeletius: cuius nullam, quod sciam, mentionem fecerunt ueteres. corporis quidem forma Sepijs similior est, quàm Loliginibus uel Polypis. Sepię nascenti similis est: pollicis crassi magnitudinem non superat. Sepiaria uulgò uocatur. colore est uario. Vêre maxima côpia capitur cum reliquis piscibus: & quanuis suauissima, ob paruitatem negligitur. Ex Polyporum genere non est: & errant qui hunc Polypum paruum uariumq; Aristotelis faciunt. ¶ Sepidium nomine diminutiuo Græco dixeris. Dorion Sapidia inter hepsetos, id est, pisciculos minutos elixari solitos, numerat.

GERMAN. Ein kleine art der Kuttelfischen/wirt nit über ein dicken thumen groß.

LOLIGO magna, τεῦθος, (penanflexum: reperitur & oxytonum, quod minùs placet,) Teuthus. Gaza Lolium uertit nouo uocabulo. Teuthis, τευθὶς, Loligo minor est. Plinius tum Teuthum, tum Teuthidem, Loliginem côuertit. Non uerò magnitudine tantùm differunt: (nam etiam Teuthi quidam parui sunt, sui generis:) sed etiam figura. Pars enim Teuthorum quæ exit in acutum, latior est. præterea pinnulæ totam aluum (*totum alueum, Gaza*) ambiunt, quæ in Teuthide sunt minores, (*ἔλαττον Græcè, quod referendum uidetur potiùs ad τὸ ὀξὺ, quàm ad pinnas.*) Mollia quidem omnia τευθώδη uocantur apud Athenæum.

Loligo sic dicta est, quasi Voligo, quòd subuolat, Varro. sed hæc origo primam breuem requireret, quæ tamen produci solet, ab Horatio, Ouidio: & per l. duplex à Gaza alijsq; recentioribus ferè scribitur: doctiores plerique l. simplici scribunt. Vligines indocti quidam, ut Syluaticus, pro Loligines dicunt.

ITAL. Romanis ac Venetis (ut & Prouincialibus) Totena dicitur. alij Totano scribunt. Genuenses tamen & Massilienses Loliginem minorem, Totenam uocant. Rursus Italis (plerisque) Calamaro, Loligo minor est: Gallis autem Calamár, Loligo maior.

HISPANI Calamár, Lusitani Chocco uocitant.

GALL. Calamár nostri uocant, à thecæ scriptoriæ similitudine: siue quòd in ea reperiantur quę ad scribendum necessaria sunt, uidelicet atramentum & gladiolus, qui altera parte cultrum, altera calamum refert. Prouinciales Tothena corrupto nomine pro Teutho uocant. (*Vide paulò antè in Italicis nomenclaturis.*) Baionenses Cornet. Vide in Gallicis nominibus Loliginis minoris. Lollium Massilienses nuncupant, quasi Latinè, Gillius.

GERMAN. Sepias & Loligines Germani uno nomine uocant **Blackfisch**, ab humore atramento simili, quem habent loco sanguinis. eum enim humorem Germani **Black** appellant, Eberus & Peucerus. Anglis **blak** nigrum significat. Adamus Lonicerus Sepiam duntaxat **Blackfisch** appellari scribit. Quòd si generale nomen hoc ad Mollia faciamus, species sub eo contentas differentijs adiectis, Germanis nostris ita interpretabimur: Loligo maior, **ein grosser langer Blackfisch**. Loligo minor, **ein kleiner langer Blackfisch**. Sepia, **ein breiter Blackfisch. Dise drey habend all kurtze füß/ ein großlachten leyb/könnend nit gon.** Polypus, **ein Blackfisch mit einem kleinen leyb/vnnd langen füssen/darauff er auch gon kan.** Sepiam quidem Angli uocant **Cuttel** uel **Cuttle**: quòd carnis mollitie & substantiâ, intestina quadrupedum referat. inde genus omne Mollium Germanicè rectè nominabimus **Cuttelfisch**, (uocabulo nostræ dialecto magis conueniente, quàm **Blackfisch**,) & differentias præscriptas adijciemus. uel sic, Lolligo, **ein Raankuttel**: nam **raan**, gracile & oblongum nobis significat. Germani superiores Sepiam **Meerspinn**, id est, Araneam marinam nominant. quo nomine si quis pro genere uti uoluerit, utatur. mihi quidem non placet: quoniam alia quoque marina quædam animalia, præsertim crustata, araneæ nomine ueniunt. Quòd si quis commune Gallis, Hispanis & Italis Calamarij de Loligine nomen Germanicum facere uoluerit, & expresso magnitudinis discrimine, duo eius genera distinguere, sic efferat licebit: **kleiner Schreybzeüg/ grosser Schreybzeüg.**

Loliginis maioris hanc quoq; formam, etsi minùs exquisitam quàm Rondeletij, opinor, ut Venetijs olim mihi confecta est, addidi.

ANGLICE. **Sleue**, ut Ioannes Fauconerus me docuit. Posset etiam **Blakefisshe** (opinor) dici.

LOLIGO minor, τευθίς. Plura leges ſuperiùs annotata in Loligine magna.

ITAL. Romanis, Venetis ac Neapolitanis Calamaro, Genuenſibus & Maſsilienſibus Totena, Bellonius. Vide ſuprà in Loligine magna.

GALL. Maſsilienſibus (ut & Genuenſibus) Totena. ijs uerò qui Baionam incolũt, Cornet uel Corniche, Bellonius. At Rondeletius Baionenſes (inquit) Cornetz & Corniches uocant, magnã Loliginem à parua diſtinguentes. Gallis, præſertim Santonibus, Caſſeron dicitur. à noſtris (*circa Monſpelium*) Glaugio, corrupta uoce, opinor, ex Gladiolo. quanquam Monſpelienſes noſtri Calamar & Glaugio ſæpe confundant. alij magnitudine diſtinguunt.

GERMAN. **Ein kleiner langer Blackfiſch.** Quære ſuprà in Loligine magna.

DE POLYPIS IN GENERE.

POLYPI uocabulum Latini non habent, ſed acceperunt à Græcis, Varro. Græci à pedũ multitudine nominarunt: cirros enim octonos habet, quibus ut pedibus ac manibus utitur: quare & pedes & brachia uocant. ¶ Polypus maſc. genere efferri ſolet: Lucilius tamẽ apud Noniũ, etiã in fœminino ponit. Syllaba prima quanquam natura breuis, plerunque producitur à Gręcis, præſertim epicis, aſſumpto y. more Ionũ. Latini etiã producũt, ut Ouidius, Martialis, Horatius, alij. Inflexio eius apud Gręcos uſitatior eſt creſcentibus obliquis, ſicut in nomine πούς unde componit: apud Latinos uerò pariſyllaba. πολύπους paroxytonũ Atticũ eſt: πώλυπος uerò (uel πωλύπους) Doricũ & Aeolicum. cui & πῶλυψ ſimile eſt: πόλυπος Ionicũ, (quanquam & hoc aliqui Atticũ faciunt:) aut πουλύπους. πούς accuſandi caſum facit πόδα, cõpoſita ab eo in ουν tantùm, ut πολύπουν, Euſtathio teſte: ſed πολύποδα quoque reperiri author eſt Athenæus. πουλυπόδης, ὁ. Antiphili Byzantij eſt. πολυπόδια Ariſtoteli ſunt parui & nuper prognati Polypi. ¶ Ἀνόστεος apud Heſiodũ, id eſt, exos, pro Polypo accipitur, epitheton loco ſubſtantiui: Lacedæmonij tamen Polypũ ſubſtantiuè & ſimpliciter Ἀνόστεον uocant. Onos, id eſt, Aſinus mar. quem quidã Polypũ dicunt, Kiranides. Alius, quod ſciã, nemo Aſini nomen Polypo attribuit. nos ὄνους, id eſt, Aſinos Aſellós ue ſui generis piſces, nõ Mollia, ſuo loco dedimus. Pulpũ aliqui recentiores indoctè nominãt, uoce Italis uulgari ad Latinã terminationẽ deflexa. Albertus Multipedẽ nominat, Gręco nomine ſimpliciter tranſlato. Octapodia pro Polypis apud Pſellũ legunt, diminutiuo nomine. ¶ Polypi proboſcidibus carent, qua nota à Sepia Loliginéque diſiungunt. ſed harũ defectũ natura pedum ad eoſdẽ uſus commodorũ longitudine penſauit. Supra uentriculũ ueſiculã habent, & in ea attramentũ, ſed nõ ita nigrũ ut in Sepijs & Loliginibus, uerùm purpuraſcẽs. Veſiculã hãc μήκωνα uocat Ariſtoteles, è qua atramentũ per fiſtulã effundit ante aluũ ſitam. De partu eorũ per fiſtulã, fœtu, incubatione: & à partu debilitatione fœminę: à coitu uerò maris: uitæ breuitate, coloris mutatione: Brachia ſua an arrodãt ipſi: Quòd in ſiccum exeuntes, oleam, ficum, & ſalſamenta appetentes: item de ingenio aſtutiáque ipſorum, &c. copioſè in Hiſtoria Aquatilium ſcripſimus.

Genus. *Proſodia.* *Inflexio.* *Orthographia.* *Ἀνόστεος.* *Onos.* *Pulpus.* *Multipes.* *Octapodium.* *Pedes.* *Atramentũ.*

GRAECI uulgò Octapoda dicunt, quidam ineptiùs Catapoda.

ITAL. Vbique gentium ferè nomen retinet, Gillius. Polpo Romæ & alibi in Italia uocatur: à Venetis ſimiliter uel Folpo. Genuæ Porpo.

HISPAN. Pulpo.

GALL. Noſtri per ſyncopen Poulpe uocant, Galli Pourpe, (aliàs Poupe) Rondeletius. Galli Pourpre, Maſsilienſes Secche poupe, Bellonius.

ANGLI qui Vectam inſulã incolunt, uocant **a Pour cuttel**, ut Turnerus me docuit: alij quidam, ut à Io. Fauconero accepi, **a Preke.** Iidem Sepiã **Cuttel** uel **Cuttle** uocitant Germanico nomine inteſtinum ſignificante. uidẽtur autem Malacia omnia Germanicè rectè poſſe uocari **Kuttelfiſch:** ut ſi Polypum interpreteris, **ein Kuttelfiſch art.**

GERM. F. **Ein Vilfüß/ Polfiſch** uel **Polkuttel**, nomine compoſito à Polypo & **Kuttel**, quod eſt Sepia. nam & Maſsilienſes Polypum nominant Secche poupe. Vel circunſcribatur, **Ein Blackfiſch mit acht langen füſſen/vnd einem kleinen leyb.**

Icon hæc nostra Polypum parte prona repræsentat: ea uerò quam Rondeletius dedit, partem quæ cirros continet supinam, geminis acetabulorum ordinibus eleganter exprimit.



POLYPVS quem hîc depingimus (inquit Rondeletius) omnium maximus est & notissimus. eius differentiæ duæ sunt. alter enim litoralis est, alter pelagicus, uita solùm, specie nullo modo dissidentes, &c.

ITAL. GALL. GERMANICE & ANGLICE nomina eadem omnia, quæ iam in Polypo simpliciter diximus, maximi differentia addita, ei conuenient. Ein grosser Polkuttel/rc.

POLYPORVM genus secundum satis ex primo cognosci potest: hoc tantùm differens, quòd paruum uariumq; est, ciboq; ineptum. quare separatim non depinximus, Rondeletius.

POLYPVS



POLYPVS tertij generis est, qui dicitur diuersis nominibus (inquit Rondeletius) Eledona, Bolitęna, Ozolis, Ozæna, Osmylus. Plinius lib. 9, cap. 30. Ozænam à graui capitis odore dici tradit, ob hoc Murænis maximè eam consectantibus. ego ucrò quòd eo sit odore, qui grauitatem capitis inducat, dictam fuisse puto. Aristoteles quidem Historiæ 4. 1. Eledonam & Bolitænam siue Ozolin, manifestè distinguit. At rei ipsius ueritas paulò aliter quàm Aristoteles Polyporũ genera partiri nos coëgit. cum enim eundem semper Polypum uiderim & odore esse graui, & longissima brachia habere, simplicemq; acetabulorum ordinem, non potui non existimare Bolitænam siue Ozolin siue Ozænam, ab odore nominatum, & Eledonam, eundem esse Polypũ. Hæc Rondeletius. ¶ ὄσμυλος paroxytonum, ὄζαινα & ὄζολις (Gaza Ossolem uertit) ab odore facta sunt *Osmylus.* nomina, sicut & à moscho recentioribus. Et fortè etiam βολίταινα ab eodem odore dicta fuerit. βόλιτον *Ozæna.* enim uel βόλβιτον Græci fimum bouis appellant: qui arefactus, præsertim in Sole, moschum *Ozolis.* subolet. Osmylium & Osmylidium diminutiua sunt. Legimus & Bolbotinen & Bolbidium, *Bolitæna.* pro eodem pisce nimirum. & Polypodine Athenæo memorata, nisi Polypi genus secundum, par *Polypodine.* uum uariumq; est, Osmylus fortè fuerit, patronymico nomine fœminino, tanquam diminutiuo dicta. Athenæus quidem ab Eledona distinguit. Eledona Aristoteli à cæteris differt crurum pro *Eledona.* lixitate: & quod una ex Mollium numero simplicem acetabulorum ordinem agat, (*quod ei etiam quem exhibemus conuenit,*) non ut cætera duplicem. Reperitur autem uarijs modis scriptum, ἐλεδώνη, ἑλεδώνη, ἐλεδόνη, Δελιδώνη. Suidas ἀπὸ τοῦ ἑαυτὴν ἕλειν deriuat, ac si ἑλεδόνη diceretur. ¶ Quis non miretur Polyporum uarietatem? nam horum alius tetram odoris fœditatem habet: alius nomine Osmylus bene olet, & nihil muscosius (*propiore moscho odore*) sensi. Muscum enim non leuiter, non modò uiuus, uerùm mortuus etiam olet. Is qui eum uel occultissimum fert, circunstantes suauissimè permulcet. In arcis ad imbuendas grato odore uestes reponitur, Gillius: qui hunc piscem à Græcis hodie Moschiten uocari tradit: Heledonam uerò ab ijsdem corruptè Halidonã, ut pisces duo diuersi sint, ita ut Aristoteles existimauit. Qua de re diligentiùs inquirent, uel hodie eruditi, uel olim posteri. Bellonius exhibitum à Rondeletio piscem Eledonam facit: Ozęnam uerò, quę Itali Moscarolum uocent, Polypo per omnia similem, &c.

GRAECI hodie Moschiten appellant; aliqui, ni fallor, Gopos.

ITALI Moscarolum & Moscardinum, nonnulli Muguetinum, Bellonius. sed Muguetini nomen Gallicum potiùs uidetur. Ego Moscharolo Venetijs uocari didici, circa Genuam Muzaro.

GALL. Masilienses Muscum nominant, Gillius. Muguetinus, ut iam in Italicis dixi, Gallicum eiusdem piscis nomen uidetur.

GERMAN. F. Ein Bisemer/Bisemling/Bisemkuttel.

Nautilus Aristotelis: uel Polypus testa inclusus, prior.

Pronus. *Supinus.*



Eiuſdem teſta, acatij modo carinata, inquit Plinius, puppe inflexa, prora roſtrata.



Teſtam Nautili Bellonius huic ſimilem pinxit: & conditum in ea Polypum, extantibus cirris omnibus, multò (proportione teſtæ) longioribus, nempe triplo & ampliùs quàm Rondeletius pingit: ita ut terni eorum utrinque criſpati demittantur, bini in obliquum erigantur, nulla intermedia membrana. eam enim ueli loco ad planam teſtæ extremitatem ſiue proram erexit. Oppianus binos pedes erigi ait, interq́ eos tenuem membranam, ueli inſtar. binos uerò utrinque demitti, gubernaculis (οἴηκεσι) ſimiles. Sed Bellonij icon, & quam ex Anglia accepi, ternos utrinque demittit. uidentur autem remis, non gubernaculo, comparandi ij. Plinius ſolus cauda media ut gubernaculo hunc piſcem uti ſcribit, neſcio quàm rectè. quæ enim pars caudæ nomine in Polypo appellari poſsit, & extra teſtam emitti, non uideo.

Nautili à Bellonio exhibita icon.



NAVTILVS, uel Nauticus, uel Ouum Polypi, (Ναυτίλος, Ναυτικός, ᾠὸν πολύποδος:) uocatur Polypi ſpecies. eius teſta Pectinis teſtæ ſimilis eſt, cauæ, non cohærenti uel adnatæ. ipſe paruus eſt, & facie ſimilis Bolitænæ. Altera ſpecies Cochleæ modo teſta munitur, quam nunquã deſerit, ſed brachia duntaxat interdum exerit, Ariſtoteles. Apud Plinium inter huius piſcis nomina pro Pompilo, legendum eſt Polypi ouum, ex Ariſtotele. Inter præcipua miracula eſt (inquit Plinius) qui uocatur Nautilus. Supinus in ſumma æquorum peruenit, ita ſe paulatim ſubrigens, ut emiſſa omni per fiſtulam aqua, uelut exoneratus ſentina, facilè nauiget. Poſteà duo prima brachia retorquens, membranam inter illa miræ tenuitatis extendit, qua uelificante in auras cæteris ſubremigans brachijs, media cauda ut gubernaculo ſe regit. Ita uadit alto Liburnicarum gaudens imagine: &, ſi quid pauoris interueniat, hauſta ſe mergens aqua. ¶ Gaza Nautilum, uertit Nautam. nec rectè tria huiuſmodi Polyporum genera facit, cum ex recitatis uerbis duo tantùm ab eo memorari appareat. ¶ Plinius cùm de Nautilo paulò antè dixiſſet, (ex Ariſtotele:) mox tanquam de altera ſpecie: Nauigeram ſimilitudinem (inquit) & aliam in Propontide ſibi uiſam prodidit Mutianus: Concham eſſe acatij modo carinatam, inflexa puppe, prora roſtrata. in hanc condi Nauplium, animal Sepiæ ſimile, ludendi ſocietate ſola: duobus hoc fieri generibus. Tranquillo enim uectorem demiſsis palmulis ferire, ut remis: ſi uerò flatus inuitent, eaſdem in uſu gubernaculi porrigi, pandiq́ concharum ſinus auræ. Huius uoluptatem eſſe ut ferat, illius ut regat, &c. Mihi Nauplius à Plinio Mutiani uerbis deſcriptus, non alius quàm Nautilus proximè ex Ariſtotele ab eo memoratus uidetur. ¶ Si non eædem, at certè ſimiliter nauigare uidentur conchæ, quæ Veneriæ dicuntur, de quibus Plinius: Nauigant Veneriæ: præbentesq́ concauam ſui partem, & auræ opponentes, per ſumma æquorum uelificant. ¶ Rondeletius reprehendit Bellonium, qui Conchã

Nauplius.

Margari-

Margaritiferam uulgò dictam, secundam Nautili speciem esse putârit.

ITAL. Nautilum uulgus Neapolitanum Muscardinum & Muscarolum nominat: quod etiam nomen Osmylo commune est, Bellonius.

GERMAN. Ein Farkuttel / oder Schiffkuttel: ut simul è mollium genere eum esse, simul & nautam, indicetur. Reperitur quidem in Oceano Britannico quoq; unde eius picturam Io. Fauconerus medicus olim ad me dedit, ANGLICVM eius nomen ignorare se confessus.

Leporis marini prima species Rondel.



EIVSDEM *species secunda, substantia, atramento, partibus internis, superiori similis est, differt autem partibus externis, &c.*

GERMAN. F. Ein andere art der Ghifftkuttel.



LEPVS Marinus (λαγὼς θαλάσσιος) è Molliū numero est, quanquā sanguis eius (quo Mollia carent) inter remedia ab Archigene, Plinio et Marcello nominatur ꝑ atramēto forte. Is (inquit Rondeletius) hactenus à paucis cognitus fuit, tum ob raritatem, tum ob uariam à ueteribus traditā eius descriptionē. Plinius offam informem uocat. Aelianus Cochleæ exenteratę similem facit, Dioscorides Loligini paruæ. Sunt qui (*ut Albertus*) Gronaut uulgò dictum, Leporem marinum esse putent (*quem pisce Rondeletius Lyrā facit:*) Piscatores nostri eum qui Pholis à nobis existimatur, Leporis nomine uendunt: alij Liparim esse credunt. Quæ omnia unica ratione falsa esse conuincuntur. nam modò nominati pisces frequentissimè mensis apponuntur, ijsq; sine ullo periculo uesci omnibus licet: cùm ueterum omnium testimonio Lepus marinus maximè sit uenenatus. Hæc ille. Germani uulgò Orbem marin. uocant Seehaß, id est, Leporem marinum. uidetur autem is Lepus marinus Apuleij, ut supra dixi inter Orbes. Huius genera aliquot reperimus: quę causa esse potuit cur diuersæ ab authoribus traditæ sint eius descriptiones. Primum genus, quod hîc exhibemus, maximè letale est, ex Mollium genere. Cochleæ exenteratæ ualde simile, maximè posteriore corporis parte, &c. Rondeletius.

HISPAN. Liebre de la mar: quod an uulgò in usu sit de hoc pisce, an ab erudito aliquo positum, ignoro.

GALLI circa Monspeliū Imbriago uocant, (*ut Mullum imberbem quoq; ab insigni rubore.*) Rond.

GERMAN. Ein Ghifftkuttel / ein Rotkuttel / ein kleiner ghifftiger Kuttelfisch.

Pronus. *Supinus.*



EIVSDEM species tertia. Hoc genus (inquit Rondeletius) præcedentibus substantiâ, uiribus & facultatibus simile est. Hîc partem pronam & supinam repræsentamus. Quod in partis supinæ, ferè medio, uides, est os: supraposita ori pars, alueus: qualis in sepijs, oui figurâ, sed in ambi

tu crenatus. Ori subiecta pars, membrana est tenuis, carnosa, magis expansa in rotundum: cuius ora fimbriata est, fimbriæ nigræ sunt, &c. Intus cerebri nigri parum est, gulam excipit uentriculus, ex quo oritur intestinum conuolutum. In medio substantia quędam est fungosa, succum fuscū continens: fortasse μήκωνα cum attramento suo, (*Hæc ad Bellonij Leporem accedunt.*) Toto corpore est splendido: crystallum, uel pituitæ massam concretam congelatamq́; esse dicas, &c. Iisdem uiribus cum primo, sed imbecillioribus eū esse cēseo. hic in alto mari, ille in cœnosis locis maris, stagnisue lutulentis degit.

GERMAN. F. Das dritt gschlecht der Ghifftkutteln.

BELLONII Lepus marinus ab ijs, quos Rondeletius exhibet, omnibus diuersus uidetur, nisi cum postremo conueniat. Ego (inquit) ut liberè quod de hoc pisce comperi affirmem, dicam Leporem marinum, animal paruum esse: inter Loligines, Lollios aut Sepias, nonnunquam etiam unà cum Apuis capi solitum; odore tetro, nullam aliam habēs formam, quàm (ut scribit Plinius) offæ cuiusdam informis: cuius inter Cyclades magna est copia. Fuluū Leporis terrestris colorem imitatur. Pulmonis mar. more per mare diuagatur, tametsi pīnis careat. Pellucidum habet corpus, oui anserini crassitiem non excedens. Gibba est illi forma parte externa, qua etiam glaber est. Conuexam internam partem ostendit: qua eàdem parte nerui permulti, recti atq; obliqui apparent: quibus eo modo ferè striatus est, ut cōuexa fungi pars: ijsdemq́; adstrictum corpus diffundit, diffusum uerò contrahit. sese enim astringendo aquā percutit, ut in ipsa natatione fungi figurā referat. (*Inde cōijcio eūdem Venetijs Fongo marino uocari. hunc.n. Alunnus Italus tradit, esse materiam quandam, (ueluti) è spuma marina coagulatam: quæ quidem uiuat, moueatur, & sentiat: sed corpus membris distinctum non habeat.*) Septem habet appendices, innumeris promuscidibus stipatas, ex Indico in cyaneum uergentes: quibus sugendo alimentum corpori suggerit. appendicum autem substantia fungosa est. Cæterum ex aqua emergens, suam figuram amittit, & in seipsum concidit, ut Pulmo marin. quapropter in uase aquam habente hunc contemplari oportet. Tota corporis substantia mucosa est, ac ueluti cartilaginosa. Os ad cirrorum radices in concaua parte situm habet. Linguam demorsus uellicat, ut Ari radix, paulò tamen remissius. Quinetiam in tenuia frusta discissus, & in mare coniectus, uiuit tamen ac mouetur. Marinam Squillam si quando suis cirris contigerit, eam non secus atq; Vrtica marina retinet. Liberè uagatur in mari, nullisq́; flatibus aut procellis ad litus eijci potest. Hæc Bellonius. Pulmo marinus Bellonij plurima habet communia cum Lepore marino, ut species unius generis uideātur. Pulmo quidem Bellonij à Gallis uulgò obscœna uoce Pota marina dicitur. Rondeletius non Pulmonem marinum, sed Vrticæ genus hoc facit. (Germanicè honestius dicetur Meerschaam.) Aliqui Meerschum, ut audio, uocitant, hoc est, Spumā maris. edendo esse negant, ferri in summa aqua. radijs ab uno quodam cētro striatam esse: colore candido. nec uiuere extra aquam. (Holothurij etiā Rondeletij prima species, non minus ingratū odorem redolet, quàm Lepus marinus.) Lepus marinus ueterum, massa quædam siue offa carnea informis, Rondeletio teste, ne oculos quidem habet. Idem uidetur animal, quod Albertus Magnus sine nomine describit, his uerbis: Animal quoddam abundat in maribus Germanię & Flandrię, oui albo substantia simile, figura hemisphærij: in extremis tenue, & in medio circa polum sui hemisphærij substantiæ est crassioris: ubi etiam lucent duo quasi oculi (*Non oculos dicit, sed quasi oculos*) magni, intra superficiem sphæræ cōtenti. Membrum in eo nullum est distinctum. Extra aquam immobile est, & omnino non diffunditur, amissa figura sua, sicut album oui, & concidit totū. Rursus aquæ immissum, paulò pòst recipit figuram suam, & mouetur (sicut antè) motu dilatationis & constrictionis. Eiusdem & alibi meminit Albertus: ubi de Spongijs loquens, hoc animal esse Aplysian putat, imperite. Aplysię enim hærent nimirum ut reliquæ Spongiæ, nō soluti errant. Hoc idē alibi uocat animal phlegmaticum, phlegmati uiscoso & albumini oui, omnino simile. Phlegma quidem & mucū pituitosum Germani inferiores uocāt Schnot, (nostri Schnuder,) unde hoc animal Schnottolf appellatur. quod nomen tamen etiam alijs quibusdam pituitosis & mucosis piscibus attribuitur. (nam Seehaß, id est, Lepus marinus Germanorum [alius quàm Græcorum & Latinorum] duorum aut trium, ni fallor, generum reperitur, quibus communis est figura orbicularis.) est & alius piscis oblongus, eodem nomine. De quibus omnibus nos post Orbes Rondeletij scripsimus. Mustelæ Musteli'ue marini genus, nomine tantùm cōsyderato, uideri poterat animal, quòd Seequapp nuncupant maris accolæ Saxones. ijsdem enim uocabulū Quapp (& Alquapp) Mustelam fl. nostram significat. sed audio animal esse marinum, coloris flaui, oui propè uitello simili substantia, glabra, molli, & quæ ictibus cedat, tenui, & instar oui in aquam effusi: moueri, contrahi, dilatari, instrumenta corporis nulla habere. eximi ab aqua, nisi aliquo uase excipiatur, non posse: exemptum protinus motu destitui. Hic fortè Lepus marinus Bellonij fuerit. Germanicè nominari poterit Gälber Meerschum, à flauescente colore. nam superiùs descriptum cognatum ei animal, colore albo est. Licebit & Meerschwum, id est, Fungum marinum nominari, à substantia fungosa & molli: & quia conuexa etiam siue interna eius pars fungi modo striata est, & in natatione fungi figuram refert, ut de suo Lepore marin. Bellonius scribit. Quòd si rectè Leporibus adnumerari poterit hoc animal Seequapp dictū, id est, Rubeta marina: (Saxones enim et Rubetā, et Mustelā fl. Quapp uocant:) alterum etiam illi maximè cognatum, sed albi coloris, quòd Meerschum nomina-

Italicè.

Pulmo mar.

Vrtica.

Holothuriū.

Albertus Magnus.

Seehaß.

seequapp.

Meerschwum.

nominauimus, id est, Spumã marinam, Leporum aliquod genus fuerit. Rubetæ quidem nomen uel à ueneni, uel alia similitudine indi potuit. Hæc pluribus exposui, ut qui non procul Oceano habitant eruditi, hæc animalia cum ueterum atq; recentiorum scriptis conferant studiosius: & ne Leporis, Pulmonis ac Vrticæ marinæ historiæ confundantur, caueant. ¶ Pharmacopolæ aliqui maris spumam appellant materiam quandã concretam, intus lanosam & tactu urentẽ: quam ueterum Alcyonium esse Brasauolus conijcit. Lyram piscem Rondeletij, uulgò Gallis Gronaut (alijs Gornart,) dictum, aliqui Leporem marinum esse putant, ut Albertus: Germani quidam melius Seehan, id est, Gallum marinum, appellant.

Seehan.

APVLEIVS in Apologetico, Leporem marinum putat esse animal, cætera exosse: sed quod duodecim numero ossa ad similitudinem talorum suillorum in uentre connexa & catenata gerat. An propriè tamẽ Lepus marinus hoc animal uocari debeat, dubitat.

Lep. marin. Apuleij.

Lepus dirum & uenenatum animal, in nostro mari offa informis, colore tantùm Lepori similis: in Indis & magnitudine & pilo, duriore tantùm: nec uiuus ibi capitur, Plinius.

Indicus.

DE VRTICIS IN GENERE: ET PRIMVM AD QVOD genus animalium referri possint.

VRTICAS tam eas quæ saxis hærent, quàm quæ solutæ saxis errant, in animalium numero Aristoteles recenset. Sentit enim Vrtica (inquit) & manum admota corripit, adhærescitq; perinde ac Polypus suis brachijs, ita ut caro intumescat: os in medio corpore habet: & de saxo, qua si de testa uiuit: & præternatantes pisciculos excipit retinetq;, deuoratq; in hunc modum quæcunque nacta est esculenta. Genus alterum è saxis soluitur, & Echinos Pectunculosq;, quos offenderit, uorat. Sic ille. Cum igitur Vrticæ (inquit Rondeletius) frondem suam, quę pedum uice est, modò dilatent, modò contrahant: & ore cibum accipiant, ceu tactu gustatuq; præditæ, duobus ad uitam (animalis) necessarijs sensibus, non inter Zoophyta, sed inter animalia non omnino perfecta eas numerabimus. Polypis autem & Leporibus mar. subiungimus, quòd ex mollium sint genere: quòd etiam modò fronde expansa Polyporum instar pedes multos habere uideantur: modò fronde contracta, massa tantũ carnosa, informi (ueluti Lepores marini) constare uideantur. Hæc Rondeletius. ¶ Equidem & his inesse sensum arbitror, quæ nec animaliũ, neq; fruticum, sed tertiam ex utroq; naturam habent, Vrticis dico & Spongijs, Plinius. hinc est nimirum quòd pediculos earum, frondes quàm cirros appellare maluit. Aristoteles etiam De partib. animalium 4. 5. Quas (inquit) Vrticas appellant, non testa operiuntur, sed exclusæ omnino sunt ijs quæ in genera diuisimus. Ancipiti natura hoc genus est, ambigens & plantæ & animali. absolui enim & escam petere nonnullas, & sentire occurrentia posse, atq; etiam asperitate corporis uti ad se tuẽdum, animalis est. at uerò quòd imperfectum sit, & saxis celeriter adhæreat, nec aliquid excremẽti emittat (emittere uideatur) manifestè, quanquã os habeat, plantarum generi simile est. Hæc ille. Nos de Spongijs aliàs diximus, nullum eis sensum inesse, ideoq; Zoophytis inferiores haberi: Vrticæ uerò cùm & sentiant, & insuper eorum quæ Mollia uocant in mari animalium naturam præ se ferãt, Zoophytis superiores perfectioresq; existimari debent, quanquam in suo etiam Mollium genere imperfectæ. Idem Aristoteles Historiæ 8. 2. uidetur Vrticam Testaceis adnumerare: nam de Testaceorum uictu agens, inter cætera tradit Vrticam, esse ueluti inclusam Ostrei carnem: quę testam non habeat, sed nuda sit: pro testa autem (*ab altera parte, ut & Patella*) utatur saxo cui adhæret.

Vrticas animalia esse, sed imperfectiora. Frõs earum. Mollia esse. Zoophyta esse. Zoophytis perfectiores. Mollia imperfecta. Testacea sine testa.

Hinc aliquis fortè inter Mollia & Testata Vrticas ambigere coniecerit: illas præcipuè quæ saxis semper hærent: nam semper solutas, Mollia semper dicemus: ut rursus in earum medio ponemus illas quæ modò adhærent, modò solutæ uagantur.

Ambiguæ inter Molli[illegible] Testa[illegible] turæ.

Qui Vrticas cum Vertibulis siue Holothurijs & Tethyis confundunt, ex Historia nostra redargui possunt.

Ἀκαλῆφαι Græcis communiter, Atticè Κνίδαι, dicuntur tum herbæ, tum animalia marina: quæ Latinis etiam communi nomine Vrticæ appellantur. eâdem nominis causa, quoniam uredinem & pruritum tactu immittant. Ἀκαλήφης nomen Grammatici Gręci deriuant, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν καλὴν ἁφήν: uel per antiphrasin παρὰ ἔχειν ἀπαλὴν ἤτοι ἁπαλὴν τὴν ἁφήν. Κνίδης uerò παρὰ τὸ κνίζειν. Μητρίδια etiã, id est, Matriculę, dicũtur Vrticę mar. ab Aristoph. fortè ab aliqua similitudine figurę πρὸς τὴν μήτραν ἢ γυναικεῖον αἰδοῖον. ¶ Caro marina apud Trotulam, quantum coniectura assequor, Vrtica est.

Ἀκαλήφη κνίδη. Μητρίδιον.

GRAECVM uulgus quum terrestres urticas Zuchindas uocet, marinas tamen Colycenas nominat, Bellonius. Græci hac ætate Colizanam uocant, quòd (*colis, id est*) pedunculis suis firmiter Polyporum more adhærescit, Gillius. Rondeletius Colycęnam (per æ diphthong. in penultima) uocari scribit, non quamuis, sed primam duntaxat speciem Vrticarum. Colybdænam quidem aliqui ueterum pro pudendo mar. interpretantur.

ITALORVM multi antiquo nomine Vrticam appellant: alij Flammam maris.

GALL. Normanni Cul d'Asne uocant, Bellonius. sed Rondeletius priuatim primã tantùm speciem sic uocari docet: quã Massilienses Vrtigo nominant: quòd nomẽ ceu generale melius usurpabitur. Tertiã quoq; speciẽ Gallicè quidã Posterol uocant, quòd contracta podicẽ referat, &c.

GERMANICE qiudam interpretantur Seheflam / Mehrflam. Licebit etiam Seenessel appellare.

VRTICARVM DIVISIO EX RONDELETII SENTENTIA: cui conficta singularum Germanica nomina addidimus.

- Vrticarum aliæ
  - Semper adhærent, Klåbneßlen
    - Saxis, Steinnessel: ut
      - Vrtica parua, Cul d'Asne Normãnis. Simpliciter ein Seenessel / oder ein kleine Seenessel. Editur. *
        - *Paruarũ autem alia est
          - Cærulea.
          - Viridis.
          - Subnigra,
          - sed notata pũctis, uel
            - cæruleis
            - flauis
            - nigris
      - Cinerea: cirris multis semper explicatis: carnis parum habet. ein åschfarbe Seenessel.
    - Testis alienis, præsertim Purpuris & buccinis: species innominata. ein Schnecknessel. non editur.
  - Pro arbitrio hærent, aut solutæ uagantur: ut rubra Vrtica: ein rote Seenessel.
  - Semper solutę liberęque sunt eæ, quas Galli uulgò Potes appellant, Albertus Stincos. Ein Meerschaum / ein Meerhût.
    - Ex his pedes siue brachia habet
      - Species una, quatuor.
      - Altera, octo: Polypi brachijs nõ ualde dissimilia.

Vrtica parua Rondeletij.

VRTICA prima seu parua Rondeletij. Nucis iuglandis (inquit) magnitudinem uix superat, ob id parua à nobis dicitur. Harum aliæ uirides sunt, aliæ cęruleæ: aliæ subnigrę, sed punctis aliquot cęruleis, uel flauis, uel rubris notatæ. In Oceani saxis frequentes sunt, apud Santones ac Burdegalenses in delicijs. ¶ Scopulis litoralibus tam pertinaciter inhæret, ut nisi primo impetu diuellatur, uix postea, nisi in frusta cõcisa dirimi possit, adeò suas trichas arctissimè contrahit, Bellonius.

GRAECIS uulgò Colycæna. Vide superius in Vrticis in genere.

GALL. Massilienses Vrtigo uocant, Rondeletius. Normanni Cul d' Asne, (id est, Podicem asini,) à cirrorum contractione atque explicatione, Bellonius.

GERMAN. Ein kleine Seenessel oder Seeflam. ein Arßnessel. ein kleine Steinnessel / von farben grün / oder blaw / oder schwartzlecht.

Eiusdem alia eicon à Bellonio proposita dupliciter: maior explicatam Vrticam, minor contractam repræsentat.



Vrtica cinerea.

VRTICA II. siue cinerea Rondeletij. Cinerei (inquit) coloris est, tenuis admodum, quia frondem magnam siue cirros multos habet, carnis parum. In saxorum rimis uiuit. comã sem per explicatam habet, nec unquam contrahit, à saxo euelli nequit.

GERMAN. Ein äschfarbe kleine Seenessel/oder Steinnessel: mag vom felsen nit gãtz gezogen werden. hatt jr haar oder flamen allwegen außgespreitet/ niemar zůsamen gezogen.



VRTICA III. siue rubra purpureáue Rõdeletij. Primæ (inquit) similis est, nisi quòd frondem & longiorem & copiosiorem habet. Saxis aliquando hæret, aliquando soluta uagatur. esculenta est, sed durior quàm prima.

GALL. Nostri ob colorẽ purpureum siue phœniceum, Rosam appellant. alij Posterol, quòd contracta recti intestini extremum cum musculo sphinctère, siue podicem referat. alij Pousse pie Britãnorũ: alij Cul de cheual. ¶ Bellonius Pollicipedes, (quod nomen ipse fingit à uulgari Poulsepieds,) nominari tradit eos, quos Rondeletius Balanos facit: quòd pollicum in pedibus similitudinem habeant, racematim Oceani cautibus adhęrentes, & cætera.

GERMAN. Ein roote Seenessel/mag von der farb ein Meer, roose genamset werden. Ein roote grosse Arßnessel. ist nitt allwägen an die felßen gehefft wie die zwo vorgemelten/ sunder fart auch ledig vmbhin im wasser jre speyß zů sůchen. so sy das haar zůsamen zeücht/ so hat sy ein gstalt deß hinderen/ wie auch die erst.

VRTICA IIII. Rondeletij. Hæc (inquit) instar Holothuriorum testis alienis adnascitur, & maximè Purpuris. Pars exterior dura est, & rigidiuscula, spissiorq́ue quàm in alijs Vrticis,

Cirros breuissimos in ambitu habet. ex interioribus eius partibus filum longum deducitur, purpureo colore tam iucundo tamq; florido infectum, ut cum precioso illo Purpurę succo certet. Carne est duriore, eamq; ob causam à nostris reijcitur.

GERM. F. Ein Schnecknessel/kläbt oder wachßt allwäg an ettlicher Meerschneckē schalen / sunderlich der Purperschnecken: wirt von wägen deß herten fleischs zů der speyß verworffen.



VRTICA V. Rondeletij, semper soluta, ut etiam sexta. Huius (inquit) pars una, ueluti fungosa quædam massa, rotunda, caua, in medio perforata, purpurea ueluti fasciola ambiente, pileum planè refert. altera parte Polyporum pedibus similis est, octo enim pedes habet crassiusculos, extremis partibus quadratos, in acutum desinentes. Nullas interiores partes distinctas habet. Corpore est adeò pellucido & splendido, ut oculos offendat & hebetet. Circa Magalonam plurimæ reperiuntur, maximè æstate: quæ tum dissoluuntur & in liquorem abeunt, diffluuntq; glaciei modo, si diutius manibus tractes. Ad eam magnitudinem accrescūt, ut pileos, quibus uiatores uti solent, superent. Pruritum & uredinem in manibus oculisq; mouent. ¶ Bellonius Pulmonē marinum hunc faciens (quam eius, similiterq; Gillij et Massarij sententiam Rondeletius reprehendit:) Huius, inquit, ea est natura, ut mari commoto, deorsum ad imum feratur: pacato uerò ac bene tranquillo, passim solutus diuagetur. Gibbam habet instar dimidiatæ sphærę figuram, glabram pollicis crassitudine: cuius pars interna neruis rectis à medio incipiētibus, quasi strijs fului coloris in gyrum radiatur, quibus se diffundit ac constringit, qua corporis commotione aquam concutit, & nunc in pronum, nunc in supinum effertur. Pinnarum uice fibris tenuibus atq; ægrè conspicuis in orbem communitur, ut Lepus marinus. Cruciformes quoq; cirros, striatos, crassos, in modum stellæ radiatos, numero quaternos, (*talis est sexta Rondeletij Vrtica, huic cognata,*) parte interna natationi accommodatos habet: quos ut exactè conspicias, erit in lebetem aquæ syncerioris conijciendus, &c. Cum in mari diuagatur, grandis uidetur quasi pituitæ globus: qui unicum tantùm colorem referret, nisi rubris illis quatuor circulis sugillaretur, & ea cruce, qua interna pars striata est, distingueretur. Eum si in frusta discissum, in mare reięceris, uiuere nihilominus ac moueri cōperies: extra mare autem exanimis apparet. Emortuus in alto mari, fluctibus expuitur in litus, trāsparentis glaciei similis. Hæc ille.

GRAECVM uulgus Mogni uocant hoc animal, quòd partibus uerendis admotum, pruritum ac Venerem, imò etiam ampullas excitet, Bellonius.

ITALI uoce obscœna Potam marinam, Bellonius. Ligures Capello di mare, quasi dicas Pileum marinum, à figura, Rondeletius.

GALL. Vrticæ solutæ, hæc & sexta, uulgari lingua Potes nuncupantur. Hęc priuatim à Massiliensibus Capeau carnu, id est, Pileus carnosus, à figura, Rondeletius.

GERMANICE dici potest Meerschaam/Meerhůt. Oceani accolę multi, ni fallor, Meerschaum appellant: & Seequapp/& Schnottolff: quod postremum etiam pisci cuidam attribuitur. Nos de his nominibus plura in Lepore mar. scripsimus in Historia nostra, dubitādo an ad Leporem, uel Vrticam uel Pulmonem potiùs referri deberent: sed uidētur ad Vrticas potiùs pertinere. Lepus quidem marinus Bellonij, plurima cum Pulmone eius mar. communia habet, ut species duæ unius generis uideantur. Ein art der Seenessel mit viij. füssen/klebt niemar an / ist allwäg ledig.

VRTICA



VRTICA VI. Rondel. altera ſpecies ſemper ſolutę. Supradictę (inquit) ſubſtantia, uita, uiribus, ſimilis eſt. Quatuor duntaxat pedes habet, ſeu frondes potius, longiores quàm ullæ aliæ Vrticæ: quæ ſatis aptè folijs acanthi comparari poſſunt. In altera parte lineas aliquas habet ſtellatim diſpoſitas. ¶ Frondes huius Vrticæ uidentur pennas referre: ſed alia eſt Penna marina, quã inter Zoophyta dabimus. ¶ Reprehendit Rondeletius illos, qui hanc & ſuperiorem Vrticam, pro Pulmonibus marinis uſurpant.

ITAL. ET GALL. Pota marina, ut ſuperior quoq;.

GERMAN. Ein andere art der nächſtgemelten Seeneſſel/mit iiij. füſſen.

Vrticarum ſpecies duæ, quas in Italia pictas à Cor. Sittardo accepi: quarum altera (rotundior) uidetur ſpecies prima eſſe ex illis quas exhibuimus. altera an Vrticarum generis ſit, quærendum.

ORDO XIIII. DE CRVSTATIS SEV CRVSTA TENVI CONTECTIS IN MARI ANIMALIBVS: VT SVNT CANCRI, Cancelli, Locuſtæ, Squillæ.

DE CRVSTACEIS IN GENERE.

ANIMALIVM Exanguium differentias expoſuimus ſuprà, initio præcedentis ordinis de Mollibus: quod primum in mari Exanguium genus eſt. Secundum, de quo nunc agendum, Cruſtata à Plinio dicta, uel Cruſtis intecta: à Græcis Μαλακόστρακα, id eſt, molli teſta operta. tegmentũ enim non æquè durum denſumq; habent ac ὀστρακόδερμα, quæ oſtraco, id eſt, teſta dura ſiliceaq; integuntur. Hæc partem ſolidam foris, mollem carnoſamq; intus continent. Solidum illud fragile, non colliſile eſt. ¶ Huius generis ſpecies uariæ ſunt, quę magnitudine, ſpecie, figura, aſperitate, læuitate, nec nõ uita diſtinguuntur. ¶ Cruſtatis ineſt ſalſus ſuccus, ſuntq; omnia duræ carnis, & concoctu difficilia: multumq; nutriunt, prius in aqua dulci elixa. Caro eorum, quemadmodum & Oſtreorum, uentrem ſiſtit, quando in aqua prius elixa ſuccum ſalſum depoſuerint. ¶ Cancri nomen ueteres aliter atque aliter uſurparunt. Plinius pro genere ſic uſus eſt: Cancrorum genera (inquit) Carabi, Aſtaci, Mææ, Pagu *Cancer.*

ri, Heracleotici, Leones, & alia ignobiliora. Aristoteles eos tantũ Cancros (καρκίνους) uocat, quib. rotundũ est corpus, quibusq; cauda deest, ut ipse ait. Reuera tamẽ Cancri omnes caudã habẽt, sed corpori applicatam: quam nõ extendunt nisi fœminæ, cum eam partem ouorum copia distentam habent. Componitur autem Cancrorum cauda ex quinq; tabellis, (sic appellamus quas Aristoteles πλάκας, crustas sectas & congestas:) sed hæ in acutum desinunt, non in pinnas, ut in Locustis. quia Cancri cauda non natant: uerùm in ea oua deponunt & conseruant. in eâdem est excrementorum exitus. At Locustæ natant, caudæ, ut palmulis innitentes. Cancri terrenam potiùs uitam agunt (*in mari reptantes, potiùs quàm natantes*) cauernasq; subeunt. Squilla lata quidem pedes habet & graditur: cauda tamen non caret. item Cancellus purpurarum, buccinorum & cochlearum testas subit, illicq; deget, nihilominus tamen caudam longam habet & extentam. Quare rectiùs dicemus Cancros caudam habere: sed corpori appressam, ne ingressum impediat. Hæc ferè Rondeletius. ¶ Calor natiuus Crustatorum recreatur ambiente aqua: quam quidem etiam necessariò, non refrigerationis causa, dum cibum captum, ore admittunt: eandemq; mox reddunt, ne in uentrem illabatur, παρὰ τὰ δασέα. Vocat autem δασέα Aristoteles, alibi βραγχιοειδέα in Crustatis, partes illas circa os hirsutas & frequentes, quas celeriter mouent. iuxta has foramina quædam, ut Bellonius scribit, aquam emittunt. Plura leges in Historia nostra, in Astaco fl. B. ¶ In Crustatis proponendis, hunc ordinem sequi placuit: ut primũ locũ obtinerẽt rotundiores et Cancri priuatim dicti, eisq; similes, καρκινοειδεῖς. deinde oblõgi, interq; hos primũ Carabi, & similes, ab Aristotele καραβοειδεῖς dicti, forcipibus insignes: tum quæ illis carent, Squillæ. Cancellum siue Scyllarum, ceu ambiguæ inter Cancros & Carabos eisq; similia naturæ, medio inter utrunq; loco posuimus. ¶ Cancrorum genus (inquit Aristoteles) multiplex est, nec facilè enumerandum: maximum, quas Mæas appellant. Secundum Paguri, & quos Heracleoticos uocant. Tertium fluuiatiles. cęteri minutiores, & nullis penè nominibus annotati. Et genus Cancrorum litorale Phœnice fert, tantæ uelocitatis, ut eos consequi facile non sit: unde ἱππεῖς, hoc est, Equites appellant. Genus item aliud est, quod magnitudine Cancrum non excedit, facie Astacis simile. Hæc ille. Nos plura genera numerabimus, (inquit Rondeletius:) quæ inter se differunt magnitudine, colore, pedum longitudine: & oculorum situ, quòd ij uel contingant se ferè, uel magno interuallo à se disiungantur. Omnibus pedes sunt deni cum chelis: cornua tenuia, parua & pauca. Corporis totius alueum atq; caput indiscretum omnes habent. Quam nos caudam appellauimus, Aristoteles ἐπικάλυμμα πτυχῶδες uocat. Per transuersum & in latus progredi uidentur, in pauore etiam retrorsum pari uelocitate redeũt.

Cauda. — *Refrigeratio Crustatorũ.* — Δασέα. — Βραγχιοειδέα. — *Ordinis ratio* — *Cancrorũ genera.* — *Differentiæ.*

Cancri nomen Plinio, ut dixi, & recentioribus quibusdam, ad Crustata omnia extenditur. Aristoteli speciem tantùm rotundorum significat. Iam uerò rursus in hac ipsa specie, quidam simpliciter Cancri dici uidentur: alij cum epitheto aliquo, ut Heracleotici: alij peculiari quodam nomine, ut Paguri, Maiæ. Paguros tamen recentiores quidam Græci pro Cancris promiscuè accipiũt: sicut & Palladius.

ITALI Cancros uulgò mutatis & inuersis literis Grancos uocant, tam fluuiales, quàm marinos, Platina.

GERM. Nos Cancros (ut communiùs accipiam Cancri nomen pro quouis malacostraco) Locustarios, καραβοειδεῖς, nominare possumus **lange Krebs**/uel simpliciter **Krebs**. Angli **Creuise** dicũt Astacum tum mar. tum fluuiatilem: Hollandi alijq; inferiores Germani **Kreeft** uel **Creeft**. alterum uerò genus quod Cancrarium propriè appellatur, **kurtze Krebs/runde Krebs**: uel uno uocabulo **Täschenkrebs**/à similitudine marsupij subrotundi: uel **Meerspinnen**/ id est, Araneos mar. quanquam & Sepiam aliqui sic uocãt ineptiùs. Vel **Krabbe/Krab/Krabe/ Seekrabbe**: quo nomine Angli, Germaniq; ad Oceanum, (ut Galli etiam aliqui Chabre uel Crape) priuatim Pagurum uocitant.

Iconem hanc in Italia nactus sum, persimilem illi quam Bellonius exhibuit.



Hanc Rondeletius posuit, primùm lib. 18. cap. 21. deinde Tomo 2. in libro de piscibus stagni marini, cap. 12, utrobiq; Cancri anonymi nomine.



CANCER simpliciter & generis nomine dictus, cum sit species quædam infima, anonymus à Rondeletio cognominatur. Hoc (inquit) frequentius in Gallia Narbonensi uescimur. nascitur

ſcitur in ſtagnis marinis, inter fluuiatilem & marinum medius: quo in fluuiatilium penuria aduerſus Canis rab. morſum utendum cenſeo. ¶ Idem uidetur, qui à Bellonio ſimpliciter Cancer marinus (Καρκίν⊙ θαλάττι⊙) nominatur. Hos Cancros (inquit) à Paguris eiuſdem magnitudinis (cum quibus ſæpe ab ichthyopolis permiſcentur) ipſa glabritie primùm diſcernere oportet. Paguri prę terea tibias habent hirtas, et brachia grandibus forcipibus uallata, atq; (*quæ*) in nigrum colorem abeunt, in extremo liuent. Cancri omnino glabri ſunt, eorumq; anterior corporis pars, poſteriore latior eſt. Hæc ille. Videtur autem ſpecies hæc ſemper minor eſſe Paguris.

ITAL. Venetis Granceolo dicitur. Ferrariæ mas Granzo, fœmina Grancella, Bellonius. In hoc genere (inquit idem) Veneti Mazanetas (*Infrà etiam Cancrum paruum latipedem, Mazenetam ab Italis uocari ſcribit*) nominant, Molecis ſimiles. hos mares eſſe, molleſcere, ac uernationem exuere ferunt: illas fœminas putant, & perenni contegi cruſta. ¶ Maia etiam Italis Granceola dicitur: & ne quis confundat cauendum.

GALL. A noſtris generis nomine Cancre appellatur, Rondeletius.

GERM. Ein art der Meerkrabben. F. ein Minderkrabb/ iſt kleiner dann die rechten Meerkrabben.



CANCER Heracleotic. (Καρκίνος ἡρακλεωτικός), Rõd. cognominatus inquit, ab Heraclea illuſtri urbe ad Pontũ Euxinũ, potiùs quã ulla alia, plures enim alibi Heracleæ fuerunt. Paguro tã ſimilis eſt, ut uix diſcernas, ueruntamen ſpecie differt. Colore eſt fuſco, &c. rarior in noſtro mari. ¶ Heracl. Cãcer (inquit Scaliger) grandiſsimus eſt in genere Pagurorum, cruribus breuibus, forcipibus admodum ualidis: quem pro Vrſo Rondeletius pinxit. Heracleoticus uerò ipſius, parua Maia omnino eſt, ſiue adhuc adoleſcens, ſiue adulta in ſua ſpecie: nihil enim refert, &c. Plura leges exercitationum eius De ſubtilitate 245.2.

GERM. Ein gſchlecht der Meerkrabben/ oder Meertäſchen.



CANCER Heracleoticus Bellonij. nam Rondeletij hoc nomine Cancrum iam proximè exhibuimus. Cum Heracleas urbes (inquit) uiderem adiacentes litori, unam Ponti, alteram Propontidis, ab eis id Cancri genus denominatum eſſe, facile mihi perſuaſi. Plurimus eſt in Siciliæ litore, quanquam & Romæ aliquando uenditur. Multi Gallum marinum ea tantùm ratione uocant, quòd eius brachia uideant in criſtæ Galli modum tornata eſſe. Hæc ille. Rondeletius hunc Vrſum ueterum facit, & iconem ab hac nonnihil diuerſam ponit. Vide paulò poſt.

GALL. Migrane, id eſt, Malum Punicum uulgò uocant circa Monſpelium, à figura & colore ualde ſimili.

GERM. Ein andere art der Meerkrabben: etlich nennẽd die ein Seehanẽ/ von der ſchären geſtalt: etlich ein Granatöpfel/ von der geſtalt vnd farb.



RVRSVS Galli mar. uulgò dicti, (quem Cancrum Heracleoticum Bellonius facit,) qualem olim ex Italia Corn. Sittardus nobis attulit, alia eicon.

GERMAN. Neben der selbig Meerkrabb/auff ein andere weyß gecontrafeet.

Eiusdem Cancri icones alias duas aliter expressas, proximè retrò posuimus.

VRSVS (uel Vrsa, ἄρκτος ἡ.) Rondeletij: idem qui Cancer Heracleoticus Bellonij (& Scaligeri: Vide superius) proximè exhibitus: quo cum plura leges. Vrsi nomen (inquit) non à forma impositum est, ut Locustis: sed ab actionib. moribusq́, ut Lupo, Cinædo. ¶Bellonius Vrsum seu Vrsam facit, quã Rondeletius Squillarum generis esse ostendit, & latam cognominat: quam nos etiam ex Italia olim Vrsi nomine à uiro quodam erudito missam accepimus. Crediderunt nimirum hunc esse Vrsum aliqui à corporis forma: quæ crassa ei & recurta est, sicut terrestri, & quia genus alterum per omnia huic simile, Ligures uulgò Vrsetam appellant: quæ an eadem sit Squillæ cælatæ Rondeletij, quærendum. Vide infra inter Squillas.

GERMAN. dici poterit ein Bärenkrabb: uel alijs nominibus in Cãcro Heracleotico Bellonij iam positis. [Bellonij uerò Vrsa, ein Bärenkrebs. hic enim longus & caudatus est, ille rotundus.] Ein andere contrafeetung deß nächstgemelten Seekrabben.

Icon Paguri ueluti in dorso iacentis, expressa Venetijs: similis à Bellonio exhibitæ.



PAGVRVS

Eiuſdem alia quam Rondeletius pro Maia dedit effigies. Nos proximè Maiam aliam dabimus.



PAGVRVS (Πάγουρος) genus eſt Cancri Heſychio. Recẽtiores Græci pleriq; Pagurũ pro Cancro ſimpliciter & in genere uſurpant. ſic Pagurum fluuiatilem dixit author Euporiſtων, quæ inter notha Galeni ſunt. Idem à Palladio Cancer marinus uocatur. Παγούρους, τοὺς παρ᾽ ἡμῖν Καράβους, Scholiaſtes in Equit. Ariſtophanis. Biſas, Pagurus eſt marinus, qui uocatur Carabus, Kiranides. Vocatur autem à Græcis Pagurus, παρὰ τὸ ἐν τοῖς πάγοις ὀρούειν καὶ ὁρμᾷν: ἢ παρὰ τὸ τοὺς πάγους τηρεῖν καὶ φυλάττειν. ſolet enim ἐν πάγοις, hoc eſt, aſperis & petroſis locis uerſari. Prima huius nominis ſyllaba Oppiano & Nicandro corripitur. Latinum nomen non inuenit. Grꝗco uſi ſunt Plinius et Gaza. Heracleotici ſuprà dicti his omnino cognati uidentur. ¶ Pagurum eundem quem Bellonius pingit Cancrum, in Italia ab eruditis nominari audiui. nec alium ad me pictum Fracaſtorius dedit. de eodem etiam Gillius ſenſit. Atteſtantur & nomina, tũ alia quę Bellonius recenſet: tum Porri uel Pori nomen uſitatum Italis per ſyncopen à Paguro cõtractum uidetur. quanquam hoc nomen Rondeletius ſuæ Maiæ attribuit, Porroni quidem ille, non Porri ſcribens. ¶ Negat Rondeletius (inquit Scaliger, nomen quidem eius ſupprimens) Maiam eſſe Cancrum illum longicrurem, horridum: propterea quòd Maia ſit Cancrorum maxima. At, inquit, hæc quam Prouincia Squinado uocat, nõ eſt maxima. Maximum enim fert Oceanus Cancrum, Squinado quadruplo maiorem. Vbi non animaduertit Ariſtotelem de ſuis Paguris atq; Maijs ſcribere, non de Oceanicis. Quippe etiam Rhombi noſtrates parui, Oceanici decuplo ampliores. At in toto Aegæo, Ionio, Adriatico Granceolæ (ſic enim dicuntur ab illis Maiæ) ſunt omnium maximę Cancrorum. Bisas. Hæc ille. Idem Scaliger: Pagurorum (inquit) duas noui differentias. alter & orbiculatior, & fuſcior, & maior. Alter eſt quadratior et minor, colore dilutiore, ac penè pallida uiriditate. Poreſſas hos uocat Venetus. ¶ Pagrum piſcem (Φάγρον) per imperitiam cum Paguro cancro facilè confuderit aliquis. ¶ Paguri quando à Cancris ſimpliciter dictis diſcernantur, ſuprà expoſitũ eſt in Cancro ſimpliciter uocato. *Species duæ.*

GRAECI hodie ubiq; uetus Paguri nomen retinent.

ITAL. Cancer hic (inquit Rondeletius) à nonnullis Carabo dicitur, ab alijs Porroni, à Venetis Granci porroni (al'. Granci porri,) ab alijs Cancharo de Barbarie, Rondeletius. Venetijs Poreſſa, Scaliger.

HISPAN. Luſitani Aranha (ut audio) nuncupant.

GALLI un Chabre uel Crape nominant, Normanni à rubro uel ruffo, quem eius teſta præ ſe fert, colore, un Rouſſeau appellant. alij quod coctus in paſtilli modum pulmentũ ferat, un Tourteau. Maſsilienſes Carbaſſe & Fagule, Bellonius. Noſtris eſt anonymus: quia rariſsimè in noſtro litore capitur, Rondeletius.

ANGLI A Punger.

GERM. Krabbe/Seekrabbe. Eadem quidem nomina quæ Cancro ſimpliciter, Paguro etiam alijsq; ſpeciebus, magnitudinis aut alia quapiam differentia ſimul expreſſa, conuenient.

MAEAE (Μαῖαι) Cancri dicuntur ab Ariſtotele, à Gaza Maiæ, fortaſſe à magnitudine. nam Μαῖα quæ amitam ſignificat & nutricem, aliquando etiam pro grandiore natu ſumebatur, Rondeletius.

Maiæ, quia maximè Cancrorum, ita quaſi obſtetrices appellantur: quæ cum Pagurorum paruitate, tanquam cum infantibus comparentur, Scaliger. Maſſarius in nono Plinij Mæa potiùs Græco nomine ſcribendum ait, ut codices antiqui habent: quàm Maia, ut Gaza uertit, quaſi ita apud Plinium legerit. Ariſtoteles Mæę crura tenuia tribuit: non etiam parua ſeu breuia, ut Rondeletius ſcribit: nam Heracleoticis cancris mox eadem parua eſſe ſubijcit. item oculos parum inuicem diſtantes. ¶ Cancrum illum, quem repræſentamus Maiam eſſe, Iouio, Gillio, & Bellonio cõ

Iconem hanc pro Maia fœmina Venetijs pictam accepi: illi quam Bellonius dedit picturæ similem.



Eiusdem

Eiuſdem alia imago à Rondeletio accuratiùs expreſſa, & maſculi forſitan in hoc genere.



uenit, quibus contradicit Rondeletius. Lege ſuperiùs in Paguro. Ego pleroſq; in Italia eruditos hanc Maiam facere animaduerti: & ſimilem illi quam poſui iconem, Maiæ nomine ab Hieronymo Fracaſtorio accepi, ſed magis pyramidata parte anteriore, &c. & ſanè ut in Paguris anterior pars latior eſt, ſic in Mæis poſterior. Maiæ corporis figura, inquit Gillius, poſterior rotundior eſt, anterior pyramidatior. extremæ partes aculeorum ſerie circunuallantur: quorum duo ex fronte tanquã cornua eminent. cru a quibuſdã ſpinulis horrent. Longè omnium maximum (inquit Scaliger) Cancrorũ genus eſt Maia: tota cuppa aſperũ, cuſpidata fronte horridum, prælongis cruribus, exilibus, ac propterea imbecillis. ¶ Rondeletij Cancer Heracleoticus, omnino parua Maia eſt, ſiue adhuc adoleſcens, ſiue adulta in ſua ſpecie, Idem Scaliger. De hac fortè ſenſerit Gillius, paruum genus Maiæ Maſsiliæ inueniri ſcribens, ut corpore multò minore, ita pedibus multò longioribus. *Maia parua*

ITALICE. Granceola, corrupto nimirum nomine à Cancro. Vulgò Cancreolas cognominãt, Maſſarius. Sed Cancrum marinum etiam paruum uel ſimpliciter dictum, Venetijs Granceolum nominari Bellonius tradit: uideturq; ei nomen hoc ceu diminutiuum meliùs quadrare. Veneti ac Genuenſes à ſpeculis, in Maiarum corticibus elegãter incluſis, Specchio, hoc eſt, ſpeculum dicunt: (Romanum uulgus Grancitellas:) ſupinam enim ſi contempleris, tria parte anteriore breuia ſpecula ab ipſius cruſtæ tegmine continuata cernes, inter quæ prætenturæ duæ deliteſcũt, Bellonius. Iouius aliquos Maiarum rotundioribus teſtis ſpecula ad elegantiam includere ſolere tradit.

HISPAN. Chabro, Rondeletius. id ad Germanicum Crabe accedit. Luſitanice Cangreia, uel Cangreiola, uel Centola, ut audio.

GALLICVM uulgus ob ſimilitudinem quam cum Araneo habet, Iraigne de mer. *(Eſt & Araneus, Cancellus quidam, de quo infrà.)* Maſsilienſes ab aculeis infinitis, quibus in tergore more Locuſtæ horret, & uillis quibus undiq; eſt circunſeptus, Squinaude (*Squinadam Gillius: nimirum quaſi Echinatam*) uocant, ad pectinem, ad quem linum attenuatur, alludentes, Bellonius. In Prouincia Squinado uocatur, ab alijs Gritta (Bellonio Cancer latipes Maſsiliæ Gritta dicitur.) Squaranchon, Grampella.

ANGLI A Fryll: quanquam idem nomen etiam Pectinum generi cuidam aculeato tribui inuenio.

GERM. Ein groſſer Seekrabbe/mit langen dünnen füſſen/voll raucher ſpitzẽ. ein groſſe Meerſpinnen art/ die gröſte vnder den Krabben. mag ein Vrkrabb / Hechelkrabb/ oder Spiegelkrabb genenñt werden.

CANCER Latipes Bellonij: quem Græcè Platypun, uel Platypoda cognomines licet. Paruus quidam (inquit) & ignobilis Cancer apud nos frequentiſsimus eſt, nomine tamen caret ob uilitatem. Paruus eſt, nucis iuglandis magnitudine, aliquãdo paulò maiore, &c. Pedum



Alius latipes

postremus & minimus (utrinque præter aliorum Cancrorũ naturam, unde Latipedem cognominauimus) in latitudinem desinit osseam. E frõte extant cornicula quatuor. Cum maris purgamentis in litus eijcitur, & cum piscibus alijs sagena capitur: neglectusque in litore relinquitur, unde magna celeritate regreditur in mare, beneficio latitudinis postremorũ pedum. ¶ Carcinus paruus aut Cancellus (inquit Bellonius) inter pisciculos reperitur: qui pedes extimos latiusculos habet, (quibus ad natandum ceu pinnulis aut remis utitur:) & hac nota tantùm à Cancro marino differt. ¶ Alios etiam Carcinis aliquo pacto similes, Romani rustici frequenter cum Tellinis & Conchulis diuendunt. qui tamen Carcinis multò maiores (*fortè minores*) sunt, &c. hi quoque nouissimos pedes in extremo latos habent. eorum magnitudo pollice operiri potest: uiuaces tamen admodum sunt: Nautæ crudos cum pane edunt, &c. ¶ De huiusmodi Cancris (inquit Rondeletius) locutum puto Aristotelem, ubi scribit: Parui Cancri qui capiuntur inter paruos pisciculos, postremos pedes habent latos, ut ad natandum sint utiles, & pinnarum uel palmularum uice. ¶ Quærendum an hic Cancer sit, quem Cursorem cognominant.

Cursores. Bellon. Cursores cãcros, eosdẽ Equitibus facit, nescio quã rectè. Aristoteles diuersis in locis, nominibus quoque diuersis eos commemorat. Cursores enim esse arbitror, quamuis ipse non nominat,

Equites. Latipedes illos quorum meminit De partibus animalium lib. 4. c. 8. Equitum uerò mentionem facit Historiæ 4. 2. Genus est quoddam Cancrorum (inquit) in litoribus Phœniciæ, tantæ uelocitatis, ut uix quisquã consequi possit. unde ἱππεῖς, id est, Equites appellantur. ijs nihil ferè intus propter inopiam pabuli est. Δρόμων est paruus Cancer, Hesychius. Cancri δρομίαι (inquit Aelianus) longè latèque uagantur. modò circum litora errant, ubi & nati sunt: modò longiùs proficiscũtur: & uel in loca saxosa, uel cœnosa, cibum perquirentes, sæpe perueniunt. Bellonius in Singularibus scribit hos Cancros non multò maiores esse castanea.

ITAL. Romæ Grancetto uocant, (forma diminutiua nimirum à Cancro.) Veneti ac Ferrarienses Mazenetam, (*Hoc nomen etiam simpliciter Cancro marino paruo attribuunt, ut suprà dictum est,*) Bellonius.

GALL. Massilienses Grittam genuina uoce nominãt, Bellonius. Sed Maia etiam in Prouincia aliquibus Gritta uocatur.

GERM. F. **Ein breitfüß/ Ein Leuffer/ Ein kleiner Meerkrabb/ hat die ij. letsten füß breitlacht/ laufft schnell.**



CANCER Flauus siue Vndulatus Rondeletij. Cancer hic (inquit) inter anonymos & ignobiles magnus est, Cancris stagni marini uel fluuiatilibus æqualis. Flauum à colore nominauimus: Vndulatum à lineis quæ in prona parte sunt sinuosæ undarum modo, non aliter quàm in cameloto uulgò nuncupato. Capitur circa Antipolim & Lerinum insulam, nec uspiam similes uidi. Caudam extentam depinximus, &c.

GERM. F. **Ein Schamlot krabb/ ein gälber Meerkrabb.**



CANCER Varius siue Marmoratus Rondeletio dictus. Hoc Cãcri genus (inquit) in saxorum cauernulis degit, non alibi quàm in Agathensis litoris scopulis à me uisum. Testa est læui ac perpolita, duriore quã in cæteris. coloribus maculisque uarijs (uiridibus, cœruleis, albis, nigris, cinereis,) conspersa, marmor uarium siue iaspidem pulchrè referente. Hæ maculæ in mortuo maiori ex parte euanescunt, quod si in

Sole

Sole exiccetur, totus ſit flauus.

GERMAN. Ein Punterkrabbe/hat ein glatte glitzerende ſchalē/mit mancherley flecken beſprēgt/ grūn/blaw/weyß/ſchwartz/äſchfarb/dieweyl ſy läbē: wie ein ſchöner gefleckter mar mel oder iaſp. ein Marmelkrabb.



CANCER Brachychelus Rondeletij. Cancer hic (inquit) alibi rariſsimus, in Lerino inſu la frequens, ex rubro nigricat, paruus, eius corpus poſteriore parte, contrà quàm in cæteris, latius eſt, anteriore acutius. Chelas duas habet ualde breues, & tenues: unde Βραχυχήλου nomen de dimus, &c. ¶ Hic Cancer an Eques ueterum ſit conſiderandum. longiſsima quidem pro reliqui corporis magnitudine crura, ſublimem ipſum, ἵππον, & ueluti equitem oſtendunt: & chelarū bre uitas nihil celeritati ingreſſus officere uidetur. De Equite quidē cancro plura ſcripſi ſuprà in Can cro latipede ſiue dromia: quem ad celeritatem nō quidem pedum longitudo, ſed poſteriorum (o pinor) latitudo promouet; ſicut & in mari ad natationem. *Eques.*

GERM. Ein kleine art der Meerkrabben/mit kurtzen ſchären/langen füſſen: vnd dem leyb hinden breit/vornen geſpitzt.

CANCRI Quædam ſpecies, cuius picturam Io. Kentmānus medicus ad me dedit. Eum Macrochelum uel Leptochelum cognominare li cebit, quòd inter Cancros longiſsimæ ei tenuiſsi mæq́ſint chelæ.

GERMAN. Ein Meerkrabbe mit gar lā gen vnd dünnen ſchären.



CANCRI Hirſuti Rondeletij. Paruorum (inquit) Cancrorum qui hirſuti ſunt, differenti as tres obſeruaui. Prima eſt eorum qui chelas aculeatas habent, & in extremo nigreſcen tes. Cornicula duo: quæ ſequuntur utrinque partes, ſerratæ ſunt. In teſta media cordis humanę fi gura expreſſa cernitur. Chelis pedibusq́ omnibus hirti ſunt. Huic generi ſimile aliud eſt ęquè hirſutum: ſed minus, & chelarum extrema nigricantia non habet. Tertia differentia eorum eſt, qui ſecundis ita ſimiles ſunt, ut eoſdem cum ijs planè eſſe diceres, dempta ſola magnitudine: qua re horū pictura ſeparata nihil opus fuit. Tria hæc genera cum reliquis piſcibus euerruntur, & ob exiguitatem prorſus negliguntur. 1. 2. 3.

GERM. Kleine vnd harechte (beſunder an füſſen) Meerkrabben.

CANCRIS Hirſutis Rondeletij adnumerandus uidetur ille, quem Lupum marinum uulgò Romæ, alij Somniolo uocant: quòd eius cruſta in puluerem redacta ſomnum inducat. alijs Papilla piloſa uel Caſtrangiolo dicitur. Huius iconem à Cor. Sittardo miſſam appoſui.

GERM. F. **Ein Schlåffer: dann ſein ſchal zů püluer geſtoſſen/ ſoll ſchlaffen machen. Ein andere art der (kleinen) harechten Meerkrabben.**



CANCER hic corporis trunco (inquit Rondeletius) cordis figuram omnino refert, cum pelagicis piſcibus pagro extrahi ſolitus: ſed rarò. propter paruitatẽ enim è retium maculis facilè elabitur.

GERMAN. F. **Ein Hertzkrabble.**



CANCER qui ab ITALIS uulgò Folia uel Folca (circa Romam præſertim, ni fallor) nominatur. eius effigiem ut à Cor. Sittardo meo felicis memoriæ accepi, poſui. Folca dicta (addebat is) parum à Maijs differt, niſi quòd aſperitatem in teſta tomentoſam habet. ¶ Quòd ſi pictura bene ſe habet, ut puto, leptochelum hunc Cancrum, à chelarum exilitate cognominaueris.

GERM. **Ein beſunderer Meerkrabb/ in Italia bekañt/ mit gar kleinen ſchåren.**



ARANEA Cruſtata Rondeletij: de qua ſenſiſſe putat Ariſtotelem, cum ſcribit: Cancellus forma ſimilis eſt araneis, niſi quòd partem capiti & pectore ſubiectam araneo maiorem habeat. Sed forſan terreſtri araneę Ariſtoteles cãcellum comparauerit. inter cruſtata enim alibi nuſquam araneum numerat, ut neq; alius ueterum. Interim tamen hunc quem Rondeletius exhibet, ſic nominari propter formę ſimilitudinem nihil prohibet: imò multò magis propter paruitatẽ hunc ita uocari cõuenit, quàm paguros uel maiores cancros, quos **Meerſpinnen**, id eſt, Araneos marinos Germani uocant: ad quorum differentiã, diminutiuo nomine araneum iſtum **Meerſpinnle**, appellabimus. Araneum marinum in Friſia uidi ita ſimilem domeſtico, ut ſola magnitudine à terreſtre differret, Turnerus.



CANCER paruus (Καρκίνος μικρὸς) ſemper in alienis teſtis hoſpitari ſolet, non tamen quibuslibet: ſed præcipuè in Mitulis gurgitum, Pinnis, Pectinibus atq; Oſtreis. Piſcatores putant Cancros unà cum illis, quorũ teſtam inhabitant, naſci: Rondeletius ex coitu procreari oſtẽdit. Dicã (inquit idem) quod ſæpiſsime uidi. Cancri parui qui in Oſtreis reperiuntur, minores ſunt, paruę ſcilicet fabæ magnitudine, toto corpore candidi, præterquã in pronæ cruſtæ medio quod rubeſcit. Qui uerò in Pinnis reperiũtur, maiores ſunt, & magis rubri quã albi: alioqui chelis, pedibus, toto deniq; corpore tum inter ſe, tum alijs omnibus cancris ſimiles.

Pinnoteres. pinnophylax ¶ Cancer paruus cum Pinnam ſubit, priuatim Pinnoteres aut Pinnophylax, ut Oppiano in carmine, (πιννοτήρης, πιννοφύλαξ) uocatur, quòd ſeruet cuſtodiatq; Pinnam. eſt autem Pinnoteres, maſculinum primæ inflexionis, ut Anchiſes. Minùs probo quòd à recentioribus quibuſdã Pinnother ſcribitur. apud Ariſtotelem de Hiſt. 5. 15. πιννοθῆραι multitudinis numero legitur, tanquam à recto πιννοθήρας ὁ. ac ſi Pinnæ uenatorem dicas: quoniam in Pinna in ſuum illiusq; commodũ piſciculos uenari ſoleat. ſic enim quidam putarunt: quos redarguit Rondeletius. Pinnæ enim aqua tantùm & luto uiuunt, non piſciculorum carne ut cruſtata omnia. Nunquam naſcitur Pinna (inquit Plinius) ſine comite: quem Pinnoterem uocant, alij Pinnophylacem. is eſt *Squilla parua.* Squilla parua, alibi Cãcer dapis aſſectator. Sic ille. Sic aũt accipi debent eius uerba, ut Pĩnoterę duo intelligãtur, unus Squilla parua, καρίδιον Ariſtoteli: alius uerò Cancer paruus. nam quia hęc etiam (Squilla parua) in Pinnis reperitur, aliqui fortè confundunt. Cicero quidem ea Squillæ paruæ in Pinna attribuit, quæ Græci Cancro paruo. *Cancri parui cur in alienis teſtis degant.* ¶ Inueniuntur autem hi Cancri in alienis teſtis, non quòd in ijs nati ſint, nec aliqua ſocietate aut uictus communis ratione, ut diximus: ſed quia molliore teſta tecti ſunt, & ideo iniurijs magis opportuni, Concharum caua ſubeunt, ut illic tanquam in ſpecubus

& antris

& antris tutiùs degant. Quare non ſolùm in teſtis, (inquit Rondeletius,) ſed etiã in Spongiarum cauernulis, in ſaxorum, rimis, in externis teſtarum, quibus Oſtrea tecta ſunt, cauis ſæpiſsime Cancros paruos reperi. ¶ Alius quàm hic eſt Cancellus ſiue Scyllarus, qui corpore oblongo Locuſtis non Cancris ſimilis eſt, & inanes tantùm turbinataſq; teſtas ſubit: de quo proximè agemus. *Cancellus.*

GERMAN. hic Cancer paruus uocari poterit **ein kleiner Meerkrabb: ein Meerſpinnle/ wonet im Schneckenſchalen im meer inn den ſchalen etlicher läbenden Schnecken oder Muſcheln. ein Muſchelgaſt.** Cancellus uerò, de quo mox dicetur, uoce diminutiua **ein Meerkrable**: ut eadem ſit horum nominum ratio ac differentia in ſermone noſtro, quę Græcis inter καρκίνον μικρὸν & καρκίνιον, id eſt, Cancrum paruum et Cancellum. Vel potiùs Cancer ille paruus utroq; modo ex iam dictis Germanicè appelletur: Cancellus uerò **ein Meerkrebßle**, ut non ſolùm paruitas eius, ſed etiam corporis figura oblongior, qua Aſtacum refert, ſimul indicetur.



Cancellus in teſta.

Cancellus nudus.



Teſta uacua, quæ Neritæ uideri poteſt, quòd Buccino ſimilis ſit, ampla tamẽ, &c.

Cancelli in Buccino effigies: quam olim Cor. Sittard. mihi communicauit.





Scyllarus ſiue Cancellus in Nerite concha, Venetijs ad me miſſus.

Cancellus alius oblongus, Aſtaco fl. ſimilis, quem et ipſum Sittardus miſit: referendus ad tertiũ genus Cãcelli à Rond. memorati.

CANCELLVS, Ariſtoteli καρκίνιον τό: Oppiano, Aeliano, Galeno, καρκινὰς ἡ. differt à Cancro paruo, quem proximè retrò dedimus: quòd ille reuera Cancris ſpecie ſimilis ſit: hic uerò Locuſtis teſte Ariſtotele. Ineſt quidem in eo, Rondeletio authore, quod & Locuſtis & Cancris ſimile ſit: quare hoc etiam loco ceu inter utroſque medium repoſuimus. Ariſtoteles alicubi inter Cruſtata & Teſtacea eum ambigere ſcribit: quòd & Locuſtis cognatus ſit ſuo corpore: et teſtas in

grediatur. uerùm cum alienas ingrediatur testas, (uacuas duntaxat,) inter Testacea rectè censeri non potest. quin & Spongias aliquando subit, si quando foramē in eis capax nanciscatur. ¶ Cancellus (inquit Aristoteles, à quo etiam forma eius diligentissimè describitur) initio gignitur ex terra & limo, deinde in uacuas testas ingreditur: ubi cum accreuerit, in ampliorem testā subit, uidelicet aut Neritæ, aut Turbinis, & aliorum huiusmodi: sæpe etiam parua Buccina: ingressusq́ eam circunfert: ibidem nutritur & augetur: deinde capaciorem petit. ¶ Idē philosophus species Cancelli duas statuit: unum in Turbinibus, longiorem: alterum in Neritis Conchisq́, breuiorē, & cætera ferè similem, sed dextro pede paruo, sinistro magno: qui priuatim Scyllarus (Σκύλλαρος ὁ.) dicatur. At Rondeletius: Liberè (inquit) dicam, quod diu multumq́ obseruaui, sola corporis longitudine duo hæc Cancellorum genera differre puto: ut Cancellus Turbinatorum hospes longior sit: Neritarum breuior: quia Neritarum testa est læuis, ampla & rotunda. Quantum ad pedum bisulcorum longitudinem attinet, in omnibus Cancellis, quos plurimos uidi, semper sinistrum pedem crassiorē dextro perspexi, quod non fortuitò, sed certa ratione mihi uidetur contingere. cum enim uiuant in testa circa corporis medium complicati, quantum dextræ parti compressæ alimenti incrementiq́ decedit, tantum sinistræ liberiori & laxiori accrescit. Præterea uidetur Aristoteles tertium genus constituere, cum dicit: Sunt inter Cochleas quæ intra se bestiolas habeant Astacis paruis similes, qui uel in fluminibus gignuntur: sed differunt, quòd præmollem intra suam testam carunculam habeant. ¶ Cancros paruos cum Cancellis aliqui confundunt. uidetur quidem etiam Plinius confudisse: et Aristoteles semel alicubi Cancellum pro Cancro paruo impropriè posuit. Hermolaus Barbarus Cancellum cum Squilla parua confundit. Nos Pinnoteren duplicem esse monuimus, unum Cancri exigui specie: alterum Καρίδιον, id est, Squillā paruam. Non cancer paruus solùm, ut Aristoteles tradit: sed Cancellus quoq́ in Spongiarum cauernulis latet & uiuit. Plura lege mox in Gallicis nominibus.

Species duæ Aristoteli.
Scyllarus.
Species tertia

ITAL. Ligures Brancha uocant, uel Branchna, Rondel. HISPANI, ut audio, Cangrèio.

GALL. Prouinciales Bious Cambus. nostri Bernard l' ermite. eremitam quidem, quòd alios fugiens, in testa perinde ac in solitudine uiuat. Bernardum autem, quòd plebs nostra Bernardos, etiam uulgari prouerbio, fatuos esse dictitet: fatuumq́ esse Cancellum, qui crusta tectus, chelas habens, quę ad uitam tuendam satis esse possent, alienas domos quęrat, in quibus latens uiuat. Quòd si non hæc solùm, sed posteriores etiam Cancelli partes spectaueris, prudentem esse iudicaueris, qui nudas & iniuriæ ualde opportunas partes, dura & firma testa muniat.

GERMANICE uocari poterit Ein kleiner Meerkrebs/ Meerkrebßle. ein Einsidler. Süch im nächstgemelten kleinen Meerkrabben.



CANCER Paruus quidam rarus: quem Sebastianus Buotzius Argentinensis medicus excellens, mihi olim ostēdit. Auenā nominari uulgò addebat, si satis memini, ceu usitato circa Monspelium uocabulo. Scaliger tamen Squillam marinam à Vasconibus Ciuadam uocari ait, id est, Auenā: pugillatim enim (inquit) deuorant, sicut auenam ueterinæ. ¶ Partes eius omnes perexiles erant: caput ut in locustario genere prominēs. cauda breuis & ad uentrem reflexa, ut in Cancris propriè dictis: ita ut ambigere inter hæc genera uideatur, sicut & Cancellus priuatim dictus. Pedes forcipati omnes, nō chelę tantùm: si pictor rectè expressit, ut arbitror.

Auena.

GALL. Auena fortè Monspelij. Vide in præcedentibus.

GERMAN. Ein besunderer kleiner seltzammer Meerkrebs/ hat das vorderteil wie die Lobster oder Krebs: den schwantz aber zum teil wie die Krabben: die füß alle gescháret.

ASTACVS, Ἀστακὸς communiter Græcis, Attice ὀστακός. Gaza Gammarum conuertit, uulgi nimirum Italici appellationem secutus, cum Græcam retinere præstitisset. nam Gammarus ueteribus Romanis, Athenęo teste, Squillæ speciem significauit. Hesychius Cāmaros, Squillas rubras interpretatur. ¶ Elephantus Plinio dictus, à magnitudine opinor pedum ac brachiorum, non alius quàm Astacus uidetur, Rondeletius. Elephanti Locustarum generis, nigri, pedibus quaternis, bisulcis: præterea brachia duo, binis articulis, singulis forficulis denticulatis, Plinius. Bellonius Astacum adultum duntaxat, Elephantum Plinij esse putat. nam Astaci (inquit) quantò maiores exeunt, eò nigriores euadunt. Eundem à Græcis scriptoribus, præsertim Aeliano, Leonem dictum conijcit. Rondeletius diuersum quidem Leonem exhibet ac describit. apparet tamen eum non contradicere, quin idem sit Aeliani Leo, & Plinij Elephantus: Plinij uerò Leonem & Elephantum diuersos esse liquidò ostendit.

GRAECI & accolæ Adriatici maris, etiamnum nomen antiquum retinuerunt. Constantinopoli Liczuda uel Lichuda uocant.

ITALICE Romæ Gammaro uel Cambaro (Gambaro) di mare. nam fluuiatilem Astacum simpliciter Gambaro nominant. Venetijs Astase uel Astese, Genuæ Lumbardo. ¶ Illyrici, Larantola. HISPANI Camarón.

Forma hæc Astaci est, quem Venetijs Astese uocant, ubi & depicta est: sed minùs accuratè, ut apparet, quàm à Rondeletio.



GALLI & Normani Homar, Maſsilienſes Ligumbault: circa Monſpelium Langrout uel Eſcreuice de mer. ¶ Maſsilienſes & Leonem & Aſtacũ, ex Plinio diuerſos piſces, uno eodemq; nomine Ligombaudos nominant, Gillius.

GERMANICE Humer/ein Meerkrebs.

ANGLICE A Creuyſe of the ſea.



LOCVSTA Marina, κάραβος, καραβίς. Aliqui γραψαῖον uocant: Archeſtratus etiam Aſtacum. nos alium Aſtacum priuatim ſic dictum dedimus. Locuſtarum marinarum ſpecies eſſe plures ex Ariſtotelis quarto de partibus animalium apparet. Idem Ariſtoteles quæcunq; ex cruſtatis oblongiora ſunt καραβοειδῆ nominat, Gaza uertit locuſtacea; ut rotunda cancros, uel cancrarij generis.

GRAECI nunc etiam Cárabon nominant.

ITALI Locuſta. Ligures Alagouſta, alij Lanchrina.

HISPANI Loguſta.

GALL. Maſsilienſes Langouſte.

ANGLI Lopſter/Lopſtar. Eliota Anglus diuerſis locis Aſtacum, Locuſtam & Leonem interpretatur a Lopſter. Io. Caius Creuiſe Anglorum, Locuſtã eſſe, indicauit. At Guil. Turnerus in epiſtola ad me: Locuſtam mar. (inquit) nuſquam audiui uocatam a See creuis, ſed perpetuò a Lobſter. Eſt & alius huius generis piſcis in Northumbrico mari nuſquam uiſus, ſed in Occiduo frequens, qui uocatur a Longoiſter. is cornicula habet cubito ſubinde longiora.

GERMANICE F. Ein Meerkrebs oder Humer art.

ASTACI MARINI Quem Humer uocant Germani, ex Deſcriptione Septentrionalium regionum Olai Magni, effigies. Ingẽtem eſſe ſcribit, (inter Orchades & Hebrides inſulas,) & tam ualidum ut hominem natantem chelis apprehenſum ſuffocet. Sed non probo, quòd pedes omnes biſulcos pinxit; & caudam tabellis tam multis conſtruxit, &c.

CHELA ASTACI *Marini ex Oceano.*

IN EADEM tabula Magnus depingit Aſtacum XII. pedum, qui deuoratur à monſtro marino ſimili rhinoceroti: cuius rei typum requires ſuprà inter Cete ex Tabula Olai.

ASTACVS paruus marinus, ſui generis. ſemper enim paruus eſt, nec unquam ferè magnitudinē picturæ noſtræ ſuperat, Rondeletius.

GERMAN. F. Ein kleiner Humer/ ein kleiner Meerkrebs.



LEO Rondeletij. Plinius Leonem nominat tantùm inter Cancrorum genera cum Carabis, Aſtacis, Mæis, &c. Diphilus A-



ſtaco. ¶ Λέων à Græcis dicitur, Latinis Leo, à colore flauo, ut arbitror, quo coloratus eſt dum uiuit, & è mari captus educitur: & quòd hirſutus ſit. Aſtaco corporis ſpecie affinis eſt, ſed brachia lõgiora habet, &c. Rondeletius.

GERM. F. Ein Löw / ein Löwkrebs.

DE SQVILLIS IN GENERE.

Καρίδες. ΚΑΡΙ΄ΔΩΝ genus tertium poſt Locuſtam & Aſtacum ab Ariſtotele numeratur. Gaza cum Cicerone & Plinio Squillas conuertit. Cicero Squillam paruam uocat τὸ καρίδιον Ariſtotelis. Plinius lib. 11. Cruſta fragili (inquit) incluſis rigẽtes oculi: Locuſtis Squilliſq; magna ex parte ſub eodem munimento præduri eminent. Et lib. 9. Coëunt Locuſtæ, Squillæ, Cancri ore. Athenæus author eſt à Sophrone *Κουρίδες.* κουρίδας dictas, à Simonide & Epicharmo *Κωρίδες.* κωρίδας. Idem tradit καρίδας à capitis magnitudine nuncupatas: quòd maximam eorum corporis partem caput occupet. Quod etymum (inquit Rondeletius) ſi uerum eſt, non poſſum non mirari Galenum: qui libr. 8. De uſu partium Malacoſtraca omnia capite truncarit, &c. *Proſodia.* ¶ Prima in καρὶς ſemper producitur: ultima uerò recti, quæ iôta habet, quod in obliquis penultimam conſtituit, plerunq; quidem producitur, & circunflectitur: rariùs corripitur & acuitur. Nomina quidem in ις oxytona biſſyllaba, quorum penultima natura longa eſt, iota producere ſolẽt, ut κρηπίς: excipitur Τυδὶς, & alia fortè pauca per ιδ☉ declinata: in ιν☉ enim longa ſunt omnia. Hoc cum ita ſit, mireris quòd in ſoluta oratione, iota huius nominis καρὶς nunquam circunflexum reperiatur. A κάρη quod eſt caput, ita fit καρίς: ut à βολὴ, γραφὴ, βολὶς, γραφίς. Quid ſi καρίδες dictæ ſint, quaſi ἀκρίδες, id eſt, Locuſtę: nã & Galli quidam Saulterelles uocant, quoniam ſaliant Locuſtarum more, aut quaſi καραβίδες, propter aliquam cum Locuſtis cruſtatis ſimilitudinẽ, caudas enim ferè ſimiliter habent: & Bellonius Squillas Locuſtarij generis eſſe tradit. *Colybdæna.* ¶ Colybdænæ nomine aliqui pudendum marinum intelligunt: uel Squillam, Athenæus. *Chelis caret.* ¶ Hoc Squillis proprium eſt, chelis carere: harum autem uice brachia maiora pedibus habere, Rondeletius. Aculeos in cauda habent minores omnes puto: maiores, ut Lata et Cęlata Rondeletij, non item. *Species ſex.* Squillarũ tres ſpecies conſtituit Ariſtoteles: Gibbas, Crangones, & Paruas quæ nunquam maiores fiunt. Nos (inquit Rondeletius) ſpecies alias tres addimus: nempe Squillam latam, & aliam quæ cælata eſt & glabra: & Mantin à nobis dictam. *Gibbæ.* ¶ Gibbæ quidem præ cæteris Squillarum nomine ſimpliciter interdum intelligi mihi uidentur. nam & magnitudine ferè mediocres ſunt inter maiores minoreſq;: & Venetijs hodieq; ſimpliciter Squillæ dicuntur, & à Græcis hodie Carides, (uel Caramidia.) *Squilla minima.* Scaliger tamen Squillam minimam ab Adriaticis generis nomine uocari ſcribit.

GRAECIS ueteribus καρίδες dicuntur Squillarum ſpecies proximè enumeratæ, ceu generis nomine. at hodie uulgò Gibbas priuatim Caridas ſeu Caramidia uocant, ut diximus.

ITALICE Squille uel Schille (Veneti quidẽ Gibbas priuatim ita nuncupant) dici poſſunt ſpecies Squillarum omnes.

GALL. ſimiliter omnes Squille dici poterunt: etſi Burdegalẽſes Crangis peculiare hoc nomen faciant.

GERMANICE Squillas omnes Meerkrebßlin rectè appellabimus: ſiue ſimpliciter: ſiue cum differentia ſunder ſchären, id eſt, ſine forcipibus. Germani ad Oceanum Squillæ ſpeciem quandam paruam uocant Garnart/Gernard/ (Gornard uerò piſcis eſt lyriformis,) Gernier/Garnole/Gibbam ut puto. licebit autem hoc unius ſpeciei nomẽ (à Gammaro fortè corruptum) uſurpare pro genere, ſpecies uerò indicare adiectis differentijs.

ANGL. Eliota Anglus Squillã interpretatur a Schrympe. ego ab Anglis accepi Schrimpe ſpeci-

pe ſpeciem eſſe Squillæ uel Cammari maiorem: & aliam minorem uocari a **Pran**: aut fortè cōtrà. non enim ſatis memini.

Squillarum generis diuiſio, ſecundum Cæſarem Scaligerum.

Squillarum aliæ ſunt
- Maiores
  - Vrſa, magnitudine Aſtaci.
  - Crange: magnitudine tantùm à ſuperiore differens, & lineamentis quibuſdam, quibus teſſellatę lamellę pictę ſunt. [Hæc puto Rondeletij Squilla cælata eſt. nam aliam fecit Crangen.]
- Minores, gibbę omnes, uix alio quàm magnitudine differentes: Locuſtæ ſimiliores ſi frontis ſpectes cuſpidem, quàm ſupradictis Squillis. Omnibus pinnata cauda pinnis latis, dempta media acuta.
  - Ex his minoribus
  - 1. Maxima eſt in Oceano Gallico, [circa Vaſconiam. Crangon puto Rōdeletij.]
  - 2. Minima, Vaſconibus Ciuada: è Garumna excipitur caniſtris. hæc etiam in mari agitat, nec rubeſcit cocta. ab Adriaticis generis nomine dicitur.
  - 3. Mediæ magnitudinis, Gambarellus appellatus ab Iſtris. [Simpliciter Gibba alijs.]

Itali quidam, etiam minimam Gambarellum uocant.

¶Præter has eſt Squilla mantis Rondeletij. Item καρίδιον, id eſt, Squillula conchas quaſdam inhabitare ſolita: de qua ſuprà inter Cancellos diximus.

Squilla lata Rondeletij.



SQVILLA lata Rondeletij. Latam (inquit) cognominamus ut ab alijs diſtinguatur: nec id ſine exemplo. nam Archeſtratus (authore Athenæo) πλατείας καρίδας appellauit: quanquam is Locuſtas, Aſtacos & Carides confundere uidetur. [*Ariſtophanes in Teſmophoriazuſis, non Archeſtratus, apud Athenæum, πλατειῶν καριδίων, id eſt, Squillarum latarum meminit: quo nomine de Aſtacis eum ſentire Athenæus libro 3. conijcit.*] Locuſtarum eſt magnitudine, ſed latior multò & magis depreſſo corpore hirtoq;. Quòd ſi quis eam ob ſimilem corporis ſpeciem, cum Locuſtis potiùs quā cum Squillis annumerandam cenſeat, uel hoc uno refelli poterit, quòd Locuſtis pedes ultimi in forfices terminantur: quos chelas uocant, quibus Squillæ carent, authore Ariſtotele. Hæc ille. ¶Bellonius hanc Ariſtotelis Ἄρκτον, id eſt, Vrſam facit. Terreſtris (inquit) Vrſi in morem craſſo ac recurto eſt corpore, eiuſq; colorem habet, unde illi nomen. Hanc eius ſententiam Rondeletius explodit: & alium ipſe Vrſum Cancris, non Squillis cognatum, exhibet. Sed Vrſum Rondeletij Scaliger Cancrum Heracleoticum eſſe aſſerit. Squillarum maxima (inquit idem Scaliger) Aſtacum æquat magnitudine, alicubi etiam ſuperat: uulgari Gammaro (*fluuiatili nimirum ſiue Gammaro ſiue Aſtaco*) ſimilis, certis tamen ab eo notis diſcreta. Vrſa hæc eſt Ariſtotelis. ubi enim porrecta iacet, Vrſi corium extenſum repræſentat. Ariſtoteles cum ei & Locuſtis pariendi tempus idem aſsignat, Locuſtaceis eam annumerat, (*annumerare uidetur,*) ſub Squillæ quidem nomine eam non nouit.

Vrſa. *Cācer Heracleoticus.*

ITAL. Siculum ac Neapolitanum uulgus Maſſacara nominat, Bellonius. Meſſacara dicitur à Neapolitanis & Meſſanenſibus, ut idem in Singularibus ſcribit. Mihi hoc nomen deprauatum uidetur, ueluti à Græco, μείζων ἢ μάσσον καρὶς, hoc eſt, maior Squilla. A Liguribus Orchetta uocatur Rondeletio teſte: ſiue tanquam Arcetta, à Græco Arcos, quod eſt Vrſus: ſiue potiùs ab Vrſeta corruptum. Vrſetam enim Ligures generis huius ſpeciem minorē, per omnia huic ſimilem (Bellonio teſte) appellant. Romæ etiam utranq; ſpeciem nomine uno Mazzacara uocari audio.

Eiuſdem pictura alia, quam Romæ depictam Vrſi nomine, Corn. Sittardus nobis donauit.

GALL. Noſtris litoribus incognita eſt, & ob id anonymos, Rondeletius.
GERMANICA nomina fingo, ab Vrſo quadrupede: ein Bär/Meerbär/Bärenkrebs.

Vrſa minor. *Cicada mar.* SQVILLA cælata Rondeletij, Vrſa minor Bellonij. Quam hîc proponimus (inquit Rondeletius) noſtri Cicadam mar. uocant. alij Cicadam mar. (*Æliani*) eam eſſe opinantur, quam nos Mantin nominamus. Eã quidẽ dẽ qua nunc agimus Cicadã potiore ratione nominandã eſſe cenſuimus, ob maiorem cum Cicadis terreſtribus ſimilitudinem: Squillam uerò, tum quòd ſupra dictę ſimilis ſit, tum quòd braciha priora indiuiſa habeat. qua nota Squillas à Locuſtis & Cancris ſecerni diximus. Cælatam uerò, ut ab alijs internoſcatur. nam quinq; tabellis conſtat, & dorſo, egregio naturæ artificio uariè cælatis et ſculptis. Tota rubet, idq; magis quàm ullũ aliud cruſtatum, ſiue cruda, ſiue cocta. *Cammarus.* *Gammarus.* Hanc Squillæ ſpeciem eſſe puto, quam antiqui Cammarum (Latinè quidam etiã Gammarũ uocauerũt, authoribus Athenæo, Plinio, Columella: Hæc Rondelet. A Græcis κάμμαρος uel καμμαρὶς ſcribitur; de quo plura Rondeletius in hiſtoria Aſtaci ſcripſit: & nos in eiuſdem



eiuſdem & Squillæ huius hiſtoria. ¶ Minor Arctos per omnia maiori reſpondet, Bellonius. ¶ Cæſar Scaliger Cicadam marinam eam eſſe putat, quæ etiam uulgò à piſcatoribus (*Vaſconum*) ſic appelletur: ſentiens omnino, ut conijcio, de illa quæ Mantis Rondeletij eſt: quam Bellonius Maſsiliæ & Genuæ Cicadã mar. uocari tradit. ego huic ſententię uel hanc ob cauſam magis faueo, ne Squillæ id genus alio antiquo nomine careat, & fingendum ſit nouum quod Rondeletius fecit. Aelianus certè cum Romę uixerit, & harum quidem rerum ſtudioſus, non potuit ignorare Cammaros Romæ uulgò dictos, è genere Squillarum, ut Athenæus lib. 7. ſcribit: quod ſi eoſdem Cicadas marinas putaſſet, non tacuiſſet opinor, præſertim cum alius nemo hoc nomine ſit uſus. Scaliger hanc Ariſtotelis Crangen facit: Rondeletius aliam. *Crange.*

ITAL. Mazzacara Romæ uocatur, ut audio, hæc etiam, ut ſuperior. Ligures Vrſetam appellant. Vide ſuperiùs in Squilla lata.

GALLI circa Monſpelium Cicadam marinam. Maſsilienſes, ut & Genuenſes, Rondeletij Mantin, ſic uocant: &, ni fallor, etiam Vaſcones.

GERMANICE appellare licebit iiſdẽ nominibus, quibus & Vrſam maiorẽ, hoc eſt, Squillam latam proximè dictam, magnitudinis tantùm differẽtia expreſſa: **Ein kleiner Meerbär: ein rootes Meerbärlin**: uel priuatim **ein Puntergernier**, id eſt, Squilla uaria.

Crangon Rondeletij.

CRANGONES (Κράγγονες, αἱ) leguntur apud Ariſtotelem Hiſtoriæ 4. 2. deinde bis, Crange, ἡ Κράγγη, quod magis placet: quanquam Gaza in omnibus his locis uertit Crangines, ut Delphines. Κραγὼν oxytonum pro ſpecie Squillæ apud Heſychium legitur gamma ſimplici, mallem duplici. ¶ Eſt hæc Squilla (inquit Rondeletius) palmi maioris longitudine. Cruſta contegitur tenui, læui, candida, nonnunquam ex albo parum rubeſcente. Pedũ alij in calcar terminantur indiuiſi, alij parum diuiſi ſunt, &c. Exhibitum quidem à nobis animal, omnino Squillarum generis eſſe apparet. nos Squillam Crangonẽ eſſe conijcimus, propter Ariſtotelis uerba hæc: Squilla gibba caudam habet & pinnas quatuor: quas & Crange in utraq; caudæ parte habet. earum medium in utriſq; ſpinoſum eſt, ſiue aculeatum: ſed in crangone latum, in gibba acutum. Hæc ille. *Crange.*

ITALICE. Gambaro di mare: à nonnullis Camarugia & Parnochia dicitur, Rondeletius. Sparnochia, Bellonius. aliqui Spernotza ſcribũt, aut ac ſi ita ſcriberetur, proferunt. Squillas Romani hodie Cammerugias (Gammaruſios, Niphus) & Pernocias uocant, Iouius. Itali quidam mihi Vallopa nominarunt, neſcio quàm rectè: cum alij idem nomen ad Mantin Rondeletij retulerint. ¶ Scaliger quidem Squillam cælatam Rondeletij ſiue Vrſam minorem, Crangen facit. hanc uerò Rondeletij Crangen uidetur inter Squillas minores collocare, quæ in Oceano Gallico maxima naſcatur.

GALL. A noſtris Caramote, (*ut parua Squilla Caramot:*) ab alijs Longouſtin, à Burdegalenſibus ſeruata ueteri appellatione Squilles dicuntur, Rondeletius.

GERM. Ein besundere art der kleinen Meerkrebsen/die man Gernier neñet/ söllend im̃ Teütschẽ meer zim̃lich groß werden: an ď farb weyß oder weyß root.

Squilla Gibba Rondeletij.



Iconē hanc eiusdem, ni fallor, Squillæ, Venetijs accepi: picturam minorem esse uoluissem, & caudam minùs directam, ut cognomini responderet. Sed diligentius considerari debet. nam Rondeletius Gibbæ suæ pedes omnes in summo diuisos facit: hæc suis pedibus ad Crangonem propiùs accedit.

Eiusdem alia icon à Cor. Sittard. ad nos missa.

SQVIL.

SQVILLAE Gibbæ,ut rectè Gaza interpretatur:Græcis Καρίδες κυφαί: ſuo gibbo (caudæ ini tio in tumorem ſe erigente) facilè ſe produnt. Viuæ colore ſunt fuſco,minuſq́ albo quã Crangones,coctę rubeſcunt. Verè quidem has Ariſtotelis gibbas eſſe,cōuincit etiam medius inter cau dę pinnas aculeus,acutior & anguſtior quàm in Crangone.item magnitudo,qua paruas Squillas ſuperat, à quibus etiam cornu frontis diſcernitur, Rondeletius. Squillæ gibbæ ab authoribus aliquando ſimpliciter Squillæ dictæ mihi uidētur.uide ſuprà De Squillis in genere. Cæſar Scaliger Squillarũ minorũ ſpecies tres facit,omnes gibbas.uide ſuperiùs in Tabula diuiſionis Squillarum de ſententia Scaligeri . mihi quidem ueteres Gibbarum nomine ſpeciem unam κατ' ἐξοχὴν intellexiſſe uidentur:cui Scaliger inter minores mediam magnitudinem aſsignat. ¶ Quomodo Squillæ exiguæ fortiſsimum hoſtem in eas graſſantem Lupum piſcem dolo perimant, Oppianus canit:nempe quòd deuoratę ab eo,acuto frontis cornu medium palatum ita uulnerent, ut etiamſi initio id negligat Lupus, tandem tamen moriatur.ſed cum Squillæ minimæ cornu careant,à gibbis hoc fieri intelligendum eſt:quod Rondeletius obſeruauit.

Squillæ ſimpliciter.

GRAECVM uulgus Caridas & Caranidia uocat, Bellonius.ſed Aſtacus fl.etiam, ut idem alibi ſcribit,à uulgò Græco Caranis uel Caranidia dicitur.

ITAL. Romani à gambis,id eſt,tibijs, quòd ijs multiplicibus conſtent, Gambarellas uocant, (*aut fortè quaſi Cammarellas.*) Veneti uulgò Squillas, Bellonius. Marini minutiores Gammaruli,ut ita dicam,quos uulgò Gambarelli & Gambaruſoli appellamus, non ſunt Cancelli Ariſtotelis, ut quidam arbitrantur, ſed Squillæ paruæ Ariſtotelis, ſiquidem ij qui in hoc genere nunquam rufeſcunt,(*de gibbis ſentit,*) Venetis alijſq́ quàm plurimis populis,proprium adhuc Squillę retinent nomen.uulgò enim Schille dicuntur, Matthiolus Senenſis. Romæ tũ gibbas tum par uas Squillas,uulgò Gambarellas uocari,author eſt Bellonius.

HISPAN. In Hiſpania,præſertimq́ in Cantabria,omnes hi Gammaruli,*Squillæ tum gibbæ, tum paruæ,*) Squillæ nulla differentia uocitantur,Matthiolus Senenſis. Luſitani, ut audio, Squillam gibbam uocant Camaran de Lysboa.

GALL. A noſtris (inquit Rondeletius) Caramot nuncupatur,ad diſcrimen Crangonis quã Caramote appellant. A Santonibus De la ſantè,quòd ægris plurimum ſoleant apponere. Sic ille.

Armorici (inquit Bellonius) des Saulterelles uocitant.ſaliunt enim Locuſtarum more. Maſsilienſes uulgò Carambotos,quaſi à Caride deducto nomine. Qui uerò Galli litus Oceani incolunt etiam à ſaltatione nominant Cheurettes,quaſi Capreolas dicerent. Pariſienſes corruptè des Guer uettes, (*fortè Guernettes,ut nomen id à Germanico Gernart deductum ſit,*) Rothomagenſes Salicoquas, uel Salcoquas nominant:quarum quę uaginis adhuc incluſę ſunt, Bouquetæ:ijs autem exutę des Creuettes appellantur. Hæc Bellonius. In Neuſtria Bouquet,hoc eſt, Hirculum uocant,ſi bene intrrpretor. Rupellæ quidẽ Cheurette,id eſt,Hœdus dicitur.ſalit enim,non incedit,nec repit.

GERM. F. **Ein Springkrebßle/Seegitzle/Meergeiß/Böckle**,uel à gibbo **ein Högerling/ein Hogergernier.**

Squilla parua Rondeletij.

SQVILLA Parua,(Καρὶς μικρὰ, Ariſtoteli Καρίδων γένος μικρὸν,) ſpeciei,non ætatis nomen eſt. nunquam enim maior efficitur. Κυρίδες,καρίδες: ἃ (fortè ὧν) τὰς μικρὰς, ἐγχλώρους: τὰς δὲ ἐρυθρὰς, καμμάρους (addo καλοῦσιν,) Heſychius.hoc eſt, Curides ſiue Carides,Squillę ſunt:in quarum genere rubras,Cammaros uocant:paruas autem,Enchloros:à colore nimirum,quem eis uiuis obſcurum Rondeletius tribuit,Bellonius ſubfuluum. χλωρὸς quidem modò uiridem,modò luteum colorem Græcis ſignificat. Eædem & χλωροκυρτίδες fuerint: ſic enim apud eundem He

Enchlori. Color.

Eiuſdem,ut reor, icon alia, Venetijs olim mihi facta.

ſychium legitur pro genere Squillarum.malim χλωροκαρίδες:niſi à cyrtis ſeu naſsis quibus capiantur, Chlorocyrtides dicere malis. è Garumna quidem caniſtris excipiuntur. Nec aliæ Μελικαρίδες nominatæ in ſympoſio quodam apud Athenæum,his uerbis: Ξανθαὶ Μελικαρίδες αἱ κοῦφαι. nã & flauus color eis conuenit,& leuitas utpote minimis. à melle autem denominantur, quoniam carne dulciſsima ſunt.& (ut Rondeletius teſtatur) ob nimiam dulcedinem quibuſdam faſtidio:uix enim ullum aliud cibi genus his dulcius guſtaueris. ¶Bellonius Squillam paruam Ariſtotelis,fluuiatilem cognominat: marinæ per omnia ſimilem, niſi quòd multò minor eſt. Longiſsimo,inquit,à mari interuallo proueniunt hæ Squillę: quod argumentum eſt eas originem à mari minimè traxiſſe. Flumina noſtra has delicias non alunt,(*ſed Italiæ quædam,ni fallor; Scaliger è Garumna caniſtris exci-*

Chlorocarides.

Melicarides

Squilla fl.

pi scribit, sed agitare etiam in mari.) At Rondeletius, Hyeme (inquit) in stagnis marinis capiuntur, & in magnorum fluuiorum ostijs. è mari etiam extrahi sæpe uidi, ne quis ob carnis succum dulcissimum, in dulci aqua gigni tantùm existimet. in stagnis quidem marinis frequentiores multò sunt quàm in mari. Sic ille. Aristobulus tradit in Indum flumen Squillas paruas usque ad montem ascendere, magnas uerò usque ad Indi & Acesinæ ostia. Tarentinus etiam Squillas fluuiatiles nominat, & Nebrissensis. ¶ Cęterùm ut suprà docuimus aliud esse καρκίνιον, id est, Cancellum, aliud καρκίνον μικρόν: ita hîc etiam aliud uidetur esse καρὶς μικρὰ, id est, Squilla parua: aliud καρίδιον, quod, si libet, Squillulam Latinè dicamus. Ostendimus enim Pinnoteren, modò Cancrum paruum esse, modò Caridion, ex Aristotelis sententia: Plinius & Gaza Squillam paruam interpretantur. sed uerisimile est, genus id peculiare esse, à Squilla parua de qua hîc agimus, diuersum: quod idcirco Pinnæ hospitium requirat, quoniam per se uiuere tutò aut commodè non posit, sicut & Cancer paruus: quoniam is molliore testa tectus, iniurijs magis opportunus est. Idem Gaza Scyllarum etiam (qui Cancellus est, præcipuè in Nerite.) Squillam paruam interpretatur, tria (ut apparet) diuersa animalia, uno nomine confundens.

Καρίδιον. *Scyllarus.*

Magnitudo & partes. Squilla parua (inquit Rondeletius) digiti minimi est magnitudine: capite pro corpusculi magnitudine crasso & lato: sine cornu, quo à Gibba differt: alioqui cauda tenui, paruo gibbo, oris appendicibus, caudæ pinnis, internis partibus, Gibbæ persimilis. punctis aliquot uariatur. colore

Cocta color. est dum uiuit obscuro: cocta, tota rubescit. Sic ille. Bellonius quoq; coctam ruffescere scribit, Scaliger negat: & fortè in Oceano si non alia species talia tamen qualitas aut natura Squillæ minimæ fuerit. Scaliger quidem de illis quæ in Gallico Oceano sunt præcipuè loqui uidetur.

Imago hæc Venetijs picta, Mantin Rondel. minus acuratè, quã ab ipso exhibita, repræsentat.



ITAL. Gambarellã uulgò uocant Romani, aliqui Gambarozolam: nomine fortasse à Gambaro (*Gammaro*) detorto. Quęre superiùs in Squilla gibba.

HISPAN. Lusitanis Camaran de Villa franca. Vide suprà in Squilla gibba.

GALL. Circa Monspelium Ciuade uocant, Rondeletio teste. Vascones etiam (inquit Scaliger) Ciuadam nominant, ob exiguitatẽ, id est, Auenam, pugillatim enim deuorant, sicut auenam ueterinæ. Aliqui Cancellum quendam, proximè ante Locustam superiùs nobis descriptũ, uulgò (ni fallor) Auenam uocitant.

GERMANICE appelletur **Ein Zwergkrebßlin/ein kleiner Gernier.** Gedani in ora Germaniæ audio Squillas quasdam cochlearibus edi, integras, quòd crustam duram non habeant. has minimas esse puto, quas Rondeletius etiam cum crusta & pedibus integras frigi tradit.

MANTIS à Rondeletio dicta nouo nomine. Crustatũ hoc (inquit) ad nullũ aliud quã Squillarum genus referre possum, chelis enim caret, quibus à Locusta et Astaco distinguitur. aculeos in cauda habet, Squillarũ modo: corporis specie Squillis simili, longa, quo à Cancris differt. Ex ueteribus quidem nullus, quod sciam, eius meminit. Nos μάντιν appellauimus à bestiolæ similitudine, quæ est ex Locustarum terrestrium genere. Eam bestiolam nostri Preguedious, id est, Precantem Deum appellant, quòd semper ueluti manus iunctas teneat. Pręterea corpore est ualde tenui & macilento, ut qui assiduis ieiunijs sese cõficiunt. Eandem bestiolam diuinare uulgus ait: captã enim pueri nostri interrogant, qua sit Romam, uel Compostellam ad D. Iacobum proficiscendum. ea, perinde ac si intelligeret, altero brachio extento iter monstrat. Ab huius igitur bestiolæ diuinantis similitudine, Squillæ hanc speciem μάντιν nominauimus. nam utraq; corpore est longo, gracili, circa caudam latiore: brachia duo prima, longa admodum. Sic ille. μάντιν quidem hanc ipsam bestiolam terrestrem, etiam ueteres appellarũt.

Mantis Locusta.

Cicada mar. ¶ Nonnulli Cicadam marinam (Aeliani) hanc esse uoluerunt. nos potiùs Squillam cælatam nostram, cui maior est cum Cicada terrestri similitudo, Cicadam nominauimus, Rondeletius.

Nos

Nos cum Gillio, Bellonio, aliſq; uiris doctis, Cicadam Aeliani hanc ipſam facimus: cui ſententiæ plura uulgaria gentiũ nomina aſtipulantur. Vide ſuprà in Squilla cælata. τέττιγας ὀπτὸς cum alijs aquatilibus, Anaxandrides apud Atheneũ nominat. Bellonius hanc Speuſippi Nympham eſſe ſuſpicatur, nullo quidem ualido argumento. ſemel enim tantùm Nymphæ nomen duntaxat apud Athenæum legitur, Speuſippo inuicem comparante Aſtacum, Nympham, Vrſam, Cancrum, Pagurum.

ITAL. Romani & Genuenſes Cicadam marinam uocant. quæ autem Venetijs Cicadę nomine diuenditur, ea quidem adulterina eſt. Quanquam autem Cicadæ ut plurimùm ſuo nomine à piſcatoribus Romanis uocentur, tamen in earum applicatione Parnochijs abutuntur. etenim Parnochiæ Cicadis ſapidiores ſunt, cariusq; diuenduntur, Bellonius. Aliqui Vallopa, ni fallor: Rondeletius quidem hoc nomen Crangoni ſuæ adſcribit.

GALL. Maſsiliç Cigale de mar. & ſimiliter (ni fallor) etiam Vaſcones. Circa Monſpelium uerò Squillam cælatam Rondeletij, uocant Cicadam marinam.

GERMAN. Ein bſundere art der Gerniern / hat ettwas gleychnuß mitt einem Höwſtöffel / mit den vordern langen füſſen / auch mit dem langen vnd ranen leyb. mag ein Meerſtöffel genamſet werden.

HACTENVS propoſuimus Cruſtatorum genera tria, Cancros, Locuſtas, Squillas, & quæ propter naturæ cognationem ad ea referuntur. Rondeletius quidem Pulicem quoq; & Pediculum marinos, quòd tenui cruſta integantur, Malacoſtracorum generi adnumerauit. nobis hæc animalcula, (ſicut & Erucam mar. quæ & ipſa tenui cruſta tegitur,) ad Inſecta potiùs referre libuit, quoniam forma eorum tota à cruſtatis plurimùm differre uideatur, magiſq; ad Inſecta accedere. ¶ Idem Rondeletius Echinos cruſtaceis adnumerat, potiùs quàm teſtaceis ut Ariſtoteles. uide infrà Ordine ſequẽti, ubi de Echinis in genere dicetur. ¶ Stellas Cruſtaceis ſolus Aelianus adnumerauit: nos poſtremo inter Teſtacea loco de Stellis agemus: ubi etiam huius rei rationem reddemus.

Pulex mar. Pediculus marinus. Eruca mar. Echini.

ORDO XV. DE ANIMALIBVS TESTACEIS, VT SVNT PATELLAE ET OMNE GENVS CONCHARVM, MVRICES, STROMBI, VENEREAE, Cochleæ, Vmbilici, Balani. Item Stellæ, Tethya, Echini.

DE TESTACEIS IN GENERE.

DE TESTACEIS aliſq; exanguibus animalium diximus nonnihil ſuprà, principio Ordinis XIII. ¶ Animalia marina teſtis duris concluſa, ὀστρακόδερμα à Græcis dicũtur, per analogiam: quoniam operimentum corporis ipſorum, quod cutis in alijs animalibus dicitur, in his oſtraco, id eſt, teſtę aut lapidi ſimile eſt, ut ſcribit Galenus. In ijs (inquit Rondeletius) tanta naturæ ludentis uarietas eſt, tot colorum differentiæ, tot figuræ, ut uix numerari poſsint. Vocantur à Græcis quæ duro ſilicioq; tegmine fragili, non colliſili muniuntur, partem uerò intus mollem continent, uniuerſè quidem ὀστρακόδερμα atque ὄστρεα. Ariſtoteles: ἄλλο δὲ γένος ἐστὶ τὸ τῶν ὀστρακοδέρμων, ὃ καλεῖται ὄστρεον. Latini Oſtreorum nomẽ retinuerunt, Oſtreas etiam dicunt: ¶ Oſtrea genere neutro apud Græcos Latinoſq; dicuntur, tũ de ſpecie peculiari, tum in genere de oſtracodermis ſeu teſtatis omnibus. Oſtreæ uerò fœminino genere Latinis tantùm, de ſpecie una. Græcis quidem ὄστρεον per e. breue, & ὄστρειον per diphthongum, diuerſas plerunq; ſignificationes habent: (hoc enĩ adiectiuè idem quod teſtatum omne ſeu oſtracódermon ſignificat, illud ſpeciem peculiarem, Galeno teſte:) aliquando tamẽ promiſcuè ponuntur. Veteres oſtrea per ει dicebant: recentiores per ε. Plato dixit ὀστρείνα, τά. ¶ Concha quoq; et pro teſta omni, & pro teſta læui ſiue æquabiliter rugata ſumitur, Rondeletius. Sæpius quidem ad biualuia contrahi Conchæ uocabulum ſolet. ¶ Conchylium apud ueteres Latinos ac Græcos nomen eſt Conchis omnibus commune, & per excellentiam aliquando pro Purpura ponitur. ¶ Omnia generatim à Latinis Teſtæ dicuntur, à duritie operimenti: & Teſtacea, Rondeletius. Teſta quidem propriè ipſum oſtracum ſiue operimentum dicitur: per ſynecdochen tamen pro toto accipi poteſt, præſertim in carmine. Sed non omne mare eſt generoſæ fertile teſtæ, Horatius 2. Serm. Tum Teſtulæ uel Conchæ, quaſi ſedes in ſingulis ſubiectæ ſeminibus adobruuntur, Columella. Inſectorum omnium, & quibus teſtacea operimenta, oculi mouentur, Plinius.

Concha. Conchylium. Teſtæ. Teſtacea.

Ex his alia ab alijs teſtæ duritia ſuperantur: ut Stellæ, Pulmones, Holothuria, Echini (omnia enim iſta Oſtracodermis ſubijcit Ariſtoteles) longè minus dura teſta conteguntur, quàm Purpurę & Buccina: imò Holothuria & ſimilia, non tam teſta quàm corio duro integi uidẽtur, & uix propriè teſtacea dici. ¶ Alia undiq; duabus teſtis circunteguntur, ut interioris teſtæ nihil cerni poſ-

Differentiæ: Teſtæ duritas. Contectio.

ſit, δίθυρα uel δίπτυχα uocant: ut Oſtrea, Tellinæ, Pectines, Mytuli, Pinnæ, Pernæ, (Chamę, Dactyli.) Biualuibus ualua uel utraq;, uel altera tantùm conuexa eſt. Ariſtoteles Biualuium quædam anaptycha cognominat, ut Pectunculos & Mytulos, quæ ab una tantùm parte claudi reſerariq; ſolent: alia utrobiq; ſimiliter claudi ſcribit, ut Vngues, quos utroq; latere connexos eſſe ſcribit: cùm contrà ſemper altera parte ſolutos uideas, Rondeletio teſte, neq; in eis aut uinculi aut articulationis ullum ueſtigium. Alia altera tantùm parte teſtam habent, alteri parti teſtæ loco eſt ſcopuli pars cui hæret, ut Lepas, Auris marina. ἐπιπολάζοντα dicuntur Ariſtoteli quæ ſummis petris adhærent: ut prædicta, item Nerites, Aporrhais. Chamæ & Dactyli utriſq; extremis non integuntur, per quæ caput & poſteriorem partem exerunt. [*Atqui Chamas ab initio libri de Turbinatis ſimpliciter undique duabus teſtis contegi ſcribit. An Chamas dicemus ſemper quidem hiare, unde & nomen eis factum: ſed aliâs exerere partem aliquam: aliâs nullam, & tunc prorſus clauſas apparere? & ſimiliter fortè etiam Dactylos. Hoc illis qui ad maria habitant, diſcutiendum relinquimus.*] Rurſus eorum quę undiq; integuntur, ſunt quæ teſta continua penitus incluſa ſint, ut nulla ex parte carnem detectam habeant: ueluti Holothuria, Tethya, Echini. Alia ſimiliter teſta continua incluſa, nulla ex parte conſpiciuntur, dempto capite, quod tamē ſemp operculo tegitur, ut Purpura, Buccina, Cochleæ: deniq; turbinata omnia. Alia teſta undique conglobata quidem, non tamen turbinata, nec in gyrum concluſa ſunt, quæ rimam habent ſine operculo: ut Conchę Venereæ, quæ uulgò Porcellanæ uocantur. ¶ Alia unica Concha conſtant, ut Lepades: alia duabus, ut Mytuli. ¶ Teſtarum aliæ læues, ut Vnguium, Mytulorum. aliæ aſperæ, ut Purpurarum, Buccinorum, Oſtreorum. Harum rurſus permagna eſt in aſperitate uarietas. Sunt quædam pectinatim diuiſa uel ſtriata. Labris alia tenuibus, alia craſsis. ¶ Colore etiā diſtinguuntur: quod hæc unius coloris ſit, ut Mytulorum teſta nigra eſt: aliæ flauæ, aliæ rubræ ſunt, aliæ uarijs coloribus depictæ. ¶ Differunt & motione. nam quædam in ſtabili ſede manent: ut pholades, quæq; in ſaxorum cauis & alijs in locis degunt, ut Oſtrea, Pinnæ. Mouentur Purpuræ & Turbinata: & Chamæ læues, quas in gyrum uerti in aqua uidimus. Quædam in uado ſoluta degunt, alia ſcopulis affixa ſunt. Mobilia modicè, plures partes habent, quàm immobilia: quanquam utraq; paucis conſtent partibus. Mouentur autē (præcipuè turbinata) parte dextra, non ad clauiculam, ſed in aduerſum. ¶ Differunt etiam teſtarum adhæſione. etenim alia uinculis ualidioribus alligantur teſtis: ut Mytuli, Pinnæ, Vngues. Quæ uerò in turbinatis teſtis ſunt, nullo eis uinculo annexa ſunt: ſed poſterior tantùm pars circa teſtæ uolumen clauiculatim intorquetur. ¶ Sunt & aliæ (inquit Rondeletius) ferè infinitę oſtracodermorum differentiæ, quemadmodum ipſa infinita ferè ſunt: quæ ex ſingulorum hiſtoria petendæ ſunt. ¶ In Concharum genere (inquit Plinius) magna ludentis naturę eſt uarietas: tot colorum differentiæ, tot figuræ, planis, concauis, longis, lunatis, in orbem circumactis, dimidio orbe cæſis, in dorſum elatis, læuibus, rugatis, denticulatis, ſtriatis: uertice muricatim intorto, margine in mucronem emiſſo, foris effuſo, intus replicato: iam diſtinctione uirgulata, crinita, canaliculatim, (*aliâs cuniculatim,*) pectinatim, imbricatim undata, cancellatim reticulata: in obliquum, in rectum expanſa, denſata, porrecta, ſinuata: breui nodo ligatis, toto latere connexis, ad plauſum aptis, (*aliâs apertis,*) ad buccinam recuruis.

Cōcha j. uel ij — *Læuitas, aſperitas.* — *Color.* — *Motio.* — *Adhæſio.*

Cōmunia eis. His quædam in uniuerſum communia ſunt, ut teſta intus æqualis & læuis. operimentum carnis tenue. ſenſus ſaporū & odorū. Omnib. etiam in medio aliquid cordis loco habetur, ut et Cruſtatis, Bellonius. Omnia μήκωνα habent, ſed non loco eodem, neq; æqualem, neq; ex æquo manifeſtum, Rondeletius. ¶ Omne teſtatorum genus plantis ſimile eſt, reſpectu gradientium animalium. *Coitus.* Nullum in eis ſexus diſcrimen, nec exploratum eſt an ortus eorum per coitum ſit: Cochleas tantùm coire perſpicuum eſt. Sed quanquam nullum eorum coitum uel partum uidemus, grauida tamen dicuntur: & uerno tempore autumnoq; ouorum quædam rudimēta habere cernuntur: quo tempore cibis gratiora ſunt ac delicatiora. Caro non æquè omnium eſculenta eſt: & excrementum, (quod papauer uocant) quibuſdam cibo idoneum, alijs multò minùs. ¶ Nautilorū genera duo, quanquam conchis indita, ad Ordinem Mollium retulimus. quòd ſi quis ad Teſtata etiam referre uelit, poſt Pectinem ponat. huic enim Nautili teſtam ſimilem facit Ariſtoteles: quam tamen Rondeletius ſimplicem eſſe conijcit, non duplicem, quòd eam aqua modò impleat, modò uacuet. Eſt & Polypi ſpecies, in teſta cochleæ ſimili, cui adhæret: Nautilus non adhæret. ¶ Teſtacea omnia Angli communi uocabulo uocāt Shelfiſch, nos Schalfiſch proferemus, uel Schellfiſch. ſed priori nomine uti præſtiterit ad uitandam homonymiam: quoniam Aſelli quoq; ſpecies quędam Schellfiſch dicitur inferioribus Germanis à Scaldi fl. Muſcheln quidem Germanicum nomen, Moſſeln Flandricum, Conchas omne genus ſignificat, ſed præcipuè biualues: & uidetur ea uox à Muſculis facta, ſpecie una concharum. Cochleas & turbinata, Schnecken appellant, & Kinckhorn. Schal Germanis teſtam ſonat, ſiue ſimplicem, ſiue ex binis ualuis alteram. ¶ Hęc in genere de Teſtatis: nam de Turbinatis priuatim plura dicemus infrá. Nunc ſingula, & primùm uniualuia, utpote ſimpliciora in hoc genere, proponamus.

DE CON-

DE CONCHIS VNIVALVIBVS, GRAECI MONOTHYRA uocant; ut sunt, Lepas, & Auris mar.

Infra A. proximè est Echinus paruus.
Iuxta B. Vrtica cinerea.
Iuxta C. Lepas maior adhærens, è regione.
Supra D. Lepas inuersa.
Supra E. Lepas parua.



Alia Lepadis icon, Venetijs expressa.



LEPAS Græcorum (λεπὰς ἡ.) à Gaza conuertitur Patella, à uasis escarij similitudine. Lopas à Plauto dicitur (in Parasito medico, citante Nonio) nisi locus mendosus sit. Diphilus Lepadis species duas facit, unam minorem, alteram maiorem ostreis similem. Minor (inquit Rondeletius) è cuius libris picturã utriusq; exhibuimus, semper parua manet: nec unquam ad alterius etiam mediocris magnitudinem accedit. Est insuper Patella fera: de qua mox seorsim dicemus. Item Patella rubri maris. Ea (inquit Bellonius) tabellis corne is numero octonis, transuersis, loricę modo contegitur, atq; undecun que cartilagine obsepta est: multis spinulis horrida, ijs persimilibus, quæ in Stellis marinis uisuntur. Sesquidigitum lata, ternos longa. Estur cocta, ut Patella uulgaris. ¶ Omnes uniualues sunt: parte inferiore caro nuda cautibus adhærescit, et difficulter auellitur: unde & prouerbium natum est, ὥσπερ λεπὰς προσίχεται, Aristophani usurpatum: Hoc est, Lepadis uel Patellæ instar adhæret: pro eo quod est, tenaciter & omni studio alicui rei deditus est, & immoratur assiduè. *Patella. Lopas. Rubri maris Patella. Prouerbiũ.*

GRAECORVM uulgus hodie Petaglida appellat.

ITAL. Veneti parum mutato nomine Pantalena, Rondeletius: uel Petalide, Bellonius. Ligures & Massilienses etiam hac ætate Patellas uocant, Gillius.

HISPANIS Almeia dicitur: Lusitanis Bregigam.

GALL. Lapedo à Massiliensibus & à nostris (circa Monspelium) uocatur, Rondeletius. Ligures & Massilienses hodieq; Patellas uocãt, Gillius. Massilienses Lepada nominant: Galli apud Deppam, Berdinum, (Normani Berdin & Berlin, Rondeletius;) alibi Oeil de bouc, id est, Hirci oculum, Bellonius.

ANGLICE A Lympyne uel a Lempet.

GERMANICE Bocksaug, id est, Hirci oculum appellare poterimus. nam & Galli sua lingua sic uocant: uel, Einschale, id est, Vniualuem. Ein Muscheln art/an dem oberen halb teil mit einer schalen bedeckt: vnden bloß/an ein felsen gehefft.

AVRIS Marina, (θαλάττιον οὖς,) quæ & λεπὰς ἀγρία (id est, Patella fera) ab Aristotele dicitur, non satis rectè à recentioribus quibusdam Patella maior uocatur. Quum enim maior dicitur, magnitudine tantùm à minore Lepade iam descripta differre intelligitur, at magnitudine solùm non differunt, sed etiãm forma. Hoc tantùm utrisq; commune est, quòd unica testa constant, carnosa parte saxis affixa. differt etiam excrementi meatu. parte enim ima testæ, quà foramen habetur, Aristotele teste, excrementũ egeritur. Falluntur qui Aporrhaidem putant. ea enim Mu- *Patella fera. Aporrhais.*

Icon à Rondeletio posita.



Alia eiusdem, ut uidetur, animantis, quam Bellonius dedit: etsi diuersa appareat, cum aliâs, tum quòd foramina plura quinis Rondeletius ostendat, &c.



ricum potiùs generis uidetur, Rondeletius. Nicandri Scholiastes Tethea(τήθυ) interpretatur Patellas feras: quæ nos (inquit) ὠτία, Aristoteles autem ὄσρεα. Sed ὄσρεον nomen ad omnia testacea pertinet, & Tethea propriè dicta speciem à Patellis feris diuersam constituunt. Zoophytorum generis Patella hæc uidetur: à quo tamen diuersum Zoophytum, & ab animaliũ natura remotius Marinæ auris nomine Bellonius nuncupat, nulla eius icone expressa: quod an Escharæ Rondeletij cognatum sit, inquirendum. ¶ Testa Auris mar. caua est, argenti uel unionum colore: foris gibba, lineis multis depicta. parte una cochlearum modo clauiculatim contorta, à qua foramina incipiunt, initio parua, quæ deinde magis ac magis augẽtur, Rondeletius. Concha eius aurificum officinas illustres reddit. eam enim pellucidam ac perpolitam in tenues laminas dissecant, ut inde elegantissima uasa incrustent, Bellonius.

GERMANICVM nomen fingatur, **Ein wildes Bocksaug/ ein grosse art der Einschalen/.** zc

DE CONCHIS BIVALVIBVS, GRAECI DITHYRA VOCANT: NEMPE Ostreis, priuatim dictis, Musculis & similibus, Tellinis, Chamis, ac similibus Pectinibus & similibus, Conchis diuersis, Pinnis, Vnguibus.

Conchæ nomen commune est ad omnia Malacostraca: contrahi uerò plerunque ad Biualuia solet: quæ omnia ferè à Germanis communi nomine **Muscheln** *appellantur. Vide infrà in Pectine.*

OSTREA uocãtur ab antiquis ostracoderma omnia, ut iam diximus in mentione eorũ uniuersali: priuatim uerò species una biualuium, quam nunc proponemus.

C. ico-

A. B.

Caramis.

A. iconem Rondeletius exhibuit: cui nos adiunximus B. ostrei Venetijs expreßi effigiem.

OSTREA (priuatim dicta) Pelagia uel marina (uel simpliciter Ostrea) dicimus, quæ necp in stagnis, necp in fluuiorum ostijs, sed procul ab aquis dulcibus inueniuntur: in Oceano maiora, quàm mediterraneo mari: Indis pedalia, aliquando multa simul connexa, & su pra sese posita. testæ foris sordidæ & luto obductæ, crustis multis siue laminis constant, intus læues & albæ. Circa Monspelium pallida sunt testa, alibi colore differunt. Variant coloribus (ait Plinius,) rufa in Hispania, fusca in Illyrico, nigra & carne & testa Circeis.

GRAECI uulgò ὀστρίδια nominant; Psellus Ostridia interprete Valla.

ITAL. Ostreghe.

GALL. Des Huistres, Ouitres, Oestres: Ittre alle calle. Masiliēsibus Hosties: circa Monspelium, Peires Ostres.

HISPAN. Ostia de la mar.

ANGLI An Oyster.

GERMANI ad Oceanum, ut Flandri, &c. Een Oestre/Oster.

LIMNOSTREA (Λιμνόστρεα) ab Aristotele dicta in stagnis marinis, & in aquis ex marina dulcicp commistis procreantur: atque illic primùm nascuntur ubi cœnum est. Gaza simpliciter Ostrea uel Ostreas conuertit, cum stagnorum Ostrea dicere debuisset. Inest in eis humor quidā candidus, quē lac appellat Plinius. Notandū hoc, Ostrea marina, testa quidem longè maiora esse ijs, quæ in dulcibus aquis reperiuntur: carne uerò interna, minora.



ITALI, GALLI, alijcp non alijs nimirum nominibus quàm Ostrea simpliciter nuncupant. Athenæus Ostrea in fluuijs, & stagnis, & in mari gigni scribit. In Lemano quidem lacu Ostrea pasibus ferè ducentis à ripa capiuntur, quæ uulgò Quaras uocant, à Mytulis quantitate & qualitate diuersa.

GERM. Ein gschlecht der Oestern/ inn den sehen deß meers/ welche von süssem vnd gesaltznem wasser vermischt sind: an den schalen kleiner/ am̄ fleisch aber grösser dann die Meeroestern die im̄ lautern meer sind.

OSTREA quædam in mari prope Monspelium capiuntur: quæ testa constant pellucida, partibus quibusdam flauescēte, alijs purpurascente, foris crinita & crispa, intus splendida, læuissima, candidissima. Caro salsa, amara atcp insuauis est. Hanc Ostreorum speciem esse puto similem ijs, quę tradit Plinius (lib. 23. cap. 6.) gigni in petrosis, carentibuscp aquarum dulcium aduentu. uel potiùs Ostrea illa ἄγρια, id est, syluestria, quæ Athenæus scribit esse multi alimenti, sed uirus olentia, & ori ingrata, Rōdeletius.

GALL. Circa Monspelium Scandebec uocantur, propterea quòd sapore sunt acri. ob id delicatorum labra nimiùm calefaciunt et ulcerant. nam Scandebec idem est quòd rostrum urēs.

GERMAN. Ein andere art ď Ostern/ die mā zů Mom

pelier nennet Scandebec / von wägen jrer schärpffe vnd räsße/mögend in Teütsch Brenner oder Brennling genent werden.

Gaidaropoda à Bellonio exhibita.

SPHONDYLI uel Spondyli ex Ostreorum genere sunt illa, quæ hodie à Græcis uulgò Gaideropa, seu potiùs Gaideropoda uocãtur, hoc est, Asini pedes: (aut etiam Acynopoda, ut Bellonius scribit:) ob magnam similitudinem quam cũ Asini ungula habent. Gaidaron enim hodie Asinũ uocant. Athenæus Trachelos ab asperitate, mea quidẽ sententia (inquit Rõdeletius) appellauit. Plinius Spondylum in catalogo piscium nominat duntaxat. Videtur autem hoc nomen factum huic ostreorum generi, quòd firmior in eo (inquit Rondeletius) & magis exquisita testarum articulatio, quàm in ullo alio ostracodermorum genere appareat, uertebrarum spinæ modo firmissimè articulata. Vertebras autem Græci Spondylos dicunt. Galeni interpres pro Spondylis ostreis, Vertebras conuertit. nos Plinij & Macrobij exemplo Græcum nomen potiùs retinebimus. ¶ Saxis adnascitur Sphondylus, (rarus & minor in in Gallico mari,) quibus ita hæret, ut non nisi malleo, aut fracta

Alia eiusdem icon è Rondeletij libris.



saxi parte auellatur. Testa duplici constat, intus caua & lęui, foris scabra, &c.

GERM. dici potest Eselshůb, ab ungulę asininæ similitudine: uel Steinoestren, id est, Ostreum saxatile, quòd saxis hæreat.



MVSCVLVS simpliciter, uel minor: Plinio Myia, (id est, Musca) aliâs Mysca uel Myscus, ut Rondelet. annotat. Vniones reperiri solebant in Conchis quas myas appellant, Plinius 9. 35. Aliqui Myias cum yi diphthongo scribunt, & Muscas interpretantur. quod equidẽ non probârim: quoniam ea uox Græca est, & Græcorum nemo sic usurpauit. Athenæus enim Myas de paruis musculis fœminino quidẽ genere extulit, sed sine diphthongo, inflexione tertia, quare & Myiscam proferentibus non assenserim. Μύες an dicti παρὰ τὸ μύειν; συμφυὲς δὲ μῦς: μονοφυὲς δὲ σωλὼ, Atheneus ex Aristotele: an quòd muris quadrupede instar quodammodo hirsuti sint? Aristoteles historiæ 5. 15. Cancros colore albido plurimos in Mytulis foliatis innasci scribit, sic enim Gaza conuertit, ubi Græcè legitur, ἐν τοῖς μυσὶ τοῖς πυελώδεσι. à figura nimirum, non quidem solij seu labri, cuius fundum æquale & planum est: sed aliorum uasorũ quæ inæquale fundum & in medio profundius habent, oblongiore figura: ut μύες πυελώδεις maiores potiùs Musculi quàm minores sint, &c. ¶ Græci hodie Midia uocant, Rondeletius: melius Mydia. Gillius Musculos & Cuniculos Venetijs dictos, à Græcis hodie Mydia nominari tradit.

ITAL. Musculos paruos & rotundos Veneti Conchole uocant, Rondeletius. Videtur & Cuniculi nomen Italicum & Gozonelli, à Conchula fortè detortum.

GALLI Moules. nostri (*circa Monspelium*) N ouscheS de mar.

GERM. F. Mießmuscheln oder Harmuscheln: kleine runde schwartze Müschele.

MYTVLVS,

Bellonius huic persimilem suum Mytulum pingit, cum Cancello intra ualuas apparente: cum nomina & reliquam descriptionem, Mytulo minori conuenientia, ponat.



MYTVLVS, seu Musculus maior, Myax Dioscoridis, à Rondeletio exhibitus.

ITAL. Cum Græcis hominibus eos, quos uulgò Veneti uocant Musculos & Cuniculos, ostenderẽ, dixerunt esse Mydia, hoc est, Musculos, Gillius. Conchas illas quas Rhomboides Rondeletius cognominat, Veneti Mussoli nominant: hoc est, Musculos aut Mytulos sunt enim his satis similes, teste Bellonio. Mutilum Aggregator uulgò Venetijs ait Gozonello dici: quod nomen idem forsitan fuerit cũ Gillij Cuniculo concha. Mexilam LVSITANI uocant.

GALL. Mytulos nostri (*circa Monspeliũ*) Muscles uocant, & Consalmes de mar, ad differentiam fluuiatilium uel palustrium Mytulorum, quibus figura tantùm similes sunt, Rondeletius.

GERMANICVM nomen Muscheln, à Musculo Latinorum factum uideri potest: sed ad cõchas biualues omnes extenditur, quamobrem circumloquemur, ita ut Mytulum siue Musculum maiorem nominemus kleine schwartze Muscheln. minorem uerò Mießmuscheln/ Harmuscheln/ à musco. quoniam, ut scribit Rondeletius, testa eorum ferè semper uel musco uel lanugine obducitur.

ANGLI Muscle non communiter ut nos Concham omnem biualuem, sed propriè & peculiariter paruam hanc nigricantem appellant: & Germani etiam Oceani accolæ Möscheln/ ut audio, priuatim uocant Musculos.

GENERA Concharum duo, quas Veneti uulgò Musculos nominant. alterum musco prorsus hirsutum est. Ea Venetijs mihi olim depicta sunt: & forsan rotundiora pingi debuerant. Massarius Myas, interpretatur Mytulos: quos nunc (inquit) Musculos appellant. Huic proximum genus est, quas Myias (hoc est, Muscas) uocant. differunt à Mytulo rotunditate, minores aliquanto atq; hirtæ, tenuioribus testis.

GERM. Zwey andere gemäl der Meermuscheln/ welcher das ein gar voll mieß ist.

CONCHA Rhomboides, uel Musculus striatus Rondeletij. Hanc (inquit) falsò quidam Balanum uocant: (*Bellonium notat.*) nam nihil similitudinis cũ quernis glandibus habet: neq; in saxorum rimis nascitur, &c. Opinionem etiam eorum qui Spondylum appellant, satis ipse testarum cõnexus refellit. Nullũ equidem apud ueteres nomen eius reperi: quare Musculum striatum rectè dici posse puto, quòd testa sit Musculorum marinorum testæ simili, &c. Concha tota nigricat, rara est, & in alto mari degit.

Balanus non est.

Neq; Spõdylus.

GRAECI uulgò Calagnone uocant.

ITAL. Veneti Mussolo, quasi Mytulum: cui satis similis est.

GALL. Apud nostros (circa Monspelium) nomine caret.

GERMANICE circumscribere licebit: Ein langlechte Streim_muschel/ schwartz: ligt im tieffen meer.

EIVSDEM cum superiore generis hanc quoq; Concham esse putat, Venetijs depictam.

GERM. Ein andere Muscheln art/ der nächst obgesetzten änlich.

PHOLADES Conchæ, φωλάδες Athenæo, apud Hesychiū φωλαίδες. Vidi huiusmodi Conchas (inquit Rondeletius) in portu Veneris. Missum est ad me alio ex litore saxum, cuius partem hîc expresi, in quo nullæ rimæ, nullæ cauernæ, sed foramina tantùm apparebant tam exigua ut uix acum admitterent. Eo igitur ictibus multis confracto, cauitates internæ multæ erant, uario situ & diuersę magnitudinis: in quibus Conchas istas reperi, quas cum saxo depictas exhibeo,
Balani. quarum figuram diutius contemplatus, antiquorum Balanos non esse iudico, sed Pholades. quadrat enim primùm nominis ratio, nam ut φωλάδες dicuntur feræ, quæ in lustris degunt, ἀπὸ τοῦ φωλεύειν, quod latêre significat: ita nihil in marinis rebus reperias, quod penitus in saxo lateat, sicuti Conchæ quas proponimus. Deinde notæ Athenæi (qui solus opinor earum meminit) his proprię sunt. nam uirus olent, & mali succi sunt. Hæc ille. Et alibi de alio quodam genere Conchæ scribens: Conchula (inquit) uaria quædam reperitur frequens, haud procul à Narbone, tota luto obsita, uocaturq́ illis Pholado, quasi φωλάδα dicas. nam Conchæ istæ in luto latentes degunt, sæpius ad pedem unum depressæ, &c. Earum iconem dabimus infrà post Chamas. Bellonius Pholades Patellis congeneres esse putat, nescio qua ratione.

GERMANICE Conchas illas quæ in saxis latitant hîc depictæ, **Steinmuscheln** appellabimus: quæ uerò in luto, inferiùs exhibendas, **Mûrmuscheln.**

DE TELLINIS IN GENERE.

TELLINAE, Τελλῖναι, nomen Græcum retinuerunt Latini. Athenęus tamen à Romanis sua
μύτλος. ætate Tellinam, μύτλον uocatam fuisse scripsit, quo Loco Hermolaus μύτιλον legendum putat, ut Mytilus & Tellina idem sint, Rondeletius. Atqui Hermolaus: Qui Tellinas (inquit) interpretātur in Martiali poëta Mitulos, impropriè locutos arbitror: cū aliud genus esse Mitulos, aliud Tellinas, Dioscoridis authoritate constet. ¶ Aristophanes grammaticus Tellinas dicit Patellis similes esse, eisdemq́ pueros pro cornibus (uide in Tellina altera) uti solitos fuisse: à quibus longè diuersæ Sole clariùs uidentur eæ, quæ uulgò Tellinæ nuncupātur, Gillius. Ego Rondeletij & Bellonij sententiæ subscribo, qui Tellinas faciunt, quas & Galli Narbonenses & Romani etiamnum
Xiphydria. sic uocant. ¶ Tellinæ alio nomine Xiphydria, Ξιφύδρια, (aliâs Sciphydria, Σκιφύδρια) dicuntur a-
Sciphydria. pud Oribasium, nescio quā ob causam. ¶ Sunt qui Tellinas et Crenia, id est, Pectunculos, idem
Pectunculi. esse iudicent, à celeritate crescendi nominatas: ὅτι τάχιστα γίνονται τέλειαι, hoc est, ocyssimè perficiuntur: quod Aristoteles tam Pectunculis quàm Purpuris tribuit commune. anno enim magnitudinem totā implent. Plinius certè medicinas, quę à Dioscoride de Tellinis redduntur, ad uerbum ferè Pectunculis (*quos à Pectinibus distinguit*) adscripsit, Hermolaus. Obseruauit hæc eadem Massarius: & Hippocratem quoque Tellinas à Pectunculis distinguere addit.

Genera duo. ¶ Tellinarum genera duo Diphilus facit. Tellinæ (inquit) in Canopico ostio & sub Nili inunda-
Basilicæ. tionem, abundant: quarum quæ tenuiores sunt, regiæ (βασιλικαί) uocatæ, aluum cient, uentriculo
Fluuiatiles. graues non sunt, præterea bene nutriunt: fluuiatiles autem dulciores sunt. Nos (inquit Rondeletius) in Agathensi sinu differentias duas inuenimus: unam earum quæ minores sunt: alteram earum quæ maiores, & rufi coloris.

GERM. **Ein gar kleine art der Muscheln/mit zwo schalen bedeckt: die sind ein anderen gleych/glatt/starck/ziműlich dick/ringßweyß mit zänlinen/darumb sy fast wol beschliessend mögend Tellmuscheln genānt werden.**

TELLINARUM prima siue minor species Rondeletio, duplici constat testa, utrâq́ simili, læui, ualida & satis spissa, in ambitu serrata: qua de causa ad unguem coniunctæ sunt. ¶ Concharum omniū minima hæc est: & à Romanis Tellina regia uocatur,
Basilica. Bellonius. hinc Basilica Diphili uideri posset: Vide mox in secūda specie.

ſpecie. ¶Romæ circunferuntur puſillæ quædam Conchulæ, quas qui uendunt Tellinas prædicant. Hæ uulgaribus Conchis minores & læuiores ſunt, & candidæ, nec ſtriatæ, Hermolaus.

In arena uiuunt: & niſi priuſquam coquantur diutius in aqua agitentur, ut arenulæ excidāt, ueſcentibus moleſtæ ſunt, Rondeletius.

GRAECI hodie, ut Lesbi incolæ, Chinades uocant, Bellonius.

ITAL. Tellina Venetis, Romanis Tellina regia dicitur: Anconitanis Calcinello, idq́ ad diſcrimen alterius Conchæ, quæ ab ijs Chalcene appellatur, Bellonius. Veneti piſcatores à capparis ſimilitudine Capparoculas (*ſiue Capparolas, Rondelet.*) appellant, Hermolaus.

GALL. Noſtri, ut Romani, Tellinas uocant, Rondeletius. Galli (Normani, Rondeletius) Flion, Bellonius.

GERM. **Das erſt vnd kleiner geſchlecht der Tellmuſcheln/ꝛc. Sůch nächſt hinderſich.**



TELLINARVM genus alterum (inquit Rondeletius) in litore Agathenſi ad oſtium Eraris fluminis inueni, ſuperiori ſimile, niſi quòd teſta ſit maiore, tenuiore, minusq́ ſpiſſa, & ex rubro flaueſcente: parte qua teſtæ colligantur in acutiorem angulum deſinente. Hanc Tellinam eſſe puto, quam βασιλικὴν, id eſt, regiam appellat Diphilus: uel fluuiatilem, quia nō niſi in fluminis oſtio reperi, Rondeletius. Atqui Diphilus, cuius uerba recitauimus, marinas & tenuiores, Baſilicas nominat. Forſan autem regiæ dictæ fuerint, nō ut alia quædam à magnitudine in ſuo genere: ſed quia guſtui gratæ ſint, & mirum in modum expetantur, Bellonio teſte qui Tellinæ regiæ nomen Romæ etiamnum in uſu eſſe ſcribit. ¶Quemadmodū Athenæus ſcribit pueros Lepadibus & Tellinis in os ſumptis ludere, tubæ ſonum imitantes: ita etiam hodie noſtri Tellinæ teſta altera dentibus admota, diductis labris ſonos eoſdem edunt, Rondeletius.

GERM. F. **Die ander art der Tellmuſcheln: hat ein tünnere vnd gälroote ſchalen/ ꝛc.**



TELLINAM Tertij generis eā meritò eſſe dicemus, quæ figurâ ſuperioribus Tellinis tam ſimilis eſt, ut inter Tellinas numerandam eſſe, nemo negare poſsit, his tantùm differt: Colore eſt candido, teſta perſpicua & pellucida, ex additamentis multis conflata, intus læuiſsima. Tenuis eſt admodum, & ambitu magis rotundato.

GERM. F. **Das drit gſchlecht ď Tellmuſcheln/ weyß vnd durchſcheynend/ tüñ vnd etwas ründer vmſich.**

A.

B.

Has Concharum icones Venetijs accepi, quas puto Tellinarum generis eſſe: & magis quidē illam quæ A. literæ ſubijcitur: quamuis eam aliqui pro Conchæ peloridis ſpecie accipiant. Alterā, ſub litera B. Veneti Peuerazam à pipere cognominant.

GERM. **Mich beduncket das auch diſe zwo figurē zů den obgenañten Tellmuſcheln dienend/ ſunderlich die vnder dem bůchſtabē A. Die ander neñet man zů Venedig Peueraza/ das iſt/ Pfeffermüſchele.**

CHAME uel Chama læuis. Χήμη λεία.

Similis hæc eſt (inquit Rondeletius) Conchis læuibus, quæ galades dicuntur: ſed fragilior eſt, cum uel digitorum compreſſu facilè frangatur, quod Conchis & Pectinibus non euenit. Intus & foris candidiſsima eſt.

Chamæ omnes nominatæ ſunt ἀπὸ τοῦ κεχηνέναι, id eſt, ab hiando: unde Gaza hiatulas conuertit: ſed quoniam eodem nomine Channas etiā piſces interpretantur, præſtiterit retinere Græcum.

Chamas eaſdem eſſe cum læuibus Conchis, quæ Galades dicuntur, falſum eſt, nam Ariſtoteles Chamas à Conchis diuerſas ſentit, Rondeletius. At Ariſtotelem aliquis dixerit Conchas à Chamis diſtinxiſſe quidem, ſed ſpecie potius quàm genere: & nihil

prohibere idem nomen tum generi toti, tum speciei sub eo uni attribui: ut inualidum hoc Rondeletij argumentum sit. ¶ Conchas rotundiores esse Chamis solere, neq; hiare, Rondeletius scribit.

ITALI quidam Caparozas uel Caparozolas uocant, Bellonius. Vide inferiùs in Conchula rugata. ¶ In Chamis nominandis (inquit idem) uulgus Gallicum cum Italico conuenit. Siquidem nostri, maiores Chamas, des Flammes: minores uerò, des Flammettes nominant: quòd cum iure incoctę, nō secus ac piper fauces & os inflammare soleant. Italicum uulgus maiores Chamas, Peuerazas, quasi Piperatas, nominat: minores uerò, Peueronos, quòd piper haud tantopere redoleant. (*Rondeletius Conchulas rugatas suas, à Venetis Piueronos dici scribit.*) Sic ille. Et rursus: Chamam piperatam (maiorem) Veneti Beueraza uel Peueraza uocant: Anconitani uerò & Rauennates Chalena uel Chalcena, nomine à Chamula detorto: (*Vide ne potiùs à calce, ut & Calcinella Venetijs.*) Palustris est, & in cœno degit. Minores Biueroni dicuntur: uel quòd ob piperis saporem sitim excitent: uel quòd perpetuò bibant, neq; diu sine aqua seruari possint: atq; in forum allatæ, & aquæ immersæ, geminam atq; oblongam exerant ligulam, ut Cochleæ modo perpetuò sitientes moueri percipiantur. Supra modum fragiles habent testas (*Piperatæ maiores scilicet: nam minores, Pelorides nuncupat: Rondeletius Conchulas rugatas:*) læues ac compressas, non ut aliæ cōchæ orbiculares: tenues adeò, ut transpareant, &c. Has quidem è genere læuium esse scribit: mox autem priuatim de Chama læui agit, eamq; ab Italis Caparozola uocari ait, ut suprà scripsi.

GALL. Flamme: & minor Flammette. Vide proximè in Italicis nominibus.

GERMANICE. F. Pfeffermuscheln/Ghimmuscheln, à uerbo Ghinen quod hiare significat, χαίνειν Græcis. Flammuscheln.

ANGLI, ut audio, Chamam uocant a Clamme. quod nomen uel à Chama ductum uideri potest: uel potiùs à Gallico Flamme.

CHAMA Peloris Rondeletij, χήμη πελωρίς. Pelorides apud Athenæum alicubi nominantur, ueluti genus proprium à Chamis diuersum, & maius, παρὰ τὸ πελώριον, hoc est, ab ipsa magnitudine dictum. idem alibi Pelorias crassarum speciem facit, quas et regias seu basilicas appellat, à magnitudine nimirum. Pelorides quidem non à magnitudine, (ut Grammatici putant, licet Chamis maiores sint) sed à Peloro Sicilię promontorio, ubi optimè proueniant, dictas esse, Archestratus, Pollux & Clemens theologus referunt. Pelorides simpliciter, an Chamas Conchásue Pelorides dicas, parū refert. Pelorias dici non probo. Pelorinas apud Pollucem legimus. Conchæ (inquit) præstant Pelorinæ, unde fortè nomen adeptæ sunt quæ nunc Pelorides uocantur. Quòd si à luto denominatæ essent, ut quidam nuper conijciebat: primā per η, scribi oporteret. Aristoteles author est Conchas, Chamas, Pectines, Vngues, locis arenosis prouenire, non cœnosis.

ITALICVM nomē nō inuenio: ut neq; Gallicū: nisi Conchas Chamásue piperatas maiores, quas Itali uulgò Beuerazas nominant, Galli Flammas, (de quibus plura protulimus in Chama lęui,) Pelorides esse dicamus. Minores enim, quæ uulgò Biueroni dicūtur Italis, Gallis autē Flammettes, Pelorides, (quæ Chamis cæteris maiores prædicantur,) esse nequeunt.

GALLICE. Flammes forsitan. Lege in Italico nomine. Santones (inquit Rondeletius) Conchę strictę & nō hiātis speciē, Palourde: quę uox à Peloride deducta esse uideri potest. sed ea Chama Peloris non est, cū magna non sit, neq; hiet. Sic ille: qui hanc Conchulam rugatam uocauit. Alia est etiā Pelourde à Gallis ad mare mediterraneum dicta, Rondeletio Conchula uaria.

GERM. F. Grosse Flammen/Grosse Chlamuscheln oder Ghimmuscheln.



CHAME

CHAME Glycymeris Rondeletij. γλυκυμερὶς, etſi apud Græcum authorem legere nõ me minerim. Plinius Chamas glycymeridas nominans, addit maiores eſſe quàm Pelorides: tanquam his alioqui cognatæ ſint. Macrobius etiam Pelorides & Glycymerides ſeparatim nominat. Videtur autem Rondeletio Glycymeris dicta à dulcedine, quòd ſapore ſit dulci minusq́; ſalſo quàm reliquæ. Eandem ab Athenæo Peloridem maiorem uocari, putat idem Rondeletius.
Teſta (inquit) ei oblonga, Mytulorum fluuiatilium modo, ſed durior & ſpiſsior, rugoſa, non tamen ob id aſpera, ex albo rufeſcens. ¶ Bellonius Chamam nigram, Glycymeridem facit. Rondeletius eum Concham nigram pro Chama nigra poſuiſſe ait.
GERM. F. Vrklam̃e. Clam̃e enim Anglis Chama aut Peloris eſt. Glycymeris uerò inter Chamas maxima.

CHAMA aſpera. χήμη τραχεῖα. Aſpera à teſtarum externa parte dicta eſt, ob lineas trãſuerſas, obliquas, multas, cauas, eámq́; ob cauſam muſco ſæpe oppletas, Rondeletius. ¶ Chama trachea ualuas eodem modo (inquit Bellonius) quo leuis, tornatas habet: eſtq́; rotunditate penè orbiculari conſtructa. teſta ei aſpera, & Pectinis modo ſtriata eſt. ſed Pecten rectas habet ſtrias: illa uerò tranſuerſas, crebras & profundas. Dura adeò teſta eſt, ut non niſi ualido ictu perfringatur, cum læuium ferè omnium debili digitorum compreſſu aperiri poſsit. Labra in gyrum, Mytulorum more, læuia habet.
GERM. F. Ein rauch geſchlecht der Gimmuſcheln oder Clammen. die übrigen all habend glatte ſchalen.



CHAMA nigra Rondeletio. Aelianus (inquit) Chamas marinas uarias eſſe tradit. nam quædam ipſarũ (inquit) nigerrimæ ſunt; nonnullæ argentei coloris. aliæ utroq́; colore mixto inſignes. ¶ Quidã non rectè Concham nigrã, pro Chama nigra exhibuit.
GERM. F. Ein ſchwartze Gimmuſchel oder Klam̃e.



CONCHA Longa Rondeletij. Duabus magnis (inquit) & longis conſtat teſtis: Chamæ glycymeridi ſimilis eſt, ſed teſtæ multò ſpiſsiores, magis rugatæ, colore uario, in ambitu rubeſcente, in medio albeſcente, intus candido cum læuitate. Calx ex ea conficitur. item è cinere dentifricia optima.
GERM. F. Ein Langmuſcheln.



CONCHA altera longa Rondeletij.
Sunt qui hanc Concham eandem faciant cum Dactylo (id eſt, Digito, uel Aulo, Solene, Donace,) cum Plinius lib. 32. cap. 9. diuerſis locis de his loquatur, ut de diuerſis rebus. Nos hãc Concham longam Plinij eſſe affirmamus, quòd nulla ſit hac longior & ſtrictior, Rondeletius. *Dactylus.*

GALL. Cullier.

GERM. F. Ein andere Langmuscheln/ lenger vnd schmäler dañ kein andere. ein Löffelmuschel.

CONCHVLA uaria Rondeletij. Ad fauces Malgurianas (inquit) capitur frequenter Concha parua, testis spissis & depressis: quæ lineolis multis & admodum uarijs distinctę sunt: Chamę asperæ non ualde dissimilis, sed minùs aspera. Vocant uulgò nostri (GALLI *circa Monspelium*) Pelorde: (*Hoc nomen etiam Conchulæ rugatæ Rondeletij Bellonius tribuit:*) quæ uox etsi Peloridi affinis sit, tamen longè alia est Concha à Chame Peloride: dictamq́ue puto à nostris à luto & sordibus, quas lordes appellant. Reperitur eadem frequens haud procul à Narbone, tota luto obsita, uocaturq́ue illic Pholado, quasi φωλάδα dicas, quæ appellatio aptè cõuenit. nã Conchę istæ in luto latentes degunt, sæpius ad pedem unum depressæ. Quamobrem Pholades Athenæi esse putauerim. Quòd si cui hæc sententia non probetur, easq́ue tantùm Pholades esse uelit, quæ in saxorum cauernulis, non in luto lateant, non ualde repugno.

Peloris. *Pholas.*

GALL. Pelorde, Pholado: ut iam expositum est.

GERM. F. Ein Kaatmuscheln/Mürmuschele. ligt vnder dem kaat oder mür: darauß man sy grabet: mag daruon ein Grebling genẽnt werden.

Pectinis Concha quam priùs expressam habebamus: à Rondeletio quidem exhibita, accuratior elegantiorq́ue est.



Pectunculus. PECTEN. Qui à Græcis κτεὶς uocatur, à Gaza modò Pecten, modò Pectunculus conuertitur. Sed Pectunculi à Pectinibus differunt: et Plinius manifestè disiungens, uidetur Pectunculos pro Tellinis usurpasse. Ex Athenæo liquet Pectinem duabus constare conchis striatis, & utraque parte auritum esse: id quod non huic tantùm speciei, sed alteri etiam conuenit. Pectinũ genus striatum, id est, pectinatim diuisum, à rugis illis siue imbricaturis, nuncupatur, Gillius. Magno in errore uersatur Albertus & recentiores, qui Pectines pro Passeribus (id est, planis piscibus illis quos uulgus nostrum Platessas nuncupat) accipiunt. Pectinis testæ non semper eiusdem sunt coloris. quædam enim rubescunt, quædam albicant, aliæ nigricant, Rondeletius. hinc succi etiam saporisq́ue differentiæ habentur.

Colores.

ITAL. Cape sante.

GALLICE Circa Monspelium Larges Coquilles uocantur: alibi Coquilles de saint Iacques, Rondeletius. Pectinum generis quidam arbitrantur eas esse, quas uulgò appellãt Conchas S. Iacobi: sed aliæ Oceani littoribus Gallicis cognitæ habentur, Gillius. Author Pandectarũ medicinalium, Venereas interpretatur Cochleas quæ afferuntur à S. Iacobo. uerùm hæ Porcellanæ sunt, &c.

Venereæ.

GERM. ANGL. Germani Conchas biualues omnes generali uocabulo uocant Muscheln/Moscheln: Pectines uerò priuatim diui Iacobi Conchas, Jacobs muscheln. Angli uerò Muskels peculiariter nominant Conchulas illas, quas Bellonius Mytulos: Pectinem autem a Scalop. Eosdem audio Pectinum genus quoddam aculeatum appellare a Fryll: & similiter e Cancrorum genere Maiam, testa aculeata. ¶ Pectinum in Anglia (inquit Turnerus) summa genera duo habemus: quorum maius uocatur a Scallop. minus uerò nominatur prope Portlandiam a Cock, à forma gallinacei capitis quam piscis apertus exhibet. Sub hoc genere continetur Pectunculus ille per omnia littora frequens, Cockle, id est, gallulus per totam Angliam dictus. Concha quam pro Pectunculo Bellonius ostendit, non per omnia Pectunculi nomen meretur quod

quod ſtrigiles & ſtrias non rectas Pectinis more, ſed tranſuerſas habeat. A pectunculorum tamen generibus non omnino ſeparo.



PECTEN alter: quem cum ſuperiore eundem planè eſſe, facilè exiſtimabit is, qui non diligentiùs circumſpexerit: ſed reuera differt, nam latiores & ampliores aures habet: eſtq́ toto corpore longiore ſtrictioreq́ quàm ſuperior. Prætereà hic teſtam utranq́, Pectunculorum Burdegalenſiũ modo, cõcauam habet: ſuperior alteram duntaxat concauam, alteram planam. hic ſtrias ſimplices, prior ſingulas ternis aut quaternis lineis à ſummo ad imum ductis ornatas, Rondeletius.

ITAL. Romiam uocant, quòd qui è Compoſtella redeunt (quos etiam Romious lingua noſtra uocamus) Pectines huiuſmodi multos pileis affixos geſtant, Rondeletius.

GERM. Ein ander geſchlecht der Jacobs muſcheln.

ANGLICE A Cok, lege ſuperiùs in Pectine primo.

Nomina quidem eadem Bellonius Pectunculo ſuo attribuit, quæ Rõdeletius ſuo, ſed picturæ ſunt diuerſæ: Rondeletij ab una parte aurita, Pectini ſimilior. Bellonij, neutra: capite teſtæ ita ferè ſe colligẽte, ut in Tellinis & Chamis. Eam omiſimus.

Alia Pectunculi icon, ſiue eiuſdem, ſiue cognatæ ſpeciei. quam unde ſim nactus, non ſatis memini.

PECTVNCVLI rectè dici poſſe mihi uidẽtur Pectines exigui, qui in ſinu Aquitanico & in Normania frequenter capiuntur. Hi Concham ſtriatam habent, utrãq́ cauam, aculeis aliquot paruis armatam. altera duntaxat parte auriti ſunt, aliquando dextra, aliquando ſiniſtra. Horum alij candidi ſunt, alij rubeſcunt, Rondeletius. ¶ Trallianus Κτένια diminutiuo nomine appellans, ipſos ſimpliciter Ctenas, id eſt, Pectines intelligere uidetur. ¶ Contra eos qui Pectunculos cum Tellinis confundunt, dictum eſt ſuprà in Tellinis.

ITAL. Romæ Gongole, quaſi Conchulæ uocantur. ſunt enim ſemper parui, præſertim in Mediterraneo mari, in Aquitanico litore maiores, Rondeletius.

GALL. Vulgò Petoncles uocantur, in Normania Hannons, Rondeletius. Pariſienſes & Rothomagenſes Petoncles uel Hannons appellant, Bellonius. Aliqui Coquilles de ſaint Iacques, (ſicut & Pectines ſimpliciter,) Rondeletius.

ANGLICE Cochle, Bellonius. Meliùs Cockle, id eſt, Gallulus. lege ſuprà in Pectine primo.

GERMANICE nominemus licet, Kleine Jacobs muſchel/oder S. Michels muſchel.

CONCHA Corallina à Rondeletio cognominata. Conchæ pictorum (inquit) ſimilis hæc eſt colore. rubra enim eſt, corallũ planè imitata, unde Corallinam nominauimus. at figura pectinem refert, niſi quòd ſtriata non eſt, &c.

GERM. F. Ein roote Muſchel oder Corallmuſchel.



CONCHA uulgò Mater unionum dicta. Pulcherrima Concha & margaritifera (inquit Rõdeletius) lingua Indica Berberi dicta fuit. à Gallis Nacre de perles, pro Matre perlarũ: (nos enim Perlas uocamus, quas Græci Margaritas, Latini Vniones:) quòd frequentiores & meliores uniones in his, quã in alijs Conchis uel Oſtreis inueniantur. Figura Pectines æmulatur. ¶ Vide quædam annotata inferiùs cum Concha Echinata.

Indorum gentes de Hercule affirmant, (inquit Arrianus in libro de rebus Indicis) quòd cum *Cinædus.* mare & terram undiq; peragrasset, in mari inuenerit Cinædum (Κίναιδον. *Facius interpres Margaritam uertit: sed Indi fortè Margaritam, Cinædum uocant, ut ex sequentibus colligimus*) ornatum muliebrem, margaritam scilicet è mari, quam Indorũ lingua sic nominat, &c. Et nihil sanè prohibet, Concham quidem Berberi ab Indis uocari, unionem uerò Cinædum ab ijsdem.

GALL. Nacre de perles, ut dictum est.

GERMAN. **Ein Perlemůter/Perlemuschel.**

MARGARITA quanquam in Conchis diuersis reperiatur, hoc potissimùm loco mentionem eius faciendam existimaui, quòd in proximè exhibita Concha frequentiores melioresq; gi- *Quid sit.* gni soleant. Margarita igitur alia partus est suæ Conchæ, iuxta Plinium, alia abortus. sed hoc Rondeletius refutat: & neque osiculum, neque partem aliquam Conchæ, uel quasi nucleum, uel excrementum, uel morbum, Margaritam esse docet: sed in ostrei (margaritiferi) carne Vnionem *Figura, &c.* ita gigni, ut in Suibus grandinem, in renibus calculum. ¶ Pro figura & alijs differentijs, nomina diuersa sortitur: ut sunt, Tympanum, Elenchus, Crocalium, Physema. Margarita à Græcis & Barbaris appellatur. μαργαρίτης ὁ. μάργαρος uel μάργαρον, ἡ μαργαρῖτις λίθος. A Latinis plerunq; Mar- *Lapillus.* garita fœminino genere profertur, rarò Margaritum neutro. Comprehenditur & lapilli nomine, *Vnio.* & lapillus quandoq; per excellentiam uocatur. Item unio Latinis: non quòd in unica tantùm concha, uel nunquam duo simul reperiantur, (falsa enim hæc sunt:) sed quòd nulli duo indiscreti, qui non inuicẽ differant, magnitudine, figura, orbe, lęuore, pondere, candore: aut fortè quòd nunquam concreti cohæreant. Inueniuntur autem in Conchis tantùm: & falluntur Aegyptij, qui Or- *In quib. Conchis gignatur* bem piscem rore concepto uniones parere aiunt. Ex conchis quidem uado infixis, Pinna solùm margaritifera est: ex cæteris diuersæ, biualues præsertim: Vt sunt, Concha rugata, Concha echinata: Concha Berberi dicta Indicè, Pectini altera aure similis, Concha similis ostreæ: & alia Pinnæ similis, alia Strombo: Mys seu Mitulus tum in mari, tũ alicubi in dulcibus aquis: Cochlea quidem quædam margaritifera uulgò dicta est ab unionum colore, nõ quòd eos ferat. nec scio an ulla non *Cinædus.* biualuium ferat: quanquam in Muricis genere quodam ad Orientem gigni audiui. ¶ Vnio Indica lingua Cinædus dicitur apud Arrianum: in Paria & Curiana regionibus Noui orbis Teno- *Eceola.* ras. ¶ Conchas Margaritiferas aiunt noctu litora appetere, & ex cœlesti rore margaritam concipere, unde & Eceolæ nominentur, Isidorus. uidetur autem fictum hoc nomen quasi è cœlo à sua concha concipiantur. apud alium quidem scriptorem hactenus nullum id reperi.

GRAECIS hodie μαργαριτάρη.

ITAL. Perla uel Perna.

GALLIS, GERMANIS ET ANGLIS Perle. Concham ipsam Margaritiferam, si de genere biualuium sit, Germanicè uocabimus **Perlemuschel**: sin Cochlearum generis, **Perleschneck**: qualis est Cochlea margaritifera uulgò dicta: quam tamen uniones ferre Rondeletius negat, in biualuibus tantùm gigni asserens. Aelianus uerò in India Margaritiferas Conchas magnis Strombis similes faci.



CONCHA Imbricata Rondeletij. Concha (inquit) hæc est distinctione testæ imbricatim undata, ut loquitur Plinius, ad undarum sese attollentium similitudinem, ita ut distinctiones aliæ alijs insideant imbricum modo. A Græcorũ uulgo Aganon uocari audio, & à Caloieris Arabiæ (id est, Cœnobitis qui illic sunt) Tridacna, (*ut annotauit Bellonius.*) Verum Tridacna, quorum meminit Plinius, esse non possunt. Sic enim ille quum de ostreis loquitur: In Indico mari Alexandri rerum authores pedalia inueniri prodiderunt. Nec non inter nos nepotis cuiusdã nomenclator Tridacna appellauit: tantæ amplitudinis intelligi cupiens, ut ter mordenda essent. Hæc Rondeletius, tanquam Plinius Tridacna Indica ostrea esse dixerit: quod non dixit: sed ita de Tridac-

nis tan-

nis tanquam de altero genere quod in Italia etiam reperiatur, loquutus eſt. quoniam, inter nos, inquit, &c.

GERM. Ein groſſe art der Oſtern oder Muſcheln im meer/ ſunderlich im Rooten meer: da ſy die münchen Tridacna nennend/das iſt Trymümpfelig.



CONCHAM echinatam (inquit Rondeletius) ab aſperitate uocamus, ſicut aculeatam ab aculeis uocare poſſumus. In hac uniones reperiri teſtatur Plinius. Nam & Iuba tradit Arabicis (*margaritis*) Concham eſſe ſimilem Pectini inſecto, hirſutã echinorum modo: ipſum unionem in carne ipſa eſſe grandini ſimilẽ. ¶ De hac Aelianus ſentire uideri poteſt lib. De animal. 10. c. 10. ſcribẽs in Mari rubro Conchas quaſdã naſci, quarũ teſtæ ſecturas quaſdã, et cauitates et labra acuta habeãt, quę cũ coeũt inter ſe ſic, alterno incurſu cõiungantur, ut tanquã duarũ ſerrarũ coeũtiũ dentes uideantur inter ſe conuenire: unde fit ut piſcatoris natantis quancunqꝫ partẽ, etiamſi ſub eã os ſubeſt, mordicus apprehenderint, amputent. ¶ Ego in Plinij uerbis Pectini inſecto, interpretor, non ſecto, non cęlato. οὐ διέγλυπται γὰρ, ἀλλὰ λεῖον τὸ ὄστρακον ἔχει, inquit Androſthenes, καὶ δασύ. addit & unionem in carne ipſa eſſe grandini ſimilem. Vnde de eadem Concha eos (Plinium & Androſthenem) loqui apparet: non, ut Rondeletius putauit, diuerſa. Fortaſsis autem eadem teſta & læuis dici poteſt, quod ad ſuperficiem: & hirſuta, propter enaſcentem materiam. Androſthenes apud Athenæum Berberi nominat hoc oſtreum: id Rondeletius ad matrem perlarum uulgò dictam refert: & δασὺ, ſpiſſum interpretatur. Ego rem in medio diligentiùs æſtimandam relinquo. ¶ Hæc eadem fortè fuerit Concha illa aſpera, Κριὸς, id eſt, Aries ab Athenienſibus dicta: Corycus uerò à Macedonibus, à figura nimirũ ferè globoſa: ut Aries ab aſperitate aculeorũ, qui ceu cornicula prominent, Κόγχη τραχεῖα. Meminerunt Athenæus & Heſychius.

GERM. F. Ein rauche Muſcheln art/ein Stahelmuſcheln.

CONCHAE echinatæ Rondeletij ſpeciem aliam ſimilem, quam Venetijs olim accepi, (nõ puto tamẽ in Adriatico aut Mediterraneo inueniri, ſed orientali Oceano, adiungere uolui. Teſtæ utræqꝫ figura tũ foris, tũ cauitate interna, quę caput uerſus recurua eſt, inuicẽ ſimiles ſunt. hoc pulchrũ in eis, tribus in ſummitate articulis ginglymo iunguntur, ita ut eminentes utrinqꝫ mucrones, mutua inſertione, uterqꝫ in oppoſitæ teſtæ acetabula, cohæreant.

GERMAN. F. Ein andere Stahelmuſcheln.

Angli Pectinum genus quoddam aculeatum appellant a Fryll: ut & Maiam in Cancrorum genere, teſta aculeata.





CONCHA ſtriata prima Rondeletij.
ITAL. Capa tonda, à rotunditate.
GALL. Communi nomine Coquille.
GERM. F. Ein Streym, muſcheln/ mit übertwären linien. ein runde Muſcheln.



CONCHA ſtriata altera Rondeletij, ſimilis priori: niſi quòd illa aliquot lineas tantùm à latere ad latus per ſtriarum tranſuerſum ductas habet. hæc non lineas ſimplices, ſed uirgas latas ſicuti faſcias per tranſuerſum ductas habet. eſt etiam rufa: unde Concha ſtriata, faſciata, & rufa dici poteſt.

GERM. Ein andere Streym⸗muſcheln/mit übertwären breitlachten gleych als bendlen. iſt von farb rotlacht.

CONCHA ſtriata tertia Rondeletij. Hæc (inquit) cæteris longior eſt, oui figura: teſtis multùm cauis, canaliculis parum profundis, aliquot lineis per tranſuerſum ductis.

GERM. Sas drit geſchlecht der Streym⸗muſcheln.





CONCHIS ſtriatis Rondeletij ſubieci ſpeciem illam, quã Venetijs rotundæ nomine pictam ac.cpi. Rondeletius primam è tribus ſtriatis ſuis rotundam uocat.

GERM. Widerumb ein Streym⸗muſchel/ hat vilicht kein vnderſcheid von der vorgeſetzten erſten oder andern.

IN ſtagnis quoq; marinis reperiuntur Conchæ nonnullę, & Cochleæ: ea maximè rotunda & ſtriata, quam hîc expreſsimus, Rondeletius. atqui poſitas ab eo figuras duas Concharum, non Cochlearum generis eſſe apparet, ut in uerbis eius ſic legendum conijciam: In ſtagnis quoque marinis reperiuntur Cochleæ nonnullæ, & Conchæ, &c.

GERM. Seemuſcheln/wie die iñ geſaltznen ſehen bey dem meer gefunden werden.

CONCHA Craſſæ teſtæ, & Conchulæ uariæ Rondeletij. A Galade & Chama aſpera (inquit) hæc Concha craſsitudine tantùm teſtarum differt. Hæ lineis aliquot à latere ductis diſtinctæ ſunt, nihilominus tamẽ læues ſunt.

GERM. Ein art der Glattmuſcheln/ den nächſtgenañten gleych/aber von ſchalen dicker.



CONCHA

CONCHA Faſciata à Rondeletio dicta. Superiori Galadi ſcilicet, (inquit) ſimilis eſt Concha hæc, niſi quòd paulò latior eſt, quod læuibus uidetur peculiare. Præterea quinque ueluti faſcias latas à latere ad latus ductas habet, ijs ſimiles quibus puellæ noſtræ capillum redimire ſolent: quas Vettes appellant, id eſt, Vittas.

GALL. Coquille Vettade, id eſt, Concha faſciata.

GERM. F. **Ein glatte Bendelmuſchel.** ¶ Huic ſimilem planè adiungimus, quam ob id peculiariter non depinximus. differt tantùm lineis purpuraſcentibus, quas per tranſuerſum ductas habet à ſummo ad imum, alias partim flaueſcentes, partim albas, intus tota uiolacea eſt.

CONCHA galas, & Concha nigra Rondeletij. Conchæ galades (γαλάδες, inquit) Latinum nomē nullum inuenerunt, has inter lęues numerat Ariſtoteles. Dictę autem fortaſsis galades fuerint à lacteo colore. ſunt enim candidiſsimæ, maximæ, & læuiſsimæ. Nonnullæ parum purpuraſcentes, quædam flaueſcentes reperiuntur: ſed intus omnes candidiſsimæ ſunt.

His Conchas nigras opponimus, quas propria pictura nō egere exiſtimauimus, quòd ſuperioribus planè ſimiles ſint, niſi quòd intus & foris nigricant.

Bellonius Galades eſſe putat illas quæ alio nomine Chamæ læues dicuntur.

GERM. **Ein art der Glattmuſcheln/von farben an der ſchalen ſchön weyß: doch findt man auch roſenfarb/vnd gälblacht: ſind doch all iñwendig gar weyß. Aber die ſchwartzē von diſem gſchlecht ſind innen vnd vſſen ſchwartz.**

CONCHA rugata Rondeletij. Magna hæc Concha (inquit) & lineis multis & elatis per tranſuerſum ductis ualde rugata eſt: teſtis ualde ſpiſsis, intus læuib. & ſplēdoris argentei, per ginglymum & ueluti dētes articulatim coëuntes articulatur. Teſtæ ob ſpiſsitudinem in laminas et fruſta diſſecantur: ex quibus ſphærulæ precum conficiuntur, & dentiſcalpia, quemadmodum ex uulgò dicta matre Perlarum, ſed nō adeò ſplendida. In hac Concha uniones reperiri non dubito. Vide etiam ſequentem iconem.

GERM. F. **Ein Runtzelmuſcheln / mit vil überzwären hohen liniē oder ſtreymen. Haltet vilicht auch Perle. Liß weyter bey der nachuolgenden figur.**

CONCHAE rugatæ Rondeletij similis est, aut eadem fortè hæc, quã Venetijs olim Matrem Perlarum nominari audiui: hac ferè ualuarum alteriùs magnitudine specieq́.

GERM. Ein andere contrafactur einer schalen von der yetz genañten Runtzelmuscheln/ oder doch jren gar änlich: wirt von etlichen auch Perlemůter geneñt. Auß der polierte schalen macht man Pater noster ringle/zängrübel/vnnd andere schöne arbeit: doch nit so schön als von der rechten Perlemůter.



CONCHVLA rugata Rondeletij. Non ab imo ad summum (inquit) lineas ductas habet hæc Conchula, sed à latere ad latus multas ueluti rugas sparsim & sine ordine. Testę non sunt tumidæ & in dorsum elatę, quemadmodum striatæ omnes, sed depressæ: colore uario. sunt enim ex albo cinereæ, & ad liuidum accedentes. Labra testarum crassa sunt: & tam arctè connexa, ut sine ui non aperiantur, faciliusq́ rumpantur testæ, quàm patefiant, quod à Chamarum natura prorsus alienũ est, quarum testæ hiant. Vnde eos errare constat, (*Bellonium notat,*) qui hanc Conchulam pro Chama peloride exhibent.

ITAL. Veneti Biueronos uocant, uel Piueronos. Genuenses, Arsellas. Anconitani, Rauennates & Ariminenses, Pouerazos, quasi Pauperculos nominant, quòd illic nimiũ populares pauperibusq́ offerri solitæ sint. (Aliæ quidem sunt Beueraze uel Calcinellæ, uulgò Italis dictæ Conchæ, forma compreßiore, testa translucida, &c.) Alibi in Italia Caperozoe dicuntur, à colore nimirum, quòd ex rubro subfuluę sint, inquit Bellonius. idem tamen Chamam læuem quoq; Caporozolam uulgò dici, alibi scribit. Quæ quidem Venetijs Cappæ rozæ, uel rozzolæ uulgò dicuntur, ab eruditis quibusdam illic Pelorides existimantur: & à Græcorum uulgò hodie ὀρυκτὰ dicũtur, hoc est, fossiles. nam in fundo seu limo maris à fodientibus eruuntur. testam earum læuem & albidam esse puto.

HISPANI Armillas nominant.

GALLICE. Regias aut Basilicas Chamas Galli Pelourdes, ad Peloridum uocem accedentes, dixerũt. (*Rondeletius Conchulam uariam suam Gallicè Pelourde nominat, & è luto erui scribit, &c.*) A luto autem, è quo tum manibus tum retibus euerruntur, nomen habent. πηλὸς enim lutum est. (*Reprehendit hanc etymologiam Rondeletius.*) alij dictas à Peloro monte Siciliæ uolunt, Bellonius. Idem & Rondeletius Conchulas hasce Maßiliæ Clonissas uocari tradunt.

GERMAN. F. Ein andere vnd kleinere art der Runtzelmuscheln. Minder Klamen/ klein Flammuscheln. Quære in Concha Peloride.

Hæc quoque aut Conchulæ rugatæ Rondeletij eadem est, aut planè similis.

GERMAN. Ein andere contrafactur der nächstgesetzten Muscheln/oder doch der selben gantz änlich.

CONCHA Pictorum Rondeletij. Hac (inquit) pictores utebantur, non in diluendis aut asseruandis coloribus, ad quam rem pictores hodie Musculorum testis utuntur: sed ut colorem de superficie testæ abraderent. sic enim Aristoteles Historiæ 5.15. Concha quæ pictoribus utilis est, craßitudine plurimùm excedit, & florem illum non intra testam, sed foris habet. reperitur id genus maximè circa Cariam. Cum hac descriptione (inquit Rondeletius) Concha hæc conuenit: testis spißis, intus læuibus, foris inæqualibus & asperis, Ciñabaris aut sandarachæ colore, figura spondylorum aut minorum ostreorum.

GERM. F. Ein Malermuscheln. dañ sy im brauch was bey den malern/welche die schön root farb von der schalen außwendig abschabtend.

PINNA

PINNA magna Rondeletij. Conchæ (inquit) biualues ſunt Pinnæ & Pernæ, à Mytulorum figura non multùm alienæ. Cancri etiam (parui) in his naſcuntur (Pinnoteræ ſeu Pinnophylaces dicti) de quibus ſuprà ſcripſimus. Pinnam Latini uocant, ſeruata Græcorum appellatione, à quibus πίννη (rariùs etiam πίννα, ut Iſidoro apud Athenæũ) dicitur, fortaſſe à ſordibus, quibus ſemper obducta eſt: πῖνος enim ſordes ſignificat, ut ſcribit Varinus, Rondeletius. πηνίον quidem etiam filum Græcis ſignificat. ſunt autem fila quædã Pinnis adnata, uilli alicuius ſeu byſsi inſtar. unde & à Genuenſibus Pinna lana uocatur. ¶ Concha Aegyptia paralios cognomine, quam & Pinnam uocat Democritus, Hermolaus. ¶ Aliquando ad cubiti magnitudinem accedit: in noſtro litore pedales ſunt. Mytulis quodammodo ſimilis eſt, niſi quòd ſtrictiorem partem multò magis acutam & longam habet: quoniam in arena uel cœno, affixa uiuit. ubi byſſo ſua proximis corporibus, ut firmiùs ſubrecta ſemper ſtet, alligatur. Intus multum eſt carnis, cuius omnes ferè partes indiſcretæ ſunt, ueluti in Mytulis. Pinnarum byſſus (quæ molliſsima & delicatiſsima lana eſt) à Mytulorũ byſſo tã differt, quã ſtuppa cañabina à tenuiſſimo & delicatiſſimo ſerico. eius magnitudo Pinnarũ magnitudini reſpondet. in maximis enim pedẽ unũ longus eſt. Teſtę Pinnarũ omniũ eãdẽ cũ Mytulorum teſtis facultatem habent, Rondeletius. ¶ In Pinnis uniones reperiuntur in Acarnania, authore Plinio, ſed non laudati. *Pinn.* Eſt inter fluuiatiles Concha quædam oblonga: quam Bellonius apud me cum uidiſſet, Pinnam fluuiatilem appellandam cenſebat, quòd & erecta ſtare, & margaritas continere ſoleat.

GRAECI Pinnas uulgari nomenclatura, antiquæ ferè perſimili nuncupant, Gillius.

ITAL. A Genuenſibus Pinna lana uocatur, ob byſſum, à Venetis Aſtura (*Naſtura, Maſſarius*) nomine communi alijs multis conchis, Rondeletius. Pinnam Neapolitani Pernam appellant, Siculi Lanam pinnulam, Gillius.

GALL. Maſsiliæ Nacre, Rondeletio teſte: qui aliam quoq; Concham ſuperiùs exhibitã, Pectini ſimiliorem, à Gallis Nacre de perles, pro Matre perlarum uocari tradit.

GERMAN. F. Ein Steckmuſchel, quòd acutior eius pars fundo infixa ſit. uel Hammemuſchel, à ſimilitudine pernæ, uel circunloquor, Ein Perlemuſcheln art. ein groſſe Hammemuſchel. In Oceano fortè rara, aut nulla eſt, præſertim noſtro. Lutetiæ quidem nunquam haberi Bellonius refert.

PINNA altera, quæ priuatim Perna dicitur: cuius meminit Plinius libro 32. capite ultimo, in- *Pernæ* ter ea quæ à nullo authore nominata ſcribit. Pernæ (inquit) Concharum generis, circa Pontias inſulas frequentiſsimæ, ſtant uelut ſuillo crure (*unde & nomen acceperunt*) longo, in arena defixę,

hiantesq́ qua limpitudo eſt, pedali non minùs ſpacio cibũ uenantur. dentes in circuitu marginum habent, pectinatim ſpiſſatos. Intus pro ſpondylo (*ſic uocat callum ſeu carnem duriorem & interiorem oſtreorum, quã alij τράχηλον*) grandis caro eſt. ¶ De his ſenſiſſe uideri poteſt Theophraſtus, in libro de Lapidibus ſcribens: Margaritas generat oſtreum Pinnis ſimile, (*Athenæus hunc locum citans, addit, ſed minus,*) tam magnas, quàm eſt magnus piſcis oculus. ¶ Pinna hæc parua (inquit Rondeletius) in mari noſtro reperitur, & in ea uniones parui. ¶ Bellonius Pernam facit Pinnam maiorem: Rondeletius, minorem, cui aſſentior. Græcum peculiare eius nomen non inuenio, nam πίννη & πίννης εἶδος communius eſt. dici autem poterit πέρνα, eâdem ratione qua Perna Latinè. Plura lege mox in Pinna altera.

ITAL. Pinnam Neapolitani Pernam appellant, Gillius. quærendum autem, totúm ne genus Pinnarum, an ſpeciem priuatim unã ſic nuncupent.

GERM. F. **Ein Hamemuſchel. ein art der Steckmuſcheln oder Perlemuſcheln.**

Pinna minor.

Pinnæ maioris, ut uidetur, alia pictura.



Perna.

PINNA parua Rondeletij. Concha hæc (inquit) & figura, & uictus ratione, & byſſo Pinnę ſpecies eſt: magnitudine differt, & eo quòd antequam ex acuta & ſtricta parte in amplitudinem extendatur, excauata eſt. ¶ Pinna minor Venetijs non uiſitur, in Propontidis ſinu illo qui Nicomediam fertur, frequens, Bellonius. Hanc Pinnæ ſpeciem, ne quis cũ Perna confundat, quæ & ipſa Pinna quædam minor eſt, cauendum. differentiæ quidem gratia, hanc ſimpliciter Pinnam minorem, aut Pinnam minorem læuem: Pernam uerò pectinatam cognominare licebit. Pectinũ enim ſpeciem propoſita à Rondeletio icon præ ſe fert; & dẽtes in circuitu marginum pectinatim ſpiſſatos eſſe Pernis Plinius author eſt.

GERM. F. **Ein andere kleine art der Hammemuſcheln oder Steckmuſcheln/glatt an den ſchalen/nit gehölt oder känelet wie die nächſtgemelt.**

BELLONII Pinnam minorem, neſcio quam ex tribus Rondeletij Pinnis eſſe dicam: uidetur enim ab omnibus differre. Icon quam exhibet, ad Pinnam magnam Rondeletij accedit: niſi quòd in ſumma concha, qua latiſsima eſt, paruus quidam circulus conſpicitur, quem alius paulò maior ambit: & ab eadem parte ad imum lineę aliquot rectæ deſcendũt. per media uerò linearum interſtitia, multi exigui circuli, o. uocalis qua ſcribi ſolet circunferẽtia paulò maiori, deinceps per interualla digeruntur. Huic picturæ ego ſimilem ferè à Cor. Sittardo olim miſſam, hîc exhibeo.

GERM **Ein ander gemål der erſten oder groſſen Hammemuſchel/als mich beduncket.**

DE VN-

DE VNGVIBVS IN GENERE ET priuatim de mare.

Solen mas Rondeletij.



VNGVES inter Conchylia à Varrone numerantur: quos Plinius semper Græcis uocabulis nominat. Hæc enim eius uerba sunt, lib. 32. Solen, siue Aulos, siue Donax, siue Onyx, siue Dactylus. at lib. 22. sexu distinguit, his uerbis: Purgatur uesica & Pectinum cibo, (*Rondeletius probè addit*, & Solenum, *idq́ Athenæi testimonio confirmat.*) Ex his mares alij Donacas, alij Aulos uocant, fœminas Onychas. Vrinam mares mouent: dulciores fœminæ sunt, & unicolores. Græci sexu quidem distinguunt, non uerò nominibus, ut Diphilus apud Athenæum: οἱ δὲ Σωλῆνες μὲν πρὸς τινῶν καλούμενοι· πρὸς τινῶν δὲ Αὐλοὶ, καὶ Δόνακες, καὶ Ὄνυχες, πολύχυλοι, καὶ κακόχυλοι, κολλώδεις· ὧν οἱ μὲν ἄῤῥενες αὐτῶν ῥαβδωτοί εἰσιν, &c. Videntur autem pleraq; hæc nomina, à figura præcipuè facta, quæ oblonga, teres & caua his Conchylijs est. Solen quidem Græcis propriè significat fistulam, tubum, canalem, imbricem. aulos, fistulam siue tibiam. dónax est harundo (quæ & Cypria cognominatur Dioscoridi) παρὰ τὸ δονεῖσθαι dicta, quòd facilè uentis commoueatur. refert autem hæc Concha arundinis internodium. Dactyli, authore Plinio, ab humanorum unguium similitudine appellantur: melius autem dixisset, digitorum. digitos enim referunt figura, plerunq; & longitudine, (quanquam & longiores inueniantur, interdum dodrantales,) & crassitudine. Ab humanorum tamen unguium similitudine ut Græci Onyches, sic Latinè Vngues dicuntur. partes enim extremæ præcipuè, tenuitate (læuitate) & figura unguibus similes sunt: uel à testæ colore & substantia unguibus nostris non dissimili. Longè uerò alius est Vnguis odoratus, Conchylij Purpuræ'ue operculum. Gaza ex Aristotele modò Vngues, modò digitos interpretatur. ¶ Differt ab hac Cōcha lōga Plinij, ut Rondeletius docet: quanquam & Solenes μακραὶ κόγχαι à Sophrone dicātur, & μακροκόγχυλοι ab Epicharmo cognominentur. ¶ Solen ex Concharum longarum genere (inquit Rondeletius) duplici testa constat, altera tantùm parte colligata nigro uinculo, (etiamsi aliter scribat Aristoteles Historię lib. 4. cap. 4.) ab altera uerò parte soluta, ita ut nullum uinculi aut articulationis ullius uestigium cernatur. Extrema duo semper aperta sunt: anteriore caput exerunt & retrahunt Testudinis ritu. Testa cæruleo est colore, lineis euidentibus per transuersum ductis. Aqua & arena uiuunt. ¶ Vitam fœminæ in arena traducunt: mares in eo lapidis genere, quem Glastrum uocant, nec unquam alibi uisuntur, Bellonius. ¶ Dactylis natura in tenebris, remoto lumine, alio fulgore clarere: & quanto magis humorem habeant, lucere in ore mandentium: lucere in manibus atq; in solo, atq; ueste, decidentibus guttis, Plinius. ¶ Vnguium alij mares, alij fœminæ dicuntur, Plinio & Diphilo: quanquā nō procreant, ut quæ propriè sexu distinguuntur: sed (sicuti & aliæ quædam Conchæ) locis arenosis sponte proueniunt.

Solen. Aulos. Donax. Dactylus. Onyches. Concha lōga. Sexus.

GRAECI etiamnunc Solēnas appellant, Gillius & Massarius.

ITALI (ut Veneti) Cappas, id est, Conchas longas. Apuli Imbrices à similitudine. Puto & Dottoli nomē (à Greco Dactyli) alicubi in Italia usurpari. [Gillius Balanos mar. à Venetis non rectè Dactylos uocari scribit.] Genus id Concharū, quod à nostris Spoletta uocatur, aliqui Spōdylos, alij Dactylos mar. esse uolunt, &c. Brasauolus. Spoletta quidem uocabulum, accedit ad Germanicum Spůlen, quod cannam uel arundinem significat. ¶ Duo earum discrimina uulgo Veneto agnoscuntur: quorum alterum Capa da ferro, alterum Capa da deo uel da detto (quòd ex sua theca solo digito sine ferro exími posit) cognominat, Bellonius.

GALLI des Cousteaux (uel Couteaux) quòd cultri manubrium referant.

ANGLI Pirot, uel Pitot. sed Io. Fauconerus aliud Anglicum nomen indicauit, an Hagfysh. A Vuallis in Anglia Thymbi uocari audio.

GERM. F. Nagel/Finger/Känel/Spüle/Heffte/uel Nagelschale/Fingerschale/Lãgschale: uel Nagelmuscheln/das mãnle/ꝛc.

Solen fœmina Rondeletij.



X

Alia Solenis icon, Venetijs olim nobis depicta.



SOLEN fœmina Rondeletij. Onychas (inquit) appellat Plinius Solenes fœminas: quæ colore, sapore, magnitudine à maribus differunt, in alijs omnibus similes. Testa lineis cæruleis distincta nō est, ob id à Plinio unicolor dicitur. Caro dulcior est. maribus minores esse solent. Plura lege supra in mare.

VVLGARIA diuersarum gentium nomina, eadem huic, quæ mari, attribui poterunt, aliquo (si uidebitur) differentiæ nomine adiecto.

GERM. F. Nagelmuscheln das weyble/rc. ist kleiner dann das obgemalt männle/vnnd süsser/rc.

DE CONCHIS TVRBINATIS IN GENERE.

TVRBO propriè dicitur figura quæ ex amplo & lato paulatim in mucronē desinit, ut de Buccina scribit Ouidius: caua buccina sumitur illi Tortilis in latum, quæ turbine crescit ab imo. Huius figuræ etiam turbo lusorius, Quem pueri magno in gyro uacua atria circum Intenti ludo exercent. Ab huius similitudine dicuntur Turbinata ostracodermorum genera, Στρομβώδη Aristoteli, quæcunq; in uolutas & anfractus, seu spiras, quales in prælis & torcularibus uisuntur, (ἕλικας Græci dicunt, unde ἑλικοειδῆ fortè eadem quæ στρομβώδη uocari possunt,) testas suas quoquo modo reflectunt: sicut & Cochleæ. hę enim omnes turbinatę sunt, sed breuiores rotundioresq;: nec exeunt in mucronem suo turbine, ut Strombi, id est Turbines, propriè & priuatim dicti, qui in longum protenduntur. Hesychius non distinxit, Strombum simpliciter Cóchlon interpretatus, neq; Massarius: qui, Aquatiles Cochleæ, inquit, sunt quæ Græcè Strombi, Latineq; Turbines communi nomine nuncupantur, quòd ex amplo in tenue deficiant, in uertiginem tortę. Theocritus quoq; strombum & cochlon ceu synonyma nominat, ita nimirum ut genus ac speciem. Aristoteles alibi Echinos etiam Turbinatorum nomine complectitur, alibi non. Turbinatis certè hoc peculiare est, ut testæ postrema à capite clauiculatim intorqueantur: & operculū omnia iam inde ab ortu naturæ gerant: quę echinis nullo pacto conueniunt, &c. Vide Rondeletium lib. 2. De aquatilibus cap. 1.

Cochlea.

ITALI Turbinata omnia, ni fallor, Porcellanas uocant: aliqui priuatim Venereas tantùm Conchas.

GERM. Cochleas & Turbinata quoquo modo nominabimus Schnecken: Strombos uerò priuatim, Straubschnecken/Straubenhorn/Spitze Kinckhorn: Schmale langlachte vnd gespitzte Schnecken.

Purpura cum operculo, quam Rondeletius exhibuit, qui & aliorum picturas reprehendit, in quibus uel rostrum tubulatum, uel turbo non exprimatur.

Alia Purpuræ effigies, nostra: ex Adriatico.



PVRPVRA Turbinatorum generis nobilissima concha, à Græcis πορφύρα dicitur: cuius diminutiuum est πορφύρειον. Murex etsi speciem unam significet, scilicet Buccinum: generale tamen est uocabulum, (sicuti & Conchylium, per excellentiam,) Purpurā comprehendens & alia. Κογχύλη, Conchyle, Hesychio & Suidæ Purpuram significat: Conchylia uerò ostrea. Purpuræ nomine alio Pelagiæ uocantur, Plinius. Massarius quidem & Rondeletius, Pelagias loci ratione Purpuras quasdam esse docent, non autem toti generi hoc nomen conuenire. fieri tamen potest ut uulgus Plinij seculo eas sic appellârit κατ᾽ ἐξοχὴν, quod illę maximè requirerētur, utpote & maiores, & quæ magis probatū florem haberent: quū etiam Pelagium pro colore seu flore Purpuræ Plinius dixerit. Buccinum (inquit) per se damnatur, quoniam fucum remittit: pelagio (*id est, Purpuræ flore*) admodum alligatur, &c. Purpura animal siue Concham proprie significat, accipitur autem etiam pro colore ex eo facto, eiue simili. Violę sublucet purpura nigrę, Vergilius. item

Murex.
Conchylium.
Pelagiæ.

Purpura

Purpura pentadactylus Bellonij (atqui dactyli ſex pinguntur) prona. Videtur autem ad Aporrhaidem Rondeletij propiùs accedere. Turbinem quidem pentadactylum Rondeletij, infrà dabimus. *Eadem ſupina.*



pro ueſtimento eo colore tincto. Cruor ille qui parciſsimus in ſingulis reperitur, flos, fucus, pelagium, ſuccus, medicamentum, pharmacum, nominatur: color ipſe purpureus, Puniceus, Coloſsinus, Calainus, & alijs fortè nominibus. ¶ Purpurarum genera plura ſunt, earũ differentiæ ſumuntur à loco, magnitudine, paruitate, floris ſiue ſucci uarietate. is enim alijs nigricat, alijs rubet. Earundem plura genera tradit Plinius, pabulo & ſolo diſcreta. Lutenſe, putri limo: & Algenſe, enutritum alga, uiliſsimum. Dialutenſe, uario ſoli genere paſtum, &c. Phœnices piſcem, cuius ſanguine ſericum in purpuram tingebatur, Sar appellant, Seruius.

GRAECI etiam hac ætate antiquum nomen retinent, Gillius.

ITAL. Genuenſes quòd muricatis aculeis in orbem circũualletur atq; horreat, Ronceram uocare ſolent. Venetorum & Romanorum uulgus ab ungue odorato (quo iam inde ab ortu naturæ ſeſe quaſi concludendo tuetur) Ognellas nominat. Teſtas priuatim Porcellanas uocat Italia, eodemq; nomine Conchylij genus omne intelligit, Bellonius. Purpura mar. id eſt, Cetula marina, Syluaticus.

GALL. Noſtri Curez uocant, quaſi Murex, Rondeletius. Has & Murices & Buccinos, Maſsilienſes Bios uocant, Gillius.

GERM. F. Ein Nagelſchneck, ab unguis ſimili operculo. Ein Purpurſchnecken art, ut eo nomine Buccinum quoq; & Conchylium includamus. Ein Stachelſchnecken art. uide infra in Muricibus.

ANGLICVM nomen eſt Purple, neſcio an uulgare, an effictum imitatione Latini.

DE MVRICIBVS IN GENERE.

MVREX aliquando ſumitur pro Purpura: ſic Muricem Tyrium Vergilius dixit. Nonnunquam generis nomen eſt, cui ſubijciuntur Concha Venerea & Buccinum. Muricum generis ſunt quæ uocant Græci Colycia, alij Corythia, turbinata æquè: ſed minora, Plinius. Quare cum Muricis nomen pluribus accommodatum ſit, Gaza Plinij (*in cæteris pleriſq;*) imitator Κήρυκας nõ Murices conuertit, ſed Buccinos. Plinium quidem Κήρυκας nõ ſemel Murices interpretatum conſtat, Rondeletius. Nos Plinium Κήρυκα modò Muricem, modò Buccinum uertiſſe obſeruauimus.

Firmioris iam teſtę murices & concharum genera, Plinius: cum proximè de quibuſdam fragilioris teſtæ dixiſſet. Apparet ſanè Latinum nomen Murices, à Græco Κήρυκες deſumptum: à Muricibus autem metaphoricè tum tribolos (ut Græci uocitant) ferreos: tum ſimiles in ſaxis alibi'ue mucrones duros & acutos prominentes. Rondeletio Murices propriè dicũtur, qui turbinati ſunt, & lõgos firmosq; aculeos ſiue clauos habẽt. Hos Germanicè Stachelſchalẽ uel Stachelſchnecken nominabimus commodè, nomine ab aculeis & concha compoſito. nam & aculeatos piſciculos fl. aliqui Stachelfiſch appellant.

Mutianus prodidit Echeneidem eſſe Muricem, latiorem purpura, &c. Rondeletius Veneream hanc Concham nuncupat: uulgus Porcellanam, &c.

A. iconem Rondeletius exhibuit: cui nos similem alteram B. adiunximus, Conchæ cuiusdam seu Muricis orientalis, quam Venetijs nacti sumus, in ea margaritas quoque gigni quidam nobis retulit, nescio quàm uerè. Color forinsecus pallescit, intrinsecus cum pulcherrimo splendore ex albo roseus est. Labrum exterius protendit se & dilatat in marginem. Mucrones infra caput seu conum testæ duo magni, sed obtusi, prominēt, in ipso cono parui admodum & subrotundi, per spiras deinceps, non aculei sed tumores uisuntur.

A

B

MVREX Marmoreus Rondeletio dictus, à candore duritiaq́, qua marmor (inquit) candidũ æmulatur parte externa: parte interna ex albo purpurascit.

GERM. Ein art ð Stachelschneckē/außwēdig weyß wie ein marmel/iñwēdig leybfarb.

MVREX Triangularis Rondeletij. Hic altera parte (inquit) Murex planus est, altera ferè rotundus: sed ita ut utrinq; duo sint latera, tertiũ plana pars efficiat: à qua figura, quæ huic propria est, triangularis iure dicitur. Vario est colore. Foramen duplex habet, rugosum: quo ob testę amplitudinē et breuitatē, sonus editur grauis et tristis. Testa tota ad Conchylij testã magis accedit.

GERM. Ein andere art der Stachelschneckē mit try ecken an ð schalē.



MVREX lacteus Rondeletij, à lacteo colore nuncupatus. Hic (inquit) exochas & tubercula potiùs habet, quàm clauos ſiue aculeos.

GERMAN. Ein ſchön weyſſer Stachelſchneck.

MVREX Coracoides Rondeletij. Vt anatomici (inquit) omoplatæ appendicem à roſtri coruorum ſimilitudine coracoidem appellarunt: ita nos Muricem hunc ab aculeis incuruis, & roſtris Coruorum ſimilibus.

GERMAN. Ein andere art d Stachelſchneckē / mit krum̃lachten ſpitzen / gleych wie die ſchnäbel der rappen.

Lege ſcripta ſuperiùs cum Purpura pentadactylo Bellonij.

APORRHAIS muricum generis Concha, ut Rondeletio uidetur, qui Pliniũ etiã de hoc genere ſenſiſſe ſuſpicatur, his uerbis: Muricũ generis ſunt quæ uocant Græci colycia, alij corythia, (*al' coryphia,*) turbinata ęquè, ſed minora multò. ¶ Gaza aporrhaidē, muricem interpretatur apud Ariſtotelem.

GERM. Ein art der Stachelſchnecken oder Purpurſchnecken im̃ meer.

Buccinum Rondeletij.

Icon hæc noſtra eſt, ſiue Cochleæ, ſiue Buccinæ: quam apud ciuem quendam noſtrum uidimus, mucrone pertuſo, circulo ſtanneo ambiente, ut apta eſſet inflari. A Rondeletio pro Buccina exhibita effigies, noſtræ quidem ſimilis eſt, ſed tuberculis rotundis ſcitè clauata.



ΚΗΡΥΚΑ Aristotelis, Buccinā Gaza semper interpretatur: Plinius Buccinum. Buccinum (inquit) minor (aliâs meliùs, maior) concha, ad similitudinem eius Buccini, quo sonus editur: unde & causa nomini, rotunditate oris in margine incisa. Genus alterum (Conchylij) Purpura uocatur. Aliquando Muricem uocat, Rondeletius. φὑκινον hodie à Græcis appellari audio. Gillius Græcos quosdam hac ætate Strophilidas uocare scribit.

ITAL. Ligures uulgò Cornetos nominant. (Bios cornetos, Gillius.

GALL. Masilienses Purpuras & Murices & Buccinas, Bios appellant: Buccinas priuatim

GERMAN. F. Ein Hornschneck oder Blaaßschneck im meer/größer dann ein Purpurschneck: mag zů blaasen gebraucht werden wie ein horn. Ein Kinckhorn geschlecht. Est autem Kinckhorn inferioribus Germanis nomen generale ad omnes cōchas turbinatas, factum à remedio. prodesse enim putant aduersus tussim siccam, (in qua tussientes parū excreant, & spiritu tanquam reciprocante offenduntur, quod Kinckhen appellant,) si cereuisiā aliūmue potum è cochlea bibant.

Figura hæc ad nostras conchas efficta est, aliā Rondeletius posuerat, sed huic simillimam.

Est et hoc paruū Buccini genus, ex conchis nostris depictū. accedit aūt ad Turbinē pentadactylū, Rōd.

BVCCINI species duę minores. Inter Buccinorū genera (inquit Rond.) hæc duo reperi: paruū, lineis frequentib. asperiusculū. Et alterū huic simile, nisi φ lineas pminentiores habet, & trāsuersas, ut striatū meritò dici posit. GERMAN. Zwey kleine geschlecht der Kinckhornen.

CONCHYLIVM apud ueteres Latinos & Græcos nomen est conchis & cochleis omnib. commune, & per excellentiam aliquando pro purpura ponitur. Dioscorides quidem cum dixisset de Purpura & Buccino, aliquantò pòst de Conchylio eiusq; operculo seorsim scribit: unde speciē peculiarē esse apparet: eā scilicet quā hîc ex Rondel. sentētia exhibeo. Κογχύλιον, κογχύλη.

GERM. F. Ein gschlecht d' Purpurschnecken/hat keine spitz od' buckeln wie die andern.

Operculū quod in medio latius et rotundius exhibetur, Buccini aut Purpuræ est: cætera uerò quatuor angustiora lōgioraq;, Cōchylij.

CONCHY-

CONCHYLII operculum. Purpuræ operculum (inquit Rondeletius) βλάττος ſiue βλάττιον βυζάντιον uel βύζαντος appellari debebat. Blatta uerò Byzantia Arabum nihil aliud eſt quam Conchylij operculum. Pharmacopolæ noſtri Conchyliorum Buccinorumq́ꝫ opercula permiſta uendentes, Blattas Byzantias uocant: has rotundas, illas longas. Dioſcorid. Onychem (ὄνυχα) id eſt, Vnguem, uocat, Conchylij tegumentum, (πῶμα τοῦ κογχυλίου) à figura nimirum, qua auium carniuorarum unguibus ſimile eſt, aliqui etiam oſtracium, ut refert Plinius, uel oſtracon. Onychem Paulus Aegineta teſtam uocari dicit Conchylij, duntaxat Indici: quod & Condylion appellat. ¶ Eſt & Onyx ſui generis Concha integra, alio nomine Dactylus.

Blatta Byz. *Vnguis.* *Oſtracium.*

GERM. Das teckele von der nächſtgeſetzten art der Purpurſchnecken.

Ex duabus his Strombi magni iconibus, minor à Rondeletio exhibita eſt: maior ad Strombum quendam peregrinum (quem domi habeo) expreſſus.

TVRBO longus & magnus Rondeletij. Multis (inquit) uoluminibus conſtat: teſta eſt alba, lineis tuberculisq́ꝫ multis ſcabra & aſpera.

GERM. Zwo lange vnd groſſe arten der Straubenſchnecken.

TVRBO tuberosus Rondeletio à tuberculis multis cognominatus: inter cæteros qui hîc exhibentur, maior. Longus est, (inquit,) tenuis, in mucronem desinẽs. Huiusmodi sunt quidam albi, quidam nigri, quidam uarij. Pollicis magnitudinem nũquam excedunt. In his Cancelli cùm parui sunt uiuunt, longiores ijs qui Neritarum sunt hospites. ¶ Huius generis Turbines in terra etiam reperiuntur. ¶ Eiusdem Turbinum generis sunt aliquot species diuersæ: quædam longæ, tenues, acutiores, læues: cuiusmodi tres sunt tuberoso propiores. alij, postremi scilicet duo in pictura, inæquales, tuberosi, scabri, uirgati. Vita, moribus, substantia non differunt.

Terrestres species.

GERM. Etliche besundere kleine Straubenschneckle/dergleychen auch im erdtrich auff trochnem land gefundẽ werdẽd: der gröst auß jnen mag ein Eychelschneckle geneñt werden.

TVRBO angulatus Rondeletij. Hic Turbo (inquit) Buccinis satis similis, quia testæ uolumina ita à se discreta sunt, ut in medio angulos efficiant, cognominatur angulatus. Inferiùs in Turbinem tenuatur, superiùs in lõgum & acutũ rostrum: nam & Plinius Purpuræ rostrum dixit. Colore est marmoreo.

GERM. F. Ein Eckestraub.

TVRBO muricatus Rondeletij. Aspectu quidem (inquit) Buccino haud dissimilis est; sed à tuberculis multis, breuib. quidem & obtusis, muricatus appellatur, (*appellari potest.*) Superiore parte tumidior est. Intus testa purpurea est, foris alba & ueluti calce illita.

GERM. F. Ein Buckelstraub.

TVRBINES diuersi, qui intra spongias uiuunt. Cùm sæpiùs spongias secarem in frusta, (inquit Rondeletius,) ut penitus earũ naturã puestigarẽ, in ijs uarietatẽ maximã reperi Cõchularũ omnis generis, Conchyliorũ paruorũ, Buccinorũ, Turbinũ, Neritarũ, Vmbilicorũ, cuiusmodi aliq̃t hîc exhibeo: omnes enim persequi, infiniti esset ope

ris. Dicemus tantùm de eo paruo Turbine, qui dextræ manui proximus est: rimamq́ longiusculam ueriùs quàm foramen habet, testa non intorta: qui & intra Spongias, & extra reperitur: Conchulaq́ lactea à candido colore nominari potest: uulgò petite Porcelaine dicitur. Hac in fucis utuntur mulieres. Equorum frenis & phaleris nonnulli accommodant. ex eisdem & gagatarũ globulis mulieres monilia & cingula contexunt, &c. Sed quæ equorum ornamentis adduntur, crassiore durioreq́ sunt testa: aliæ tenuiore & fragiliore. utræq́ & candore & figura similes.

Conchula lactea.

GERM. Mancherley kleine Schneckle vnd Straubenschneckle/ wie die inn schwümmen gefunden werdend.



TVRBO

TVRBO auritus Rondeletij. Sic autẽ uocamus (inquit) ob extremi alterius turbinatæ parti aduersi latam utrinq; appendicem. perelegans est, & rarus in mari nostro: extantibus pulchro ordine tuberculis distinctus, horum imaginem imitantur aurifices in urceis efformandis, addita basi.

GERM. F. Ein Dorstraub/schön mit buckeln. die goldschmid formierẽd etliche geschirr als schalen auff dise weyß/machend füßle daran.

TVRBINES duo digitati Rondeletij. Inter Cochleas (inquit) Plinius Pentadactylos quosdam nominans, de hisne Turbinatis intellexerit (quę proponimus) nescio. Dicitur autem Pentadactylus Turbo, quòd quinq; habeat appendices longas & acutas, si extremum Turbinis annumeres. Alius est Turbo Tessaradactylus, cui quatuor duntaxat sunt dactyli. Ex his alij albi sunt, alij nigricant, alij sunt uarij. Sic ille. Bellonius Purpuram quandam Pentadactylum nominat & pingit: quam superiùs exhibuimus: sicuti etiam post Buccina genus quoddam paruum, Pentadactylo Turbini Rondeletij persimile.

GERM. F. Zinckeler/Zinckestrauben/ einer mit vier/ der ander mit fünff zincken oder enden.

TROCHI à Rondeletio dicti, & alij quidam Turbines. Hoc Turbinum genus (*inquit, sentit autem de duobus tantùm hîc depictis, nempe maximo, & paruo ei adiuncto*) à similitudine instrumẽti quo lusitant pueri, Trochos appellamus. [*Trochi, id est Rotæ, Aeliano belluæ quædam marinæ sunt.*] Horum alij sunt parui: qui à superiore amplaq; parte, statim in breue acumẽ deficiunt. Alij longiores. Omnes læues sunt & uarij. Testa ueluti crustis duabus constare uidetur: externa minùs nitet, quæ subiacet unionum est splendore. Præter uerò Trochos duos, adiecimus aliquot diuersas Strombo rum formas: quarum aliæ ad Buccinorum, aliæ ad Conchyliorum speciem accedunt.

GERM. Mancherley kleine Straubenschneckle.

DE NERITIS, QVI INTER TVRBINES & Cochleas ferè ambigunt.

Concha est ampla & capax: nos imaginem eius ueram, non magnitudinem, expreßimus, Rondeletius. In lacu nostro Tiguri similes ferè Conchæ reperiuntur, sed perexiguæ, candidæ, fragiles.

NERITES Aristotelis, Νηρίτης ὁ. Quas Aristoteles (inquit Rõdeletius) Νηρίτας uocat, Gaza Natices conuertit, à natando, ut opinor. ¶Natex quidem Latinis à natãdo dictus uidetur, ut Græcis etiam Νηρίτης à νέω, νήχω. Naticem piscẽ leges apud antiquos, et uidetur à natando dictus, Festus. Testa quidem Neritæ Aristotelis, cum cauitatem amplam & rotundam habeat, ut natet & quodammodo nauiget, idonea uidetur. potest enim aẽrẽ copiosum capere, & innatare faciliùs, uentoq; impelli, uti conijcio. neq; enim hoc authores tradunt: sed grammatici tantum in etymologia: circa quam tamen uariant. Hoc primùm monuerim Nerites semper masculino genere proferendũ, sicut Anchises, syllabis omnibus longis, siue Νηρίτης per *Orthographia.*

ι in medio ſcribatur: ſiue Νηρείτης per ει ut in Oppiani Halieuticis. apud Heſychium Νήειτος ſcribitur, ut ἄνθρωπος, terminatione & accentu: quod uocabulũ alioqui adiectiuum eſt, & ſignificat magnum, copioſum, excellens, incomparabile, quo cum nihil aliud in eodem genere conferatur aut contendat, à νη. priuãte particula et uerbo ἐρίζειν. (ſed ꝑ copioſo et innumerabili uſitatius eſt ſcribere νήριθμον, à νη & ἀριθμός.) Ergo ſi quis Neriten cochleam à magnitudine uel pulchritudine qua alias eiuſdem generis excellat, nominatã uelit, bene eſt. ſin minus, Grammaticos audiat, Suidam & Varinum. A uerbo νέω, νῶ, quod eſt, nato, (*inquiunt, cuius futurum eſt νήσω, unde & νῆσος dicta,*) fit νηρός, quod concauum aut humidũ ſignificat, inde fit νηρείτης. Quidã tamen à Νηρεὺς deducunt. Quòd ſi à Nereo fieret, Νηρείτης ſcribendum foret. & ſanè à Nereo deo marino deductum huius Cochleę nomẽ ratione non caret, (quod & Aelianus innuit, Neriten filium Nerei in hanc Cochleam conuerſum tradens,) quòd is fortè tali Concha tanquam elegantiore Buccinę loco uti fingeretur: quę ad inflandum inepta non eſt, utpote ampla & Buccinæ ſimilis.

Etymologia.

Anarites.

Non alius uidetur qui Anarites & Anartas (Ἀναρείτης, Ἀνάρτας) apud Athenæũ dicitur: de quo ſcribit: κογχάδες δὲ ὧν τὸ ὄστρεον προσέχεται ταῖς πέτραις, ὥσπερ αἱ λεπάδες. id quod ſimiliter de Nerite Ariſtoteles tradit. Apud Phauorinum ſcribitur etiam Ἀνηρείτης. alpha quidem à principijs dictionum non raro abundat. quòd ſi quis Anartam dictum coniecerit, à uerbo ἀναρτᾶσθαι, quod eſt pendere, quaſi pendulum: è ſaxis enim dependet, non temere fecerit. Προσφὺς ὅκως τις χοιράδων ἀναρείτης, Herondas. Simile prouerbium eſt, Patellæ modo adhærere.

Ordinis ratio

Neritæ Turbinatis ab Ariſtotele diſertè adnumerantur: nam cum à Strombis, id eſt, Turbinibus (quorum longa & ſtricta eſt teſta) eos ſeparat, unius generis duas ſpecies facit. quod & Rondeletius approbat; Si quis (inquit) Neritam inter Cochleas reponere uoluerit, non ualde refragabor. Mihi Nerites primus ab eo exhibitus, ad Turbinata referendus uidetur; ſecundus uerò, ſicuti & Bellonij Nerites magis ad Cochleas accedit. propter nomen tamen unum, cum genere etiam non multùm differant, coniungere hîc omnes uolui. Grammatici Neriten κόχλον, κοχλίαν, κοχλίδιον, aut Conchylium, cochleæ ſimile eſſe dicunt: Athenæus Anariten κογχώδες ὄστρεον facit.

Ariſtoteles: Neritas (inquit) teſta eſt læui, ampla & rotunda, forma Buccinis proxima: papauer tamen non nigrum ut Buccina, ſed rubrum habet. Paſcitur in mari tranquillo à ſaxis ſolutus, quibus aliàs Patellarum inſtar adhæret, tegmine ſeu operculo dimoto, &c. Teſtam eius uacuam Cancellus ſubire ſolet. ¶ Heſychius Neriten uarium eſſe ſcribit, colore nimirum.

ITAL. Neriten qui accolunt ſinum Adriaticum etiam nũc antiquo nomine appellant, Gillius. ego Naridolam ab Italis nuncupari accepi.

HISPAN. Caragólo, teſte Gillio. audio tamen Hiſpanos Cochleam mar. in genere uocare Alméia, uel Caracól de la mar.

GERM. Ein Meerſchnecken art/ hat ein runde groſſe ſchalen/ nit ſchmal vnd langlacht wie die Straubſchnecken.

NERITES Aeliani. Aelianus (inquit Rondeletius) longè aliter quã Ariſtoteles Neritẽ deſcribit, his ferè uerbis: Cochlea eſt marina, magnitudine exigua, formæ pulchritudine eximia ſpectatur, mari puro & tranquillo ſaxis adhærens. ¶ Paruitate igitur & formæ pulchritudine ab Ariſtotelis Nerite differt. Punctis nigris eleganter diſtinguitur, teſta intus purpurea, in margine candida, Rondeletius.

GERM. Ein kleine ſchöne Meerſchnecken art/ mit ſchwartzen tüpflinen beſprengt an der ſchalen/ welche innwendig rotlacht iſt: an den borten weyß.

NERITES Bellonij: qui à primo Rondeletij Nerite planè diuerſus eſt: ad ſecundum autem accedit, tum paruitate, tum figura. Et cum paruus ſit, non erit Ariſtotelis Nerites, niſi alius quidam Ariſtotelis Nerites ſit quàm Rondeletius exhibuerit, ab hoc Bellonij Nerite magnitudine tantùm differens. ¶ Turbinati (inquit) generis hæc Conchula eſt. Teſtam habet læuem, rotundam, exiguam, ut neq; in Oceano, neq; in Mediterraneo pollicis craſsitudinem excedat. Carnes eius uulgus Græcum crudas edit, quibus appetentiam maximè excitari ait. Pulmenta quæ ex his conficiuntur, minio tincta eſſe dixeris: quod à rubro ipſarum papauere (quale et Ariſtoteles Neritę tribuit) prouenit.

GALL. Virlis Lutetię, Armoricis Bigornet et Bigorneau uocari ſolet: apud quos maxima eſt harum Conchularum copia, Bellonius.

GERM. Ein andere kleine Meerſchnecken art/ mit einer glatten runden ſchalen/ ꝛc.

DE COCHLEIS.

COCHLEAE quænam propriè dicantur, leges ſuprà ab initio huius ordinis.

Similis ferè huic Cochleæ eſt, Margaritifera uulgò dicta, quæ proximè ſequitur.



COCHLEA quæ in oleario uſu erat.
Cochlea hæc (inquit Rondeletius) rotunda eſt, & teſta intorta & magna admodum, adeò ut ſit quæ aquæ quatuor libras capiat. Ob id eam eſſe puto, quam Plinius memorię mandauit in oleario uſu fuiſſe, quòd ea oleum decapularent. Huiuſmodi Cochleam etiam aurifices, additis anſa et baſi, in urceos efformant eleganti artificio, quòd eam contra uenena aliquid ualêre credant.

GERM. Ein Meerſchneck mit einer runden vnd weyten ſchalen / möchte öl dareyn vñ auß zů gieſſen gebraucht werden.



COCHLEAM hanc Margaritiferam, quę ex India & ſinu Perſico adfertur, uulgus appellat: quia unionum colore ſit & ſplendore: nam uniones quidem in ea non reperiuntur. Auro argentoq́ includitur in poculorum ſpeciem. Ex eadē in fruſta diſſecta imagunculæ, globuli ad nun cupandas preces, monilia conficiuntur. Sunt qui hanc ſecundam eſſe Nautili Conchæ ſpeciē tradunt, ſed falſò, Rondeletius. ¶Porcellanam uocant, quòd Muricis conchę formam habeat. eam enim etiam Porcellanam nominant; ex qua antiquis uaſa quæ murrhina dicebantur, fieri ſolita cō ĳcio, Bellonius.

GALL. Coquille de pourcelene: Groſſe Coquille de nacre de perle.

GERM. Ein Meerſchneck auß India oder Perſia / iſt gefarbt vnd glitzert wie bärle / (Perle) dannen jn etlich ein Bärleſchnecken nennent: wiewol man kein Perle in jnen findet. die ſchal wirt mit gold oder ſilber eyngefaßt zů trinckgſchirzen.

COCHLEA cælata, (cum ſuo operculo,) Rondeletio. Ad Turbinis (inquit) ſpeciem accedit. Cælatam cognominauimus, quòd teſta cælaturis inæquali & ſcabra conſtet. Sunt qui Vmbilicum appellent, ſed non ſine errore. ¶Bellonius Vmbilicum marinum, aut Fabam marinam nominat: & ab Ariſtotele ſimpliciter κόχλον uocatum putat.

Quum turbinatum genus omne prætenui cruſta carnem patulam ambiente, operculi loco ſe-

ſe tueatur: hæc una lapidi rubro perſimili tegumento occluditur. Rotunda eſt eius forma, umbilicum planè referens, unde ei nomen. Aurifices lapidem eſſe putant. Huius teſta ſola inter noſtri Oceani turbinata politiẽ admittit, Bellonius.

GALL. HISPAN. A noſtris (circa Monſpelium) Prouincialib. & Hiſpanis Scaragol, uel Cagarolo de mar. nominatur, quòd ad Cochlearum terreſtrium, quas Cagaroles uocant, formam accedat, Rondeletius.

GERM. Ein Meerboone, id eſt, Faba marina: per ſynecdochen nimirũ. operculum enim priuatim fabam aliqui uocant.

COCHLEA Echinophora, ſic enim ab aſperitate nominamus, tota tuberculis ſiue aculeis conſperſa eſt, Buccinis figura ſimilis, Rondeletius.

GERM. F. Ein rauche art der Kinckhornen. ein Igelſchneck.

COCHLEA Cylindroides nominari hęc poteſt, à figura cylindro proxima. Pyramidem etiã refert, pyri modo turbinata, punctis uarijs notata. pollicis craſsitudinem uix unquam ſuperat, Rondeletius.

GERM. F. Ein Sinwelſchneck. nam ſinwel nobis teres eſt.

LAEVIS eſt & polita admodum Cochlea iſta, atq; in turbinem longiuſculum deſinens, ſed obtuſum, operculo tegitur: circa Lerinum inſulam frequens, Rondeletius.

GERM. Ein glatte art der Meerſchnecken.

COCHLEA depreſſa, ut Rondeletius nominat. Operculum (inquit) Cochleæ cælatæ refert: eſtq; ſimillima Cochleis terreſtribus quæ aliquãdo in terra effoſſa reperiuntur. Altera parte plana eſt, altera excauata in uoluminibus.

GERM. F. Ein Flachſchneck.

VMBILICVS Rondeletij. Apparet (inquit) ex Ciceronis loco (lib. 2. De Oratore,) Vmbilicos eſſe Concharum ſiue Cochlearum ſpecies: id quod uerum eſſe indicat ipſa rerum natura: quæ nobis, à Turbinatis, Cõchis, Cochleiſq; omnibus ſpeciem diuerſam exhibet earum, quæ præter foramen illud, quo Cochleæ ſaxis inhærent, quoq; corpus exerunt, alterum habent, umbilico ita ſimile, ut nullus ſit qui has uiderit, qui negare poſsit Vmbilicatas meritò uocari. Id foramen profundum, conuolutionum ueluti centrum eſt, uel circa quod anfractus Cochleæ conuoluuntur, ueluti circa περικόχλιον, &c.



Κόχλος & κοχλίας Theodorus nonnunquam Vmbilicos uertit. Sed Vmbilicus Latinis ſemp uidetur certam ſpeciem ſignificare. cóchlos uerò Græcis nonnunquam generale eſt. ¶ Eſt cóchlos apud Ariſtotelẽ animal teſtaceum, & aliud quàm limax: Theodorus Vmbilicum uertit. hoc etiam Cochleam eſt ubi Ariſtoteles appellet, ſicut limacem quoq; Cochlon, Maſſarius.

Cochleam cælatã Rondeletij Bellonius Vmbilicum facit: Rondeletius reprehendit.

Sunt qui Vmbilici ceu generis uocabulo, Cochleam marinam omnem comprehendant, inter recẽtiores: quorum ſententiam non probo. Alij ſpeciem unam intelligunt,

gunt, quæ & ipſa alias ſub ſe complectatur, turbinati & Cochlearum generis, ut Rondeletius. Sed Arnoldus Villanouanus, Aggregator & alij, Porcellanas uulgò dictas, (quarum læuis eſt, nõ turbinata concha,) Vmbilicos uocant. aliqui corrupta uoce Belliculos, quaſi Vmbiliculos. Sunt po- *Belliculi.* ſtremò qui Vmbilicum mar. & Fabam marinam nominent, non animal aliquod integrum cum teſta, ſed operculum duntaxat Cochleæ illius, quam cælatam Rondeletius cognominat.

GERM. F. **Ein Nabelſchneck.**

VMBILICI duo alij à Rondeletio exhibiti. Maiorẽ, Varium cognominat: mira uarietate à natura diſtinctũ, ſcilicet nigris, rubris & albis tuberculis, coralliorum omnium colorẽ & naturam referentibus. Alter Vmbilicus eſt ualde exiguus, ciceris magnitudine, uel paulò maior. reperitur in ſpongijs, ueluti granulis rubri corallij æmulis conſperſus, &c.

GERMANICE maiorem circumloquemur, **ein geſpregleten oder teilten Nabelſchneck.** Minorẽ, **ein klein Nabelſchnecklin/wirt iñ den ſchwümen gefunden.**

COCHLEA Vmbilicata Rondel. cũ operculo ſuo. Cochlea hæc (inquit) in magnitudinem ſatis inſignem accreſcit. aliæ huius generis nigricant, aliæ cornei ſunt coloris, aliæ maculoſæ. Proximè autem accedunt ad formam Cochlearum terreſtrium paruarum, quæ conglomeratæ fœniculi craſsioribus caulibus adhærent: quæ etiam præter reliquarum Cochlearum terreſtrium naturã umbilicatæ ſunt: carneq́ ſunt bona.

GERM. **Ein andere art der Nabelſchnecken.**

COCHLEIS Vmbilicatis adnumeranda etiam hæc eſt, longior, & multis anfractibus contorta: quorum longitudo & obliquitas in cauſa eſt, quò minùs umbilici extremum perſpici poſsit. Teſta læuis eſt, & quaſi cornea, uel unguium ſubſtantiæ ſimilis.

GERM. **Ein anderer Nabelſchneck.**

COCHLEA rugoſa & umbilicata Rondeletij. Tota (inquit) huius Cochleæ teſta rugas per tranſuerſum ductas habet, ita elatas, ut ſtriata dici poſsit. Colore intus eſt albo, foris flaueſcẽte. Hãc

tertiam eſſe Nautili ſpeciem, quidam falsò tradidit.

GERM. **Ein Nabelſchneck/voll übertwären runtzlen vnd ſtreymen.**

CONCHA Veneris, uulgò Porcellana: quanquam Itali (puto) Conchas turbinatas quaſuis Porcellanas nominant. Hermolaus Barbarus Plinij locum libro 32. emendans, pro Veneri cymbia, legi poſse cenſet, Veneriæ, Senecam citans: Veneriæ, (inquit,) Spondyli, & Oſtrea. Eandem eſſe puto quæ apud Gnidiorum Venerem colebatur, unde Cõcha ſiue Cochlea Venerea dicta ſit: quam deſcribit Plinius ex Mutiano, qui Muricem appellabat. Mutianus (inquit) Echenei- *Echeneis.* dem prodit eſſe Muricem, latiorem Purpura: neq́ aſpero, neq́ rotundo ore: neq́ in angulos prodeũte roſtro: ſed ſimplice Concha, utroq́ latere ſeſe colligente. quibus inhærentibus plenam uen-

Icon hæc non eſt Rondeletij: ſed ſimilis, ad unam è noſtris Porcellanis conchis depicta. Ea in hoc genere maxima eſt, & ruffa cognominari poteſt.



tis ſtetiſſe nauem, portantem nuncios à Periandro, ut caſtrarentur nobiles pueri: Conchasq́ quæ id præſtiterunt apud Gnidiorum Venerem coli, Rondeletius. ¶ Bellonius Concham læuigatoriam appellat. In Rubro mari (inquit) capiuntur. Earum apud Græcos & Turcas quoq́, chartis expoliendis uſus eſt. Chartarum ſcabritia (inquit Plinius) læuigatur dente, concháue: ſed caducæ literæ fiunt. Aliqui hodie ad ſuſpendendas claues uel conficienda cochlearia utuntur. His & Aegyptij ſua lintea glutino imbuta læuigare atq́ expolire conſueuerunt. Mulieres noſtræ (inquit Rondeletius) ornamenta quędam ſua linea in amylo aqua multa diluto lota, deinde exſiccata, poliunt, adeò ut ſplendeant. ¶ Porcellanas recentiores quidam Latinè uocant, Italis & Gallis uſitato nomine, facto fortaſsis à quadam oris ſuilli ſpecie, quam parte ſui inter labra denticulata dehiſcēte, uel potiùs altero extremo teſtæ, nempe acutiore & eminentiore roſtri ſuilli inſtar, quodammodo referunt. unde & Græci à porco χοιρίνας uocarunt. ἢ διὰ τὸ μορίῳ γυναικείῳ πῶς ἐοικέναι. unde & uterinos calculos, qui in hoc genere candidi & minores ſunt, uulgus noſtrum appellat. & quòd figura quodammodo uterum referant, corpori appenſas uteri morbis ſalutares eſſe aliqui mentiuntur. Mulieres (inquit Varro) noſtræ, nutrices maximè, naturã qua fœminæ ſunt, appellant porcum: & Græci eâdem ſignificatione chœrõ, ſiue delphaca. Bellonius Porcellanæ nomen à Purpura detortum uidetur innuere. Purpurarum teſtas (inquit) Itali Porcellanas uocant, quo etiam nomine Conchylij genus omne intelligunt. ¶ Ab Ennio nominantur Matriculi, citante Apuleio, inter res marinas, de quibus, niſi Conchæ Venereæ ſpecies ſunt, non habeo quod diuinem. ¶ Bellonius in Gallico uolumine De piſcibus, conijcit murrhina uaſa olim ex Porcellanis maioribus Concharum generis, facta fuiſſe, quę Muricibus quodammodo ſimiles ſint. noſtro quidē tempore ad eorum imitationem figlina parari, uocariq́ Concharum (quas colore ſplendoreq́ æmulantur nomine Porcellanas. ¶ Nauigant Neritæ (al' Veneriæ,) præbentesq́ concauã ſui partem & aurę opponentes, per ſumma æquorũ uelificant, Plinius 9.33. Gelenius Venereæ legi mauult. Sunt enim Conchæ (inquit) non gratæ modò Veneri, ſed etiam cognatæ ob communem è mari originem, &c. Sanè à pulchritudine, ſplendoreq́ & læuore, quæ dotes Venerei formoſiq́ corporis præcipuæ ſunt, meritò Conchas Venereas dixeris, quas uulgus Porcellanas: & quas eodem nomine uocitant margaritoideis conchas. Læuis ab æquorea cortex Mareotica concha Fiat, inoffenſa curret arundo uia, Martialis. Vocatur & Erythræa & Erycina concha: illud à rubro mari: hoc, quòd & Erycina Veneris epitheton ſit. quin & ipſa Venus è concha mar. prodijſſe dicitur. item Amathîtis (nam Amathûs inſula eſt Veneri ſacra:) & Cytheriaca. ¶ Eadem nimirum ſunt, Otaria (ὠτάρια, id eſt, Auriculę,) uel Otia (ὠτία) à quibuſdam ueterum dictę conchæ. Otarium genus oſtrei Antigonus Caryſtius aurem Veneris (οὖς Ἀφροδίτης) nominari ſcribit.

Porcellanæ. *Χοιρίναι.* *Matriculi.* *Otaria.*

ITAL. Porcellana: ſicut & GALLICE Porcelane. ¶ Saxis adhæret in mari rubro & Oceano, Rondeletius.

A GERMANIS Porcellanæ omnis generis uocari poterunt **Mütermuſcheln/Venusmuſcheln**: uel **Glettmuſcheln**, à uerbo **gletten** quod eſt læuigare.

CONCHAE Venereæ ſecunda ſpecies, Rondeletio. Hæc quoq́ (inquit) uaria eſt, ut ſuperior: maculas tamen ita inſperſas non habet, ſed pro his lineolas. teſta eſt tenuiore & minore, magisq́ perſpicua. At de ſuperiori dixerat: eam totam intus candidam eſſe, foris uarietate colorum inſignem, in diuerſis conchis.

GERM. **Ein kleiner geſchlecht der Mütermuſcheln.**

CONCHAE

CONCHAE Venereæ tertia ſpecies Rondeletio. Hæc (inquit) parte qua plana eſt, compreſſa eſt magis quàm ſupradictæ, altera magis rotũda. Maculis rotũdis notata eſt, durior & ſpiſsior ſecũda, colore cãdido.

GERM. Ein andere art d kleinerẽ Mütermuſchelen/weyß võ farb/ doch nit der kleynſten.

Icon quæ dorſum oſtendit, à Rondeletio exhibita eſt. altera quæ rimam, à nobis adiecta.

CONCHAE Venereæ quarta ſpecies, Rondeletio. Parua (inquit) ſemper manet hæc Concha. Parte altera plana eſt, altera in tumorem elata: in qua circulus eſt aurei coloris: alioqui tota foris candida eſt, intus cęrulea. ¶ Aethiopes quidam conchulas porcellanas albas, quas Buzios nominant, adeò expetũt, ut pro iis uel aurum quandoq; copioſè, aut etiam filias ſuas permutent. Eiſdem loco monetæ utuntur. ¶ Multi apud nos ephippiorũ loris ornatus gratia affigunt. Conchylia minuta & candida, umbilicosq; quidam funda claudunt, Ge. Agricola. ¶ Belliculos marinos (ut medici quidam recentiores nominant,) aliqui pro his Conchulis interpretantur: cum ii potius Vmbilici marini uideãtur, hoc eſt, opercula Cochlearum quarundam mar. umbilicis ſimilia. ¶ Pharmacopolæ quidam Dentale hanc Conchulam uocant, quòd rimam ueluti dentatam habeat. ¶ Conchula lactea etiam à Rondeletio dicta, exhibita ſuperiùs cũ Turbinibus qui in ſpongiis uiuunt, Venereis cognata uidetur. *Conchula lactea.*

ITALICVM & GALLICVM nomen Porcellana omnibus, nimirum huius generis ſpeciebus, attribuitur. differentia à magnitudine & colore adiici poteſt.

LVSITANICE & AETHIOPICE Buzios.

GERM. Müterſtein/id eſt, Calculus uteri uel matricis. ſilicea enim eius teſta uidetur. Das allerkleinſt Mütermüſchele.

EIVSDEM Conchæ Venereæ alia ſpecies: quam Ruffam minorem appello.

GERM. Ein andere art der Mütermuſcheln / von gſtalt vnd farben (dunckelrot oder rauchfarb) gleych der erſten/aber kleyner.

EST præterea quam STELLATAM cognomino, primæ ſimilis, ſed paulò minor. Plurimæ in ea ſtellæ ſeu maculæ ſunt conſpicuæ, ſingulæ in medio ſui atræ, ambitu ruffæ, pleræq; rotundæ, &c.

DE ALIIS QVIBVSDAM ANIMALIBVS MARINIS, QVAE AD ſuperiora referri non poſſunt.

BALANVS marina à ſimilitudine balani, id eſt, glãdis in quercu nominatur. Gaza Glandem conuertit. Duo mea quidem ſententia (inquit Rondeletius) Glandiũ genera ſunt: unũ quod in Gallia & Britannia noſtra (ad Oceani litora. in Mediterraneo an reperiantur, quęrendum) Pouſſe piez appellant: Pollicipedes nominant quidam, quod pollicum in pedibus ſimilitudinem habeant, quod nomen eiusq; interpretationem nõ probo. Id genus glandem eſſe colligimus, quòd illi cum glandibus magna ſit ſimilitudo, &c. Cæterum genus illud Muſculorum, in Liguſtici litoris ſaxis latens, quod nõnulli Glandes ueterum eſſe putant, Pholades eſſe potiùs exiſtimauerim, ſi quis tamen nimis præfractè defenderit Glandes eſſe, non refragabor. Hæc ille.

Conchas illas quas Balanos Bellonius facit, Rondeletius Conchas rhomboides appellat. ¶ Genus Concharum eſt, quod Græci noſtræ ætatis, adhuc antiqui nominis retinentes, Balanos uulgò nominant. Plautus & Columella etiam Balanos à glandium ſimilitudine. ſunt enim læues, ut uidimus, in cauernis ſaxorum ſtabulantur. Veneti non rectè Dactylos appellant, Pet. Gillius.

GERMANICE nominari poſſunt Meereicheln/läbend in den felſen.

BALANI genus aliud.

Si cui superiores Glandes non placent, alias propono quæ glandibus fructibus similiores sunt. Nascũtur in saxis & in rimis nauium, quæ diutius immotæ uno in loco manserint. adnascuntur etiam Mytulis, Rondeletius.

GERM. Ein ander gschlecht der Meereichlen.

PENICILLVM marinum uocamus (inquit Rondeletius) à similitudine penicillorum quibus pictores utuntur. Tubulus est testaceus, molli quadam & laxa substantia saxis alligatus, ita ut aquarum undis cedat & agitetur. In cauo carnosum quiddam continetur, quod cum se exerit, frondem expandit, ut in pictura exprimi-



tur. In saxis circa Lerinum insulam reperitur. Sic ille, qui insectis et zoophytis marinis Tubulum hunc adnumerauit, eo quidem nomine, quòd adhæret, zoophytũ magis quàm ζῶον uidetur. quoniam tamen testaceus est, & si laxæ substantiæ, & propter similitudinem sequentis Tubuli silicei, hoc loco reponere uolui.

GERM. F. Ein Meerbensel/ist ein känele oder rörle von einer lucken schalen/ in deren etwas fleischachts ist: welches so es sich herfür laßt/ist es einem bensel gleych.

TVBVLVS marinus alius, quem Pharmacopolæ uulgò Antale (Enthalium aliqui, ut Dentale Concham Veneream paruam) nominant, à quadam dentis similitudine. Is candidus est, teres, striatus, una aut altera linea transuersa inæquali ambiente, præsertim in minoribus. maiores ad quatuor digitos accedunt. longitudo non omnino recta, sed modicè inflexa est, dentis canini instar. substantia prædura & silicea est, ut in plerisq; testatis. ¶ In Italia pharmacopœi Purpuram & Buccinum, Dentale & Antale appellant, ut Brasauolus tradit. ¶ Eosdem hos Tubulos ex Rondeletij libris dabimus mox ordine XVI. inter Insecta, propter uermes in eis delitescentes.

GERM. Ein Meer-rörle/in den apotecken Antale genañt.

Epilogus. VT NOBIS uitio uerti meritò posset, (inquit Rondeletius) si quę in hoc genere illustria sunt, & à ueteribus disertè expressa, prætermitteremus: ita curiosiùs certè facere uideremur, atq; superuacaneæ diligentiæ accusandi essemus, si omnia & minuta Conchularum, Turbinum, Cochlearum genera persequi uellem. Si quis enim ocio abundans in marinis litoribus spaciari uelit, & in saxa maris penetrare, totam istam rem in infinita uarietate uersari uidebit. Genera igitur & illustriores species cognoscendæ: atq; ut quæq; uel minutæ uel neglectæ, uel nominibus non expressæ fuerint, ad genera sua erunt reuocandæ.

DE ECHINIS MARINIS, ET primùm in genere.

ECHINVS (ἐχῖνος) duplex est: terrestris & marinus. terrestrem Gaza Erinaceum interpretatur: aquatilis nomen Græcum, Plinium nimirum secutus, retinuit. Est sanè Echinus Græcis commune tum terrestri, tum aquatili nomen: Latini uerò ueteres Ericium & Erinaceum de terrestri dicunt: de marino uix unquam, sed Græcum Echini nomen seruant. ¶ Plinius (inquit Gillius) Echinorum tegmentum uocat crustam, aliàs testam: cum tamen Aristoteles, religiosè semper Echinos inter Testacea numeret, & tegmentum eorum testam appellet. Rondeletius crustatis potiùs Echinos adnumerat: & integumentum earum non durum, neq; siliceũ esse ait, sed fragile crustæ tenuioris modo. Verùm etiam dura & silicea, si tenuitas accedat, planè fragilia sunt, & magis etiam quàm minus dura: flexilia autem, ut crustatorum corium, præsertim recens, non sunt. Conchulas quoque multas testam tenuem prorsus & fragilem habere uidemus, neq; à testatorum genere excludimus.

Testati ne an crustati sint.

GRAECIS Echinus hodieq; nomen antiquum retinet.

ITALI Riccio marino nominant, Ligures & Genuenſes Zinzin. Niphus uulgò Cardum (*id eſt, Carduum*) marinum appellari ſcribit. In diuerſis quidem Italię locis uocatur Riccio, Rizzo de mare, Zino, Incino, Scoppa grammaticus Italus Echinum interpretatur Lincino de mare, Bogancitola.

HISPANI Erizo di mar, uel de la mar.

GALLICE uocantur Echini (inquit Rondeletius) à noſtris Vrſins corrupto ex Erinaceis uocabulo: ab alijs Caſtagnes de mar, quòd ueluti caſtaneæ echinato calyce contecti ſint. A Maſsilienſibus Vrſins & Doulcins, qui ſint edules, etiamſi dulces non ſint, ſed ſalſi & ſubamari. maiores, quiq; edendo non ſunt, Raſcaſſes ab ijſdē appellantur. hos noſtri Migranes uocant, quia cum detriti aculei deciderint, putaminibus malorum Punicorum ſimiles ſint. Hæc ille. Accolæ quidam Oceani Heriſſon de mer, hoc eſt, Erinaceum marinum uocitāt: quòd terreſtris Erinacei modo in orbē contractus, undiq; aculeis circunualletur. Maſsilienſes à dulcedine ſaporis Dulcinum, un Douſſin: eumq; qui magis eſt albus ac pelagius, addito cognomento, Douſsin raſcas nominarunt, Bellonius.

GERMANICE **Seeapffel**, id eſt, Malum marinū, circa Daniam, Noruegiā, & alibi: quòd & rotunditate figuræ & magnitudine ferè mâlum referat. Quòd ſi quis aliarū plerarunq; gentium imitatione, **ein Meerigel**, id eſt, Echinum marinum appellare uoluerit, reprehendi non poterit.

Echinus maior uel ouarius & eſculentus, integer.





Echinus idem in duas partes diſſectus.

ECHINI ſpecies prima, cibo idonea: in quo oua multa & magna ſunt, eſculentaq;, non ſolùm in maioribus, ſed etiam in minoribus: quare ouarium hunc echinum appellat Hermolaus. ¶ Echini edules, uix grandis gallinæ ouum magnitudine excedunt. Diuerſa in his colorum uarietas, & mutatio multiplex. Alij enim omnino nigri, alij albi, quidam uitrei, alij ruffi, aut flaui, alij gemmarum nitore conſpiciuntur, quidam ſunt cyanei, alij purpura ſplendent, ſubinde circumagentibus ſe igniculis micantibus ad aculeos, ſcintillæ modo, Bellonius.

GERM. **Die gröſſer art des Seeapfels/wirt iñ der ſpeyß gebraucht.**

ECHINORVM ſecundi & tertij generis, Ariſtoteles breuiter meminit his uerbis: alia duo genera Echinorum ſunt, Spatagi (aliâs Spatangæ) & Briſsi, pelagia ac rara. Is quem hîc exhibemus (inquit Rondeletius) cum pelagius & rariſsimus inuētu ſit, Ariſtotelis uel Spatagus, (Spatanges melius ſcribitur,) uel Briſſus (aliâs Brittus uel Abrytus, corrupto fortè uocabulo ab ἄβρωτος, quod cibo ineptum ſignificat) uidetur. *Spatanges. Briſſus.*

GERM. Ein ander geschlecht des Meerapfels / vntaugelich zů essen.

ECHINOMETRA (quartum Echinorum genus) uocatur, quasi mater aut matrix Echinorum. est enim Aristotele teste omnium maxima. Plinius hanc magnitudinem non ad corpus siue calycem, sed ad spinas refert. Echinometræ (inquit) appellantur, quorum spinæ longissimæ, calyces minimi: cui Gillius subscribit. Ego uerò (inquit Rondeletius) à corporis siue calycis potiùs, quàm aculeorum proceritate, Echinometras dici existimo. cur enim Echinorum matrem ab aculeis longis nominassent ueteres, cum sit aliud, quintum scilicet genus, paruo calyce, spinis longis durisq́. hoc quidem genus pro Echinometra usurpasse uidetur Plinius & eum secuti, contra Aristotelis mentem, cùm perspicuè utrunq; genus separet.

GALL. Echinos maximos minimis aculeis, Massilienses uocant Rascassos, Gillius. Vide suprà in Gallicis nominibus Echinorum in genere.

GERM. Die aller gröste art der Seeapflen.



Infra A. proximè est Echinus paruus.
Infra B. Vrtica cinerea.
Iuxta C. Lepas adhærens è regione.
Supra D. Lepas inuersa.
Supra E. Lepas parua.

ECHINI genus quintum. Hoc (inquit Rondeletius) saxo inhærens repræsentamus, calyce paruo, spinis longis pro corporis ratione, & duris. Vide superiùs in Echinometra.

Echinos inspexi calyce exiguo, longitudine aculeorum (ut qui digiti longitudinem superarent) præstantes: à SICVLIS Masculi appellantur, Gillius. Genus hoc πόντιον cognominat Aristoteles, (Gaza pelagium uertit,) alibi uerò in alto gurgite id gigni solitum scribit.

Vulgus GRAECVM, ut ITALICVM quoque & GALLICVM, Iudæum uocat, quòd perpetuò nigrescat, sordescat, & gustus ingrati percipiatur, Bellonius.

GERM. Die kleinste art der Seeapflen / des leybs halb: sunst hat sy die lengisten thörn.

ECHINI superficies Venetijs picta: primi ni fallor à Rondeletio positi generis: sin minus, quinti.



DE STELLIS ET PRIMVM IN GENERE.

Ad quod genus referendæ.

ASTER (ἀστήρ) ab Aristotele uocatur marinũ animal: à Plinio Stella, à similitudine stellarum pictarum. Asterium mar. recentioribus Græcis. ¶ Stellas Arist. Hist. 5.15. Testatis adnumerat. cæterùm De partibus

tibus animalium 4.5. mediam inter plãtas & animaliã naturam eis attribuit, ſicuti & Vrticis: & ſimiliter Plinius. Aelianus uerò Cruſtaceis connumerat. Stellæ Plinius extrà callum duriorem (*corium durũ, ſiue callum, ut Holothurijs, Rondelet.*) eſſe ſcribit: is quidem tam durus eſt (Gillio teſte) ut uix gladij mucrone perfringi poſsit. radiorum anguli ad ſilicum duritiem accedunt: nec minùs ab ictibus inuictos quàm ferrum ipſum ſe præſtant. Huius tam duræ ſubſtantiæ ratione forſan Ariſtoteles Oſtracodermis eas adnumerauit. Oppianus Stellas ἑρπυστῆρας εἰναλίους cognominat. Nos (inquit Rondeletius) inter Inſecta & Zoophyta reponimus. inciſuras enim multas in radijs habent: & uix perfecta animalia dici poſſunt. Nos ad poſtremum Teſtaceorum locum, ueluti ambiguę inter ipſa & Zoophyta naturæ, eas retulimus. Cum Echinis certè quædam communia habent, eáque plura quàm ullo alio animalium genere, ut deinceps dicetur. ¶ Stellis omnibus communia ſunt hæc. Radijs (*quos quidam etiam cirrhos nominat, non laudo: & brachia, Oppianus κῶλα*) quinque conſtant, qui ex multis particulis, tanquam ex multis uertebris componuntur, ut in aqua mobiles eſſent, in quorum medio oris ſitus eſt, & quinque dentium, ut in Echinis. Excrementorum nullus exitus. Ore igitur Vrticarum more excerni quæ ſuperuacua ſunt arbitror, Rondeletius. ¶ Stellarum mar. caro brachijs incluſa (inquit Bellonius) rubra uel lutea, edulis eſt: (*quædam tamen ſpecies edendo non ſunt:*) quarum permultas in litore Epiri tantæ magnitudinis cepimus, ut ſeſquipedem latæ eſſent, &c. Natura ijſdem armaturis, hoc eſt, promuſcidibus, eas muniuit, quibus Pudendum et Echinum. Extra aquam omnino immobiles apparent, ſed ſi eas quiſpiam in aquam immergat, & ſupinas inſtrauerit, promuſcides acetabula in extrema plus quàm quinque millia exerere cernet, atque in pronam partem moueri. Os etiam uerſus terram ut Echini habent, in medio radiorum. Suctu quoque acetabulorum, Echini modo, lapidibus adhærent. ¶ Spinulis etiam horret Echini ferè modo, Maſſario teſte. Rondeletius priuatim ſpeciem unam, echinatã cognominat. ¶ Stellæ tam feruidam naturam eſſe tradunt, ut quicquid ſumpſerit, (*deglutierit,*) id licet illico ab ea (eius uẽtre) extrahatur, diſcoctum appareat: Ariſtoteles, ut nos interpretamur. non enim ſimpliciter contactu ab ea hoc fieri ſcribit, ut Plinius & Gaza uerterunt, & Plutarchus etiã tradit. ¶ Genus quoddam earum in Euripo Pyrrhæo maximum eſſe ferunt, ut idem Ariſtoteles tradit: Gaza longè aliter legit & uertit, &c. ¶ Differunt Stellæ magnitudine: quædam enim magnæ ſunt, aliæ paruæ, quæ nũquam magis accreſcunt: & quòd aliæ aculeatæ, aliæ læues ſunt: item radiorum breuitate ac longitudine. Aliæ etiam radiorum appendices & quaſi ramos multos habent, aliæ ijs carent. Poſtremò aliæ rubeſcunt, aliæ flaueſcunt, aliæ nigricant, aliæ cinereæ ſunt. alijs brachia uidentur quadrangula, alijs admodum plana. nõnullas uidimus (inquit Bellonius) in brachia XII. extendi, alias in quatuor tantùm. Sunt quibus tantùm tria ſunt, alijs ſena uel octona. Idem genus unum, maximũ nimirum, edule facit, alias omnes non edules.

Cõmunia omnibus.

Differentiæ.

GRAECI hodie Scauron nuncupant, Gillius.

ITAL. Stella omnibus nota, ſuum adhuc nomen retinet, Maſſarius Venetus.

GALL. Maſsiliæ etiam adhuc Stella dicitur.

GERMANICE nomino ein Meerſtern.

ANGLICE. Eliota Anglus interpretatur a Sterrefiſhe.

Pro una Rondeletij icone nos duas alias (illi tamen ſimiles) quæ iam priùs ſculptæ nobis erant, poſuimus.



STELLAE primæ non magnitudinem (inquit Rondeletius) sed figuram ueram repræsentamus, eius enim radij pedis longitudinem æquant. Corio duro integitur ut Holothuria, sed aspero. radij enim undiq; aculeis muniuntur mobilibus, quales in Echinometra uidere est. Iidem radij excauati sunt: ex quibus carnosæ appendiculæ dependent, quales in Vrticis quibusdam cernuntur. In medio radiorum os est siue gula: inde alimentum in quinq; partes distribuitur, ut in Echinis. Internæ partes omnes indiscretæ sunt, ut in Vrticis. Hæc Stella & parua Echinata, aspectu pulcherrimæ sunt, potissimum corio suo spoliatæ, ob exquisitam & miram partium compagem. Ex his quædam cinereæ sunt, aliæ flauescunt. Virus olent. Sola mollis internaq; pars edendo est. à nostris tamen negligitur, nec unquam in mensas admittitur. Nullus etiam ueterum eam pro cibo habuit.

GERM. Ein Meerstern / das erst geschlecht / ist grösser dañ die anderen: hat zincken eines schůchs lang.



STELLA pectinata Rondeletij. Inter Stellas magnas (inquit) hæc quoque reponenda est, utpote cuius radij ad pedis longitudinem attingant. Superiori similis est, ijs demptis quæ sequuntur. Radij circa rotundum corpus dispositi, in exortu suo angulum acutũ non constituunt, sed obtusum. Aculei quibus latera muniuntur, rari & recti, pectinatim disponuntur: unde cognomen ei fecimus pectinatæ, &c. Rara est hæc species.

GERM. Ein andere art der grossen Sternen / mag von den spitzẽ oder zänen an den seytẽ / ein Kämpstern / oder Strålstern genañt werden.

STELLA læuis Rondeletij. Prorsus (inquit) læuis est, aculeisq; omnib. atq; asperitate destituta. Radij longi sunt, rotundi, flexibiles, Murium caudis persi-



miles. Eorum integumentum cortici serpentum simile est: & ob nigrarum albarumq; macularum uarietatem spectatu iucundum. In medio corporis trunco circulus cernitur, intra circunferentiam quinque maculis rotundis, & inter has stellulæ picturà distinctus. Brachiorum longitudine & uario flexu celerrimè natat. Edulis non est.

GERM. Ein gar glatter Meerstern / mit weyssen vnd schwartzẽ tüpflinen schön besprenget. Er schwümmet im meer vast schnell mit seynen langen vnd glidweichen zincken.

STELLAM arborescentem (inquit Rondeletius) à frondium & ramorum multitudine nomino. Ea radios quinque siue truncos habet: in medio os, cũ quinque appendicibus, quæ multis paruis dentibus horrent, &c. Quilibet radius statim in binos finditur: hi rursus in binos ramos diuiduntur: atque ita deinceps, quousque ad tenuissimos & capillorum tenuitatem referẽtes deuentum sit. A quolibet oris angulo linea albicans prodit, & per omnium ramorum medium producitur: alioqui tota Stella nigricat: (*Stellas quidem marinas nigras Hippocrates nominat*) & tenui, neq; admodum dura, sed aspera, cute contegitur. Ramuli omnes introflectuntur: quibus undique (ceu brachijs) contractis prædam (Vrticæ ritu) comprehendit: quod nos ipsi aliquando in mari spectauimus.

GERM.

GERM. F. Ein Staudenſtern/wirt gar ſelten im̃ Teütſchen meer gefunden.



STELLA reticulata ſiue cancellata Rondeletij. Inter diſtinctiones (inquit) retibus uel cancellis eleganter ſimiles extant tubercula quædam rotunda, à quibus etiam tuberoſa cognominari poſſet. Brachia eius ad pedalem longitudinẽ perueniunt, (quare inter maiores Stellas reponenda eſt,) craſsiora aliarum Stellarum radijs. Aculeis paruis utrinq; eadem munita ſunt.

GERM. F. Ein Netzeſtern/iſt geteilt wie ein garn oder netze: mit zincken eines ſchůchs lănge.



STELLA echinata Rondeletij. Inter ſaxa uiuit: corpore exquiſitè rotundo paruoq; conſtat: & radijs quinque, ſed breuioribus, unde fit ut minor ſit cæteris. Illi è paruo circulo, in quo crucis figura delineata eſt, ueluti è centro exoriuntur, tenues, frequentiſsimis aculeis horrentes: qua de cauſa (inquit) Echinatam nominauimus, in lateribus diſpoſitis. Radiorum flexuoſo motu ſerpentum ritu repit hęc Stella: et in ſicco poſita eos mouere nunquam deſinit, quouſq; in partes diſiecerit: quæ ſeparatæ etiam mouẽtur per flexus, ut uermium partes & Lacertorum caudæ abſciſſæ. Cochleis paruis Cancriſq; ueſcitur. In ſcopulis Agathenſis ſinus reperitur.

GERM. F. Ein Wurmſtern/kleiner dann die anderen/voll ſpitzen an den zincken/ welche er on vnderlaß bucket vnnd bewegt.

SOL marinus (inquit Rondeletius) uocari poteſt quem hîc depingimus. differt enim à Stellis: quòd in his è medio corporis trunco, ueluti è centro, radij enaſcuntur: in hoc uerò ex corporis rotundi circunferentia, breues, minimè aſperi ſuperiore in parte, ſed ueluti ex ſquamis compoſiti, in lateribus uerò paruis aculeis rigentes, albi, ad extremum uſque gracileſcentes. Corpus illud rotundum, in medio roſæ pictæ figuram expreſſam habet. Ore, uictu, facultate à Stellis non differt.

Luna. ¶ Vt Rondeletius Solem inter Stellas numerat: sic & LVNAM maris olim ab amico (ut ipse nominabat) mihi ostensam memini: radijs quinis, geniculatis ferè ut Cancrorum caudæ, substantia ferè testacea, molliori, instar testæ oui, friabili & arenosa dum manditur: cinerei coloris.

GERM. F. Ein Meersonn.



DE HOLOTHVRIIS, TETHYIS, PVLMONIBVS ET PVDENDIS MArinis. Quæ omnia communi nomine Zoophyta testacea dixerim: Rondeletius quidē ad Zoophyta retulit.

TESTATORVM quædam minus propriè sic dicuntur, utpote nō tam testa, quàm corio duro intecta: ut Holothuria, Tethya, Stellæ, Pulmones. De Stellis iam diximus, de Pulmonibus mox dicturi. Rondeletius Stellas Insectis, cætera Zoophytis adnumerauit. Idem Stellam primam corio duro (*callo, Plinius*) integi scribit, ut Holothuria, sed aspero. Quare cum Stellas ad Testatorum genus retulerimus, hęc etiam ultimo loco eis subijcere uisum est: non quòd cum illis qui uel simpliciter Zoophyta, uel ambiguæ inter hæc & Testata naturæ, ea esse maluerint, cōtendere uellem. ¶ Testata omnia ferè in cibum ueniunt, Holothurijs & Stellis quibusdam exceptis. Zoophyta & Insecta nulla (quod sciam) edulia sunt: Tethya, ut dicemus, edūtur. quæ fortè iustiori ratione quàm Holothuria, utpote ζωτικώτερα, Testatis potiùs quàm Zoophytis adscribentur.

Holothuriorum Rondeletij prima species.



HOLOTHVRIA, ὁλοθούρια. Gaza Vertibula uertens tum hæc tum Tethya confundit: alibi etiam Holothuria interpretatur Tubera & Callos &c. (Mihi tria hęc nomina Latina Tethyis meliùs quàm Holothurijs conuenire uidentur.) præstiterit igitur nomen Græcum retineri: quod unde factum sit, non satis uideo. Secunda quidem eorum species à Rondeletio exhibita, genitalis uirilis quandam similitudinem præ se fert: ut Holothurium dictum uideri posit, quasi toto corpore ad huiusmodi speciem uel libidinem conformatum. θοῦρον enim interpretantur libidinosum: θουρήτραν, ὀχείαν: & θορὸν, genituram. ¶ Quæ Holothuria uocant, & Pulmones, & complura eiusmodi alia in mari, parum à plantis differunt, sua ipsorum absolutione. Viuunt enim sine ullo sensu, (*& motu,*) perinde ac plantæ absolutæ, (quæ aliquantisper superuiuere possunt,) Aristoteles lib. 4. c. 5. de partib. animalium, ubi Testatorum differentias explicans, ipsorum quoque inter alia meminit: quanquam & Spongiarum ibîdem, non tanquam eiusdem generis, sed quòd similiter ferè in medio plantarum animantiumq́; generis ambigant. Gaza quidem interpres illic de suo addit, simplici mitioriq́; testa ea operta esse.

Zoophyta sunt saxis non hærentia, (primum genus aliquando acetabulis suis hæret, sed soluitur,) aspero corio contecta: nec inter cibos habentur, sed in litoribus neglecta iacent. Pisculentum odorem resipiunt, nec minus ingratum & insuauem, quàm Lepus marinus, Rondeletius.

GERM. Ein Meergewechß/ hat kein sunderlich låben noch bewegliKeit/auch iñwendig kein vndscheid d glidern.

HOLOTHVRIORVM secūda species, quæ motum aliquem habere uidetur, cuius prsus expers est, primum genus.

GERM. Ein andere art deß yetzgemeltē meergewechsses.



Tethya

Tethya à Rondeletio propoſita corio ſuo tecta: & unum eo nudatũ, ut caro interior uentriculi formam referens, appareat.



Aliæ icones à Bellonio exhibitæ, una integri, altera aperti Tethyi: quæ an eædem ſint cũ illis quas Rondeletius dedit, conſiderandum.

Picturas quatuor ſequentes, olim Cornelius Sittardus miſit: quæ uel Tethya eſſe uidentur, uel eorũ naturæ propinqua. Duas maiores Fungos marinos eſſe aut uocari in Italia, addebat, teſtæ duræ incluſos. Colore, ut pictos accepi, uario ſunt, ſed magna ex parte fuſco. quæ uerò in maxima uirgæ, contextu quodãmodo reticulato (eæ continuæ eſſe debebant) uiſuntur, rubræ. Si Tethya non ſunt, an Fungi mar. Xenocratis ſint, quibus Tethya comparat, quærendum. Minores duas uulgò nominari Specie, ab odore aromatico, earum pictura foris fuſca uel ſubuiridis, hirſutaq́ apparet: ſubſtantia (ut aliquis coniecerit) coriacea. intus autem caua & rubra. Saxis adhærere aiunt. His ferè ſimiliter ſua Tethya Bellonius pinxit.



TETHYA uel Tethe Græcis dicũtur, (τήθυα ἢ τήθη, ut κρόμμυα κήτη,) plurali numero neutri generis; non placet quod apud Plinium alicubi Tetheæ legitur fœminino genere. Gaza cum Holothurijs cõfundens, Vertibula, Callos & Tubera interpretatur, ut proximè in Holothurijs diximus. Tethya fungorum uerius generis quàm piſcium ſunt, Plinius: hoc eſt, Zoophyta potius quàm ζῶα. (Similia ſunt fungo, plantæ marinæ, Xenocrates.) Ariſtoteles Teſtatis adnumerauit Hiſtoriæ lib. 4. cap. 6. ubi cum qualis ſit eorum teſta, quoq́ modo ſaxis adhæreant, expoſuiſſet, fuſius reliquas partes perſequitur. Duo (inquit) foramina habent, à ſeſe diſtãtia, ualde exigua, ita ut ferè oculorum aciem fugiant, quibus humorem reddunt & accipiunt. Corio ſpoliatis primùm apparet membrana neruoſa, corpus ambiens, carnemq́ ipſorum totã continens: nulli è cæteris teſtaceis ſimilis, &c. ¶ Tethya (inquit Rondeletius) non ſolùm petris, ſed etiam Oſtreorum noſtrorum teſtis affixa ſunt, & in iiſdem ueluti tumores duri eſſe cernuntur. Oui figura ſunt, aliquando longiore. Teſta extra fuſca, inæqualis & rigida, (*tota occuluntur teſta læui, Ariſtot.*) intus argentea, læuis. Eorum caro membrana alba inuoluta, uentriculi formam refert, rotundam ſcilicet & oblongam: meatus craſsior & amplior, gulæ proportione reſpõdet: alter minor, podici. uterq́ colore eſt rufo; reliquum corpus croceum. quum digitis premitur, aqua per meatus exilit, alioqui ſenſum fugientes. ¶ Venetiis in foro uendi ſolent Tethya, inquit Bellonius, magnitudine oui gallinacei: quæ ſi manu paulò uiolentius comprimas, ſyringis modo aquam longiſsimè ex foramine parum ad latus ſito eiaculantur. Sic ille: & forſan inde dicta fuerint τήθυα uel τήθη, quòd ſicut τιτθοί, id eſt, mamillę, (uel τιθῆναι, id eſt, nutrices ſuis mamillis,) lac emittunt meatu uix apparente; ſic & illa humorem ſi comprimantur, uel quòd ceu ma-

Fungi.

Tethya unde dicta.

millares quidam tumores petris Ostreisue adhæreant. τήθεα διφῶν, Homerus dixit Iliad Π. de urinatore Tethya in fundo maris ad cibum conquirente. ubi Eustathius Tethya scribit Ostreorũ generis esse, sic dicta à terra quam Tethyn nominant. sunt enim (inquit) præ cæteris marinis naturæ terrenæ, propter ambientis testæ duritiem. aut fortè denominantur à nutrice infantũ, quæ τήθη dicitur, propter tenerum eorum corpus, uelutiq; lacteũ & roscidum: qua ratione huiusmodi (Ostrea) etiam ἐρσήεντα quidã cognominat. Alibi (Odyss. Δ.) idem Eustathius, à uerbo θῶ, θήσω, quod est lacto, deriuat. Tetheæ inueniuntur sugentes in folijs (*Rondeletius legit scopulis*) marinis, Plin. insinuans fortasis etymologiam ipsorum à uerbo θῶ, θήσω, quod est, lacto uel sugo. Tethya gignuntur in cauernis saxorum, maximè uerò in cœno & litoribus, quæ phyco algáue marina abundant. inueniuntur & in musco marino, aut alijs in herbis folijsúe marinis: Vuottonus è Xenocrate ferè. unde folijs apud Plinium (in loco proximè citato) rectè legi apparet. Idem Xenocrates (interprete Rasario) Tethya scribit qualitatem manui indere, quæ difficulter abstergatur. maximè uerò (inquit) coria eorum non cõficiuntur. auxiliantur autem renibus, &c. ¶ Motu, & fortè etiam

Tethynacia sensu carent, tactum exceperim. olfactum Aristotele eis negat. ¶ Tethynacia (diminutiuum id nomen est) Epicharmus apud Athenæum cum testatis alijs diuersis nominat. ¶ Grammatici quidam Græci Tethe interpretantur Ostrea, uel genus Ostreorũ: quod tolerabilius est, si Ostreũ pro

Patellæ feræ ostracodermo in genere accipiant: ineptius Nicandri Scholiastes Patellas feras, quæ nos (inquit) Otia, id est, Aures, uocamus. Tetheæ similes ostreis, Plinius.

GRAECVM uulgus Spherdoclos nominat, Bellonius: fortè à sphærica figura.

ITAL. Venetorum uulgus Sponghas, hoc est Spongias nominat, Bellonius. Adriatici sinus accolæ ex eo Spongias nominant, quia cum premuntur, tanquam Spongiæ, sic aquam foraminibus reddunt. Sunt qui uulgò Spongiolas marinas putent uocitari, Brasauolus. Sfunge (Sphunge) uulgò scribunt ac proferunt, fortè nõ à spongia, sed à fungo, facto nomine. Fungorum quidem generis ea esse, ut Plinius: aut fungo plantæ mar. similia, ut Xenocrates tradit, dictum est suprà. Vulgò apud Tarentinos dicitur Verticillum, propter formam, & paruos quosdam anfractus quibus describitur, Niphus: qui alioqui Vrticas cum Vertibulis confundit.

GALL. Nostri Bechus uocant, Rondeletius. Hoc genus piscium Masiliæ paucisimis cognitum senes quidam (cùm eius descriptionẽ multùm ipsis inculcassem) nominarunt mihi Vichonos, Gillius. Vide etiam mox in Germanicis nominibus.

GERM. In Oceano ad litus Gallicum frequentia sunt Tethya: alibi autem nusquam (quod sciam) edulia: persæpe quidem Ostrearum testis adhærere Lutetiæ uidetur, Bellonius. qui tamen Gallicum eorum nomen nullum depromit. Nos inde Germanico etiam Oceano ea non deesse facilè conijcimus: quia uerò nomen nullum habemus, fingimus hæc. **Sprützling/darum das von jnen wasser scheüßt gleych wie von einer sprützen so man sy züsamen truckt. Oder Mägling: dann das fleisch das in der schalen eynbeschlossen/sicht einem magen gleych. Schwümling/Brüstling/etc.**

PVDENDVM mar. uirile. Mentulam mar. (inquit Rondeletius) Zoophytum hoc uocamus, eius figura et specie maximè nos ad id impellente: atque etiam uulgari appellatione, qua Masilienses & nostri utuntur. Corio duro constat, ut Tethya. quum uiuit, intumescit ac distenditur: post mortem flaccescit. Foramina duo habet, quibus aquam trahit & reijcit. Partes internæ, indiscretæ sunt. Multa huiusmodi circa Stœchades insulas capiuntur. Varia sunt, alia uiridia, alia ni-

Colybdæna. gricantia, alia flauescunt. ¶ Colybdænæ nomine Epicharmus (citante Athenæo) intelligit θαλάττιον αἰδοῖον, id est, Pudendum marinum: uel, ut Heraclidæ placet, Squillam. Colymbænæ cum

Colymbæna. Gammaris, Squillis, Sepijs, &c. stomachicis in cibo conueniunt, Galenus de composit. med. sec. locos 8.4. per Colymbænas nimirum Crustata quædam & cibo apta intelligens. Rondeletius Vrticam paruam hodie à Græcorum uulgo Colycænam dici scribit, à Gallis Culum Asini. ¶ Pi-

Colycæna. ren (πειρὴν) Numenij, Pudendum marinum masculum, aut aliquam eius speciem significare uide-

Piren. tur. ¶ Halesurion (aut fortè meliùs Halosurion) pro genitali marino accipi uidetur, quasi ἁλὸς οὐρά, id est,

id eſt, marina cauda. Vegetius quoque Zoophytis quibuſdam marinis Caudam adnumerat. *Cauda.*
Eſt & piſcis *(communius accipit piſcem pro aquatico animali)* nomen Aedœon: quod & nos Genitale nuncupamus marinum, à nonnullis Haleſurion Græcè dictum: quanquam Haleſurion ſunt qui pro Callionymo piſce capiant, Hermolaus Barb. *Aedœon.* ¶ Pudendi marini utriuſque ſexus meminit Apuleius, nominat autem Virile, Veretillum: & muliebre, Virginale: quod etiam ab indocto quodam interfœmineum appellatum reprehendit. *Veretillum. Virginale.* Hæc friuola (inquit) pleraq; in litoribus omnibus aceruatim iacent. ¶ Holothuriorum ſecunda ſpecies paulò antè exhibita, genitalis uirilis quandam ſimilitudinem præ ſe fert. *Holothuriū.* ¶ Oſtreum quoddam unius conchæ inuenitur, quod habet ſpeciem uirilis uirgæ inferiùs: & aliud eiuſdem generis, quod habet ſimilitudinem uuluæ muliebris. *Oſtrea quædā αἰδοιώδη.* Huius oſtrei concha refert Cochleam: & eſt ſpinoſa extrinſecus, in cibo gratæ & delicatæ carnis. in eodem ſæpius margaritæ reperiuntur. abundat autem in litore maris Germanici & Flandrici: uocaturq; ab accolis Billegen, Albertus. eſt autem fortè idem hoc genus, quod Pulmonem marinum ueteres uocarunt. is enim & teſtaceus eſt, & formam Pudendi repræſentat: quamobrem Itali uoce obſcœna Potam marinam uocant, ut Bellonius tradit: quanquam Pulmonem marinum illius, Rondeletius Vrticæ genus facit. *Pulmo mar.*

GALL. Propoſitam à ſe iconem Rondeletius Maſsiliæ & circa Monſpelium, Mentulã marinam uocari inſinuat. Ab hac uerò diuerſam, quam nos Pennam marinã, piſcatores noſtri (inquit) Mentulam alatam uocant.

GERMANICE tum eam Vrticæ ſpeciem, quam Itali Potam, tũ exhibita à Rondeletio Pudenda, & ſi quid aliud in mari eandem ſpeciem præ ſe fert, Meerſchaam uel Seeſchaam, id eſt, Pudendum marinum nominabimus: uirile priuatim Seeſtert. ¶ De Germanico nomine Billegen paulò antè inter Latina diximus.

ANGLI Pudendum mar. maſculum Pyntylfiſhe appellant.



PVDENDI marini altera ſpecies. Zoophytum iſtud (inquit Rondeletius) à mentulæ contractæ forma non multùm diſtat, ſi eam cum ſcroto accipias. Ex dura quidem teſta conſtat, ſed ueluti cartilaginea, ſpiſſa, rugoſa, perſpicua. Foramina à ſeſe ſeiuncta duo habet, quibus aquam reijcit, quum comprimitur. Partes internas indiſcretas habet, ueluti reliqua Zoophyta. Sic ille.

De eodem ſentire uidetur Bellonius, quum ſcribit: Alia ſunt purgamenta marina, quæ genitale uiri imitantur, tum ſpecie, tum magnitudine, pinnis etiam ſubnexis binis loco teſtium. niſi fortè potiùs hęc ſit Penna mar. Rondeletij: quam piſcatores circa Monſpelium, formę extremi alterius ſimilitudine inducti Mentulam alatam uocãt. *Penna mar. Mentula.* Cuius etiam Albertus meminit, loco teſtium in his Zoophytis alas prominere ſcribẽs: tardè moueri ea, nec uiuere niſi in aqua. ¶ Longè aliud ab hactenus memoratis Pudẽdum illud marinum eſt, quod ſic nominauit Bellonius: cui ſenſum tactus, & motum Lumbrici uel Hirudinis, (tum contrahendo ſe, tum ſerpendo de loco ad locum:) & partes internas diſcretas, os cum dentibus, gulam & ſtomachum attribuit. *Pudendum mar. aliud à Bell. dictum.* Genitale (inquit) dicitur, quòd teres ſit, pedem longum, & mediocris brachij craſsitudinis, &c. rufi coloris, aſpectu toroſo, Nymphææ radicis ſimilitudine. ſemper ad ima ſidit, nunquã natat: contrectatumq; in ſeipſum contrahitur, ac cornu duritiem habet, uixq; acuta cuſpide pertundi poteſt: alioqui permolle, dum ſua ſponte mouetur. Suas promuſcides quando uult exerit, atque ita conſtringit, ut ex pedali longitudine uix ſex digitos longum appareat. acetabulis quæ in promuſcidibus habet, lapidibus hæret: in quibus plus quàm quatuor millia nonnunquam annumeres. Ex anteriori capitis parte crinitas emittit ueluti arbuſculas, acetabulis plenas: quibus quicquid palpat, ad os adducit: quod tam amplum aperit, ut uel integram conchulam admittat. ueſcitur enim omni Conchyliorum genere. Eius recrementa uiſcida, copioſa, & albiſsima ſunt: quæ ita tandẽ indurantur, ut cum fidibus neruea firmitudine certare poſsint. Oſsibus & ſanguine caret, exceptis dentibus. Hoc maris purgamentum à piſcibus alijs minimè tentatur, nec à quoquam in cibo expetitur. Litorale eſt: nec alibi reperitur quàm ubi Patellæ & Vertibula. Vulgus Italicum Cazo marino nuncupat, Græcũ Pſoli. Sic ille, nulla eius icone appoſita. Mihi certè plus quàm Zoophytum hoc animal uidetur: quod non uideo quò referri poſsit, niſi fortè ad Mollium genus, quum animal ſit exangue, ſine oſ-

sibus, non testaceum, non crustatum, non denique insectum. Quòd modò solutum uagatur, modò acetabulis suis adhæret: id etiam cum Mollibus, præsertim Vrticis in eo genere, commune habet.



PVDENDI mar. alia species, cuius picturam olim Cornelius Sittardus ad me misit. Id aliqua ex parte simile est illi, quod secundo loco Rondeletius proposuit, colore è luteo subuiridi. Massa quædam informis uidetur, retrorsum ubi crassior altiorque est, ueluti cornu paruum, rugosumque extenditur. opposita pars humilior ceu in glande colis foramen ostendit: idque rubicundi coloris, si pictor non fallit. Hoc in Italia prope Romam raro capi, nec esui esse aiunt.

PVLMO marinus, (πνεύμων uel πλεύμων Attice Aristoteli,) Zoophytum est sponte proueniens. Multis eadem natura quæ frutici, ut Holothurijs, Pulmonibus, Stellis, Plinius. à quo alibi etiam Halipleumon appellatur. *Halipleumõ.* Inter Testacea habetur ab Aristotele: eodem scilicet modo quo Holothuria, Tethya & Stellæ: quę omnia corio duro conteguntur. *Prouerbium.* Pulmonis uitam uiuere, prouerbium est in eos, qui otiosam & securam nimiùm stolidamque uitã degunt, sine sensu ferè, & temporis ratione. Plato in Philebo: λογισμοῦ δὲ στερόμενον, μηδὲ εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον ὡς χαιρήσεις, δυνατὸν εἶν λογίζεσθαι: ζῆν δὲ οὐκ ἀνθρώπου βίον, ἀλλά τινος πλεύμονος, ἢ τῶν ὅσα θαλάττια μετ' ὀστρείνων ἐμψυχά ἐστι σωμάτων. Hinc & πλευμονία, οἱονεὶ βλακικόν τι πάθος apud Suid. in βλάκα. ¶ Pulmo mar. id est, Cunnus marinus, Interpres Kiranidis. sed obscœno hoc nomine Italis dictum Zoophytum, (Pota mar.) Vrticæ genus potiùs fuerit: quamuis etiã Bellonius pro Pulmone mar. accipiat. Veteres quidem Pulmonem marinum ceu uulgò notum nõ satis descripserunt. ¶ Conijcere autẽ licet Pulmones, uel à pulmonum nostrorum figura, uel ab eorundem substãtia laxa, molli, foraminibus plena, nominatos fuisse, inquit Rondeletius: unde Aristoteles Spongias aplysias Pulmonibus cõparauit. Eo quidem in loco de marinis potiùs (utpote quorum densa & tenax sit substantia,) quamuis dubitat Rondeletius, quàm de uiscere animalium sensisse mihi uidetur. ¶ Pulmone marino si confricetur lignum, ardere uidetur, adeò ut faculam ita præluceat, Plinius. qui etiam psilotri uim ei attribuit, &c. ¶ Nos (inquit Rondeletius) cum illa quæ saxis affixa sunt, diligentiùs rimaremur & contemplaremur, inuenimus substantiam quandam illis hærentem, corio duro & nigro intectam, intus mollem, fungosam et fistulosam, Spongiarum aplysiarũ modo. Ea in saxorum rimis nascitur, cuius imaginem non exhibemus, quia commodè pictura exprimi non potest.

Corpus quoddam rotũdum, pilæ mar. modo, &c. quod an Pulmo mar. sit, Rondeletius dubitat: uidetur autẽ hoc ipso saltem potiùs esse Pulmo mar. quàm quod priore loco à Rondeletio describitur. quòd non affixum saxis, sed absolutum est, &c. aplysiæ quoque similitudo, non minus huic quàm illi fauet.



Vel Pulmo marinus dici potest corpus quoddam rotundum, pilæ marinæ modo, uirescens, foris substantia feltro simile, intus totum fistulosum ueluti Spongia aplysia. id in mari aqua plenum est & graue. extra mare in se concidit & flaccescit. In saxorum rimis delitescit, et inter algas. quum uerò per mare fertur, tempestatis signum est, quod de Pulmone marino scripsit Plinius. Hęc Rondeletius. Pulmones quanquam zoophyta, non adhærent, sed absoluta sunt, Michael Ephesius.

GERM. Ein sunderlich Meergewechs/von den alten Griechen ein Lunck/oder Meerlunck genañt/ außwendig mit einer herten haut gleych als låder (wie auch die obgenannten

Spriitzling

Spꝛützling vnnd andere) bedeckt. so man ein holtz mit reybet/soll es scheynẽ als ob es brün=ne. Man zweyflet ob es dises gewechs sye/welliches hie fürgestelt wirdt/wie ein kugel/grünlacht/vnd wie filtz außwendig/ inwendig aber gelöcheret wie die gar groben schwümm die sich nitt bereiten lassend/vnd allweg vnreyff beleybend.

ZOOPHYTA reliqua ordine XVII. requires, quæ scilicet non corio aut testæ instar calloso operimento, sed alio quopiam suo integuntur, &c. Rondeletius aptiùs hæc & illa coniunxit. nos dum Aristotelem, qui hæc Testaceis apponit, sequimur, incommodè diuulsimus, Ordine insectorum interposito.

ORDO XVI. DE INSECTIS MARINIS.

DE MOLLIBVS in mari alijsq; exanguibus animalium, scripsimus suprà in genere, à principio Ordinis XIII. ¶ Pulicem & Pediculum marinos, quanuis tenui crusta integantur, Insectis potiùs, quàm ut Rondeletius Crustaceis, adiunximus, quòd forma eorum tota à Crustatis plurimùm differre uideatur, magisq; ad Insecta accedere. ¶ Ad Insecta referri potuissent etiam Stellæ. nam incisuras multas in radijs habent: sed ultimo Testatorum loco, ueluti ambiguæ naturæ, eas referre maluimus. ¶ De insectis in genere hoc in loco nihil differimus: quoniam longè plura insecta terrestria sunt; quorum historiæ tractatio aliqua his atq; illis communis præmittenda est.

Icon hæc Venetijs facta est, minùs accurata quàm Rondeletij: quæ & pilos ab eminentibus singulis in capite dorsoq; partibus singulos ostendit, & pinnulam in extremo dorso.



HIPPOCAMPVS, ἱππόκαμπος, à Græcis dictus, apud Latinos idem nomen retinuit, ab hippos quod est equus, & campe quod est, flexura, uel eruca, compositum. capite quidem & iuba equum æmulatur: corpore autem est repando, & in arcum se curuante: præterea uilloso & incisuris multis disiuncto, quemadmodum quæ in arboribus & oleribus reperiũtur erucæ. Ergo cum erucas, maximè cauda referat, reliquo corpore equum, Hippocampus *(quasi Equerucus)* optimo iure uocatus est, Rondeletius. Plinius Hippum, ut Oppianus uocauit, Athenæus Hippidiũ, Bellonius. sed hæc eius coniectura incerta est, cum authores illi Hippum & Hippidium nominarint tantùm. Videtur autem potiùs sui generis piscis esse Hippus, ut & Hippidium, siue idem cum illo, siue diuersus. Campas *(Meliùs, Hippocampos)* marinos equos Greci à flexu posteriorum partium appellant, Varro. Hippocampi, equi marini, à flexu caudarum quæ piscose sunt, Nonius. at ueri Hippocampi cauda piscosa (id est, piscium caudæ similis) non est: sed fabuloso Neptuni equo, (quem falsò quidam Hippocampum & Hippopotamum appellarunt,) talem affingebant olim pictores. Caballiones marini pro Hippocampis nominantur à Vegetio in Hippiatricis. Albertus barbaro nescio cuius linguæ uocabulo Zydeath dixit. ¶ Fel & sanguinem ei attribuunt, Rondeletius etiam hepar & cor: quare non erit forsan propriè Insectorum generis, ut ex corporis eius segmentis uideri posset, sed ambiguæ inter sanguinea animalium & Insecta quæ sanguine uacant, naturæ. Rondeletius tamen, quem sequimur, Insectis eum adnumerauit.

Hippus. Hippidium.

Caballio mar. Zydeath.

GRAECI hodie ἀσπίδα uocant, quidam Salamandram marinam, Rondeletius.

ITAL. Romani, Illyrici, Genuenses, Chaual nuncupant. Veneti Draconem. quidam Gallum marinum, Rondeletius. At Bellonius à Venetis Faloppa dici scribit: [*Rondeletius Crangonem è Squillis Vallopam nominari:*] Genuæ & Massiliæ Gaballum *(quod malim quàm Gallum)* marinum. ¶ Sunt qui Caualin marino, Caualin ritorto, uel Dragonetto uocẽt: hoc est Equiculum marinum uel Dracunculum, ut Matthiolus interpretatur; alij il Dracone marino.

HISP. Caulinho marino.

GALL. Massilienses & circa Monspelium Cheual & Cheualot, Rondeletius. Massilien-

ses Gaballum mar. Bellonius. Galli Draconeto, Amatus Lusitanus.

GERMANICE nominetur ein Meer roſſz/ein Seeröſsle. Aſpidis quidem, Dracunculi & Salamandræ nomina à diuerſis populis, ſi formam reſpicias, ineptè ei attribuuntur: at quoniam uenter eius, Aeliano teſte, uenenatus eſt, uenenatorum quoque animalium nomina ὁμωνύμως fortè in ipſum translata fuerint.



ERVCA marina Rondeletij. Ore (inquit) & oculis caret. in medio latior eſt, extrema gracileſcunt & incuruantur. In uentre ſiue in ſupina parte, rugoſus eſt, pudendi muliebris ſpeciem referens. in prona parte, ſiue in dorſo tumores parui eminent (Verrucas piſcatores noſtri uocant,) è quibus pili uirides exiſtunt. Ad contactum intumeſcit & ſupernatat, ut Aelianus de Phyſalo ſcripſit. prætereà uenenatum eſſe in Cane experti ſumus. cum Phyſalo tamen Aeliani idem eſſe hoc animal, non affirmamus, ei tamen certè non ualde diſsimile fuerit: uel Erucarũ marinarum generi rectiùs ſubijcietur. Sic ille. Aelianus certè φύσαλον ſuum piſcẽ facit maris Rubri: ſine ore & oculis, & brãchias ei tribuit: Rondeletij uerò Phyſalus circa Monſpelium in mediterraneo notus, inſectorum generis eſt. quoniam tamen hic quoque uenenatus eſt, & tactu inflatur, Phyſalum appellari non prohibebimus. Aeliani quidem Phyſalum pleraque cum Lepore marino communia habere obſeruauimus, ut ſpecies eius uideri queat. Eſt & inter belluas mar. Phyſalus, alio nomine Phyſeter. ¶ Diuerſa ab hac eſt Eruca marina Bellonij. *Phyſalus.*

GERM. Mag ein Meer rauppe genennt werden. iſt ein wunderbarer haarwurm im meer.

Icon à Rondeletio exhibita.



Animal hoc marinum cuius iconem (neſcio unde nactus) hîc pono, ſi Pediculi mar. ſpecies non eſt, quò referam dubito.

PEDICVLVS marinus, (φθεὶρ θαλάττιος Ariſtoteli,) cum Pulice conſpirat ad infeſtandos piſces & tenui cruſta integitur: (unde à Rondeletio cruſtaceis adnumeratur, ut ſcripſimus initio huius Ordinis.) maioris fabæ magnitudine & latitudine eſt, Scarabeo terreſtri ſimilis, corpus ex aliquot tabellis conſtat. Piſcibus ita hæret, ut eripi non poſſit. Sugit ut hirudo: nec prius abſcedit quã tabidum & exuccum piſcem reddiderit. Errant qui Pediculum marinum, Aſilum ſiue Oeſtrum Ariſtotelis faciunt, Rondeletius. qui in ſtagnis etiam marinis Pediculos naſci ſcribit, ita conglomeratos, ut piſces uel hamo iam captos abſumant. Vide mox etiam in Pulice mar. ¶ Eſt & Pediculus piſcis Ariſtoteli: qui omnium pinguiſsimus fit pabuli copia, quæ Delphini (quem ſequitur) opera ſuppeditatur, in mari quod eſt à Cyrena ad Aegyptum.

ITAL. Pedozo marino. Idem fortè eſt Pruſa Genuæ dictus, non Aſilus ut Gillius putabat.

GERMANICE interpretor Waſſerlauß, uel potiùs Meerlauß. nam in dulcibus etiam aquis inſecta quędam appellari audio Waſſerleüß. Vel Meereſel. Aſellis enim multipedibus (qui ſub aquarijs uaſis ſtabulantur) ſimile hoc animal facit Ariſtoteles: niſi quòd caudam latam habet.

PVLEX marinus Rondeletij. ψύλλος θαλάττιος: ſic dictus eſt nimirum non tam à formæ, quàm ſaliendi ſimilitudine, & ſimiliter piſces in mari infeſtandi natura, ut Pulices in terra moleſti ſunt animalibus. Hîc exhibitus facie homunciones ridiculè pictos uel Simiam repræſentat: alijs partibus Locuſtæ ſimilis eſt, tam exiguis quidem ut niſi ab oculato diſcerni non poſsint. Tenui cruſta integitur: quamobrem à Rondeletio cum Cruſtaceis deſcribitur, ſicuti ab initio huius Ordinis dixi. Piſces (inquit Ariſtot.) uel manu facilè caperentur dum dormiunt, niſi à Pediculis & Pulicibus uexarentur. nunc uero ſi ſomnum diutius capiât, noctu ab innumera multitudine beſtiolarum iſtarum occupati abſumuntur. Gignuntur eæ in pro-



fundo

fundo mari tanta fœcunditate, ut escam ex pisce confectam, si diu in imo manserit, totã corradant: atque piscatores sæpe escam demissam, glomeratis undique his bestiolis, perinde ut globum recipiant. ¶ Niphus Scolopendras mar. uulgò Pulices marinos dici scribit, quòd pisces eodem modo infestent. nos Scolopendras mar. longè alias dabimus inferiùs. *Scolopendræ mar.*

GERM. F. Ein Meerflohe.



OESTRVS uel Asilus marinus, qui similiter in mari pisces quosdã (præsertim Thynnos & Xiphias) stimulat & exagitat, ut Asilus terrestris.

ITAL. Prusam uocant Ligures, Gillius. is (inquit) quem uidi albus erat, & ad piscem Pagrum inhærescebat. Piscatores affirmant maximos etiam pisces ab eo confici. Sic ille. sed an Pediculum mar. pro Oestro acceperit, inquirendum.

GERM. F. Ein Meerbräm: stupft vnd treybt die fisch im meer/ wie ein bräm die thier auff erden.



HIRVDO marina. Viuit hæc (inquit Rondeletius) in mari & marinis stagnis, ei quæ in aquis dulcibus nascitur, persimilis. Licebit & Lampetrã piscem, Hirudinem marinam uocare, Strabonis exemplo: qui scripsit in quodam Libyæ fluuio nasci βδέλλας septenûm cubitorum, quæ branchias habeant perforatas, ita ut per eas respirare possint. Lampetræ quidem ore, similiter ut hirudines, ueluti sugentes adhærent. ¶ Hirudinem fl. quæres infrà.

GERM. Ein Meerägle/Meerägel.

VERMIS Microrhynchoteros Rondeletij. Vermium (inquit) ut in terra, ita in mari diuersa sunt genera. (De Seta marina in fluuiatilibus dicetur.) hîc duos tantùm proponemus quos sæpe inter maris purgamenta reperimus, ueteribus (quod sciam) indictos. Eorum prior cute molli contegitur, tota incisuris constante: os uel rostrum obtusum est, parumq́ prominet, unde μικρορυγχότερον cognominauimus. Alijs rostrum deest: & foramen tantùm habent capiendi cibi gratia. Totus uermis digitali est magnitudine, digiti minimi crassitudine.

GERM. Ein Meerwurm eines fingers lang/des kleinsten fingers dick/ mit einem kurtzen kumpfen schnäbele: etlich habend nur ein löchle an statt des schnabels. ich halt er sye der natur der Mettlen/wie auch der nachuolgend.

VERMIS Macrorhynchoteros Rondeletij. Hic (inquit) multò longior est superiore. nam aliquando duorum cubitorum magnitudinem æquat, pollicisq́ crassitudinem. rostro etiam multò longiore, simili Hippocampi rostro, unde μακρορυγχότερον nuncupauimus. Farciminis longi figuram refert. Intus longum duntaxat uentriculi uel intestini ductũ habet, aqua & luto pleni. unde perspicuum est his tantùm uesci. Viuit in luto maris & marinorum stagnorum: Sic ille. Videntur sanè ex ijs quæ scribit Lumbricis cognati hi uermes.

GERM. Ein anderer Meerwurm grösser vnd dicker/mit einẽ lengeren schnabel. Sůch im nächstgemelten.

LVMBRICVS longus, ĳs qui in corpore humano procreantur, similis, in mari etiã & stagnis marinis prouenit. est autem inter alios stagnorum mar. uermes hic frequentior, binûm cubitorum longitudinem non superat, Rondeletius. Lumbricus mar. terrestri maior, stabulatur in litore intra arenam, in eo potissimùm tractu, quem æstus alti maris contegit: unde interdum discedens siccum relinquit. Piscatoribus ad escam plurimùm confert, &c. Bellonius. ¶ Aliqui Lampredam, Lumbricum aut Vermem marinum uocauerunt.

GERM. Ein Meermettel.

VERMES in tubulis delitescentes à Rondeletio exhibiti. Nascuntur (inquit) in saxis marinis, & super Concharum uetustarum testas tubuli uel siphunculi testacei, rotundi, (*teretes*,) asperi, candidi, intus læuissimi, quorum alĳ recti sunt, alĳ contorti & replicati. In his procreantur & uiuunt uermes, qui foras se exerunt hauriendæ aquæ gratia. Hi colore & substantia Scolopendræ rubræ similes sunt: figura & magnitudine nonnihil differunt, longissimi enim digiti magnitũdinem non excedunt. Pars posterior folĳ myrtei modo in acutum desinit. Priore parte utrinq; pedes habent ueluti Scolopendræ. inde fistula prominet, in extremo obtusa, tubæ modo, & perforata, qualem in Asilo marino depinximus. eâ aquam trahit. Horum uermiculorum testa Pharmaco-

Dentale. poei nostri utuntur in compositione unguẽti citrini pro Dentali. Huic similem testam etiã Dentale uocant, (*Antale legerim, acuminatam nimirum instar cornu,*) quo in eodem unguẽto utuntur. Huiusmodi aliquot picturæ superiori aspersimus. Sic ille. Nos eundem hunc Tubulum marinum, utpote testaceum, sine uerme proposuimus suprà, Ordine XV. proximè ante Echinos, qualem à pharmacopola accepimus.

GERM. F. Kånelwürm/ Kånelnasseln/ rotlacht / mit vil füssen/ in etlichen kånelschalen/ die auß den felsen des meers wachsend (Dentali von etlichẽ Apoteckern genañt) verborgen.





SCOLOPENDRAE marinæ (inquit Aristoteles, Σκολόπενδραι θαλάττιαι) aspectu terrenis similes sunt, magnitudine paulò inferiores. gignuntur in saxosis locis, colore magis rubro sunt. Pedum numero terrestres superant. ¶ Nos (inquit Rondeletius) species duas hîc proponimus. Prior minor est, colore planè rubro, dodrantali magnitudine. in saxosis locis degit. A capite ad caudam utrinque pedes habet plurimos. in flexus et uolumina sese contorquet, nunc longior, nũc breuior: nunc gracilior, nunc crassior efficitur. Altera est superiore multò longior, utpote quæ ad cubiti longitudinem accedat, tenuior, colore ad candidum uergente. Huius generis Scolopendras in uentriculo Lacertorum marinorum & Acuum sæpe reperi, & sæpe ex ore extraxi: quod maximo est argumento, huiusmodi pisces ĳs uesci sine pernicie: easq; non in litoribus, sed in alto mari, ut Lacertos & Acus, uiuere. ¶ Scolopendra mar. quam uidi, ad digiti longitudinem & crassitudinem accedebat, Gillius. Marcellus Vergilius marinas terrestribus longiores facit. ¶ Hamo de-

mo deuorato Scolopēdræ omnia interanea euomūt, donec hamū egerāt: deinde reſorbēt, Plin. ex Ariſtot. Mordet (*Pruritum facit*) non ore, ſed tactu totius corporis, ſimiliter ut quæ Vrticæ uocantur, Ariſtot. Morſus quidē Scolopendrę, tū terreſtris, tū marinæ, ueneni nō expers eſt: cuius & notas ferè & remedia paria medici tradunt. Sunt qui Scolopendras mar. à Pulicibus marinis per imperitiam non diſtinguant. ¶ Proximè retrò uermes in tubulis deliteſcentes Scolopendris ſimiles, deſcripſimus. Scolopendram cetaceam ſuo loco dedimus.

GRAECI hodie Scolipetras corruptè nominant, Gillius.

GERM. F. Meernaſſeln/geleych den Naſſeln auff der erden genañt: welches ſind langlachte/rotlachte/tünne würm/mit vnzalbaren füſſen/ꝛc.

PHRYGANIVM à Bellonio dictus fluuiatilis uermiculus, quamuis marinus quoque eſt, inter Inſecta fluuiatilia refertur.

ORDO XVII. DE ZOOPHYTIS MARINIS QVIBVSDAM: QVAE NON CORIO DVRO SIVE TESTACEO INTEGVNTVR, (EA ENIM ultima Teſtatorum fecimus,) ſed ſui generis operimento.

HOLOTHVRIA & Tethya, quæ Rondeletius Zoophytis attribuit, ultimo Teſtatorum loco (ubi etiam eius facti rationem reddidi) recenſui. ¶ De Spongiarum natura alij aliter ſenſerunt: nos in earum hiſtoria non ſentire eas oſtendimus. Sunt ſanè gradus quidam naturę, ut alibi, mirificè ſemper τὰ μέσα καὶ ἐπαμφοτερίζοντα appetentis, ita in tranſitu à frutice ad animal. Poſt inanimata corpora, media quædam fortè ſequuntur, (ut ſi quæ inter lapides & metalla creſcēdi uim fortè habent:) tertio animata, ut Plantæ. In plantarum fine, Zoophytorum initio, Spongię ſunto, primùm ſimpliciter dictæ: deinde aplyſiæ: mox Pulmones, Holothuria, Tethya, ac multa deinceps Zoophyta, alia ferè alijs perfectiora, uſque ad Conchas, quas ſuperant Cochleæ, &c. donec ad Hominem uſque conſcenderit. ¶ Zoophyta uocamus (inquit Rondeletius) quæ nec animalium nec fruticum, ſed tertiā ex utroq; (genere) naturam habent: quę Latinè nominare non poſſumus, niſi Plantamines, aut Plantanimalia dicamus. Horum nonnulla Ariſtoteles inter Teſtacea recenſet, ut Tethya & Stellas: quæ quoniam duro corio integuntur cum Teſtaceis: quoniam uerò naturâ inter plantas et animalia ambigunt, cum Zoophytis explicari poſſunt. Nos eodē libro utrunque genus coniungimus: quòd quædam ſint Zoophyta quæ ad Inſectorum: & quædam Inſecta, quæ ad Zoophytorum naturam accedant. Sic ille. *Holothuria. Tethya. Spongiæ. Gradus naturæ.*

ESCHARA, ἐσχάρα, ut Rōdelet. ſuſpicatur: à figuræ forſan ſimilitudine aliqua. Quod hîc repræſentamus (inquit) noſtri piſcatores Giroflade appellāt, à ſimilitudine pulchri & boni odorati floris, quem noſtri Giroflade, Galli Oeillet uocant. Suſpicor tantùm necdum pro certo habeo, ſit ne ueterum Eſchara, cuius mentionem à ſolo Athenęo fieri comperio ex Archippo. Super ſaxa enaſcitur, ex pediculo exurgēs, aliquādo ſupra ligna in mare deiecta, nonnunquam pediculo caret. Ex dura terreaq; ſubſtantia conſtat: cute rubra contegitur, qua ſublata totum corpus ſpectatur cribri inſtar perforatum, lactucæ criſpæ ſiue capitatæ folijs ſimile. In cibis inutile prorſus eſt. Aduerſus ulcera maligna prodeſt. Vehementer enim ſiccat, & ſuperuacuam carnem abſumit. Hæc Rondeletius. Archippi uerba ſunt: λεπάσιν, ἐχίνοις, ἐσχάραις, βελόναις τε, τοῖς κτένεσί τε. Videtur aūt ille in ueteris comœdię fabula, in qua opſophagos pręcipuè traducit, de ijs tantùm piſcibus & aquatilibus loqui, quæ cibo apta ſunt. Rondeletij Eſchara cibo inepta eſt. quare Archippum de illo piſce potiùs, qui maſculino genere Eſcharus à Dorione nominatur, ſenſiſſe coniecerim: eum alio nomine κόραν appellat, de genere latorum piſcium. Rondeletius dubitat an hæc ſit ſpecies illa Soleæ, quam ipſe oculatam cognominat: & ſanè habet illa maculas tanquam oculos pupillis (quas Græci κόρας uocant) inſignes. Cæterùm Eſchara Rondeletij planta quædam marina fortè fuerit, fuco bryóue marino cognata. deſcribitur enim hoc lactucæ folijs, rugoſum, ueluti contractum, ſine caule, pluſculis ab ima radice exeuntibus folijs. naſcitur in lapidibus teſtaceiſq;. præcipua ei ſiccandi ſpiſſandiq; uis, &c. Aetius lib. 12. cap. 35. Lactucæ (inquit) in mari, ſunt germina lata & oblonga, ac uiridiora, tenuia & ſubrugoſa, ac ueluti conduplicata, ad litora maris per fluctus eiecta.

GALL. Giroflade, ut iam dictum eſt.

GERM. F. Ein Meernägele/wachßt an den ſteinen im̃ meer.

EPIPETRVM Cornelij Sittardi, quod pictũ ad me misit. Massa quædam informis uidetur, spongiosæ & cauernosæ substantiæ, sex digitos longa, sesquidigitum lata, inæqualis & tuberosa, multis ceu acetabulis compacta: colore partim nigricans, partim rubescens. Hanc apud me picturam cum Bellonius uidisset, Pudendum marinum sibi uideri dicebat. Nasci puto circa petras maris, eisq́; hærere, ut inde aliqui Epipetron nominare uoluerint. sed zoophytum hoc est. Veterum uerò Epipetron herba est, quam Aristoteles etiam suspensam, multo tempore uigere tradidit, &c.

Epipetrõ herba.

GERM. Ein besunder luck vnd schwum̃achtig meergewechs/ꝛc.

CVCVMIS marinus: quem Plinius colore & odore similem facit terrestri.

GERM. F. Ein Meerkukumbre.



ZOOPHYTI huius nomen apud scriptores nullum reperio, quare à similitudine Malorum insanorũ, (quæ Albergaines nostri uocãt, alij Pommes damours,) Mali insani nomen ei accommodare uisum est. Vuæ marinæ species quibusdam uideri posset: sed quia flores uuæ nullos refert, uerùm foliorum potiùs uel plu-

Vua mar.

marum formam: quia etiam pediculo differt: dilucidioris distinctionis gratia ab Vua mar. secreuimus: & à similitudine mali illius terrestris, quod oblongius est (nam est & alterũ rotundius) Mâlum insanum appellauimus. Facultate ab uua mar. (quam mox subijciemus) non differt, Rondel.

GALLICE. Albergaine uel Pomme damours de la mer.

GERM. F. Ein sunderlich Meergewechs: dollöpfel oder öpfel der liebe im̃ meer.

VVA marina Plinij. Rerum quidem, non solùm animalium simulacra mari inesse, licet intelligere intuentibus Vuam, Gladium, Serras, Plinius. Intelligit autem opinor (inquit Rondeletius)

deletius) eam Vuam quæ hîc depingitur, externa in parte uuæ flores optimè exprimens. Est autem oblonga quædam & informis massa, ex uno pediculo dependens. Partes internæ indiscretæ sunt: inter quas aliquando reperiuntur ueluti glandulæ paruæ, cuiusmodi unicam seorsum depinximus. ¶ Vua marina in uino putrefacta (*tusa & madefacta in uino sufficienti, Nicolaus Myrepsus*) ijs qui inde biberint tædium uini affert, ait Plinius: cuius rei causam fœtori & marino odori attribuit Rondeletius. Vegetius in Veterinaria medicina inter diuersas res marinas Vuam quoq; adhibet in suffitum contra pestilentem morbum. Vuam seu Ampelon Græcè, aliqui uocant genus algæ in aquis dulcibus, quod florem fructumq; racematim digestum habet. Ampelis et botrys Aeliano inter algas sunt. *Vua alga.*

GALL. Nostri piscatores non hoc Zoophytum, sed oua Sepiarum racematim compacta, à pediculo uno dependentia (ut suprà exhibuimus) Vuam mar. nominant, Rondeletius.

GERM. F. **Ein Meertreübel: ein Meergewechs / an welchem außwendig geleych wie traubenblümen gesähen werdend.** Id quod in Oceano Germanico **Haffguffe** uocant, magis fructum quàm piscem referens, simile quid esse suspicor.

MANVS marina, dicta à similitudine quadam.
GERM. F. **Ein Meerhand.**

Penna marina Rondeletij.



Alia à Cor. Sittardo communicata.



PENNA marina, ut Rondeletius nominat. Est enim (inquit) pennis magnis ijs quæ in pileis gestari solent, persimilis, &c. Noctu maximè splendet, stellę modo. Est inter Vrticas quoque à Rondeletio exhibitas, species una quæ frondem pennæ fermè instar explicat. Pennã marinam aliam rubentem, frõde simili ferè, nulla cum glande similitudine, Cor. Sittardus olim ad me misit. ¶ Penicillum mar. suprà cum Testaceis inuenies.

GALL. Nostri piscatores, formæ extremi alterius similitudine inducti, Mentulam alatã uocãt. est enim ea pars peni sine præputio, id est, glandi, similis: altera uerò parte pennã refert. Rõd.

FINIS ORDINIS XVII. ET VLTIMI DE ANIMALIBVS MARINIS.

AQVATILIVM ANIMANTIVM DIVISIO SECVNDVM LOCA IN QVIBVS DEGVNT, ex Oppiani primo Halieuticorum.

PISCES MARINI ALII SVNT

1. LITORALES: & horum alij pascũtur in litore, uel

ARENOSO: arenis & rebus quę in eis nascũtur uescẽtes, ut Hippus, Cuculus, Erythinus, Cithari, Mullus, (hunc etiam infra cũ genere Saxatilium nominat:) Melanurus, Trachurus, Buglossus, Platyurus, Tænia, Mormylus, Scomber, (sed hunc infra quoque nominat, cum ijs qui circa petras conchis plenas degunt:) & si qui alij litorales sunt, φίλοι αἰγιαλοῖσι. item Nautilus polypo cognatus: qui tamen etiam in summa aqua nauigat. ¶ Testaceorũ alia in petris, alia in arenis degunt: ut Neritæ, Strombi, Purpuræ, Buccina, Mituli, Solenes, Ostrea, Echini.

COENOSO, & in paludibus, quæ Τενάγη uocant: Τεναγώδεις pisces, lutarios uertũt aliqui, ut Raia, Bos, Pastinaca, Torpedo, Passer, Clarias, Triglis, Onisc, iSaurus, Scepanus, & alij quidam. ¶ De Canum genere carcharię pelagij sunt: centrinæ uerò & galei eorumq́ species, ut Scymni, læues, acanthiæ, uarij, alopeciæ, rhinæ, in cœno profundo uersantur.

HERBOSO uel algoso: (Θῖνα ἀνὰ πρασόεσσαν) inter herbas: ut Mænis, Tragus, Atherina, Smaris, Blennus, Sparus, (sic enim legendũ, nõ Scarus:) Box uterq;, & alij.

FLVVIORVM hostijs adiuncto, uel stagnis dulcioris aquæ, (ubi multus limus colligitur, & aqua dulcis marinę miscet:) ut Cestreus, Cephalus, Lupus, Amia, Chremes, Pelamys, Conger, Olisthus. [Horum multos anadromos esse puto, hoc est, flumina subire: quanquam Oppianus Lupum dũtaxat amnes subire dicit, Anguillam contrà ex amnibus descendere.]

2. SAXATILES. Multò latiùs accipit Saxatiliũ nomẽ quã medici. Et hi degunt in saxis, uel

MVSCOSIS, (eminentibus nimirum altiùs,) musco & alga obductis: ut Perca, Iulis, Channus, Salpa, Turdus, Phycis, (& alij.)

HVMILIBVS in arenoso mari, quę Leprades nominãt: [aliqui Lepradem interpretantur petram maris asperam, altam, albã, uel cui lepades adnascantur: sed Oppianus distinguit. Aelianus, ni fallor, aspra nominat:] ut Cirrhis, Syęna, Basilisci, Myli (uel Mylli,) Mullus, quem etiam suprà cum primo genere Litoralium recenset.

Hi præcipuè à medicis saxatiles dici uidentur, quanquam & sequentium quidam.

HERBOSIS (sub aqua nimirũ:) ut Sargus, Vmbra, Faber, Coracinus, Scarus.

CONCHIS aut patellis plenis, cauernosisq́, ut pisces subire possint: ut Phagri, et Agriophagri, Cercuri, Opsophagi, Murænę, Scombri, [hos supra quoq; primo generi litoralium adnumerauit:] Orphi.

RIMOSIS, siue rimas & fissuras quasdam (Græci χαράδρας dicunt) & ueluti specus habentibus: qui in suis latibulis manent, & præternatantibus piscibus infirmioribus insidiantur: ut Ouis, Hepatus, & Prepontes magni quidem corpore, sed ignaui: & Onos, id est, Asinus.

Saxatilium solus Adonis siue Exocœtus dictus, relicto mari undas secutus in petram aliquam se recipit quietis causa.

Locusta etiam & Astacus in finibus maris petras incolunt. Astacus etiam procul abstractus, semper ad suam sedem redit.

Testatorum alia in petris, alia in arenis degunt.

3. AMBIGVI ad petras uel arenas: in utrisq; enim degunt: ut Aurata, Draco, Simus, Synodon, Scorpius uterq;, Sphyræna, Acus, Charax, Gobius: Mys (id est, Mus, Capros alio nomine Athenæo,) non magnus, sed corio & dentibus ualidis, ut uel homini resistat.

4. PELAGII, procul à terra: ut Thynni, Xiphiæ, Orcyni, Prenades, Cybeæ, Scoliæ, (Coliæ nimirum:) Scytalæ, Hippuri, Callichthys sacer piscis, Pompilus comes nauium. Echeneis cubitalis piscis, anguillæ similis, &c. Item cete, ut Leo, Zygæna, Pardalis, Physsalus, Melanthynus, Prestis, Lamne (uel Lamia,) Maltha, Aries, Hyæna: & Canes, nempe cetacei uel carchariæ. (nam aliæ 2. Canum species uersantur in cœno, centrinæ, & galei cognomine, quorum multæ sunt species.

5. VAGI, qui certam sedem non seruant: ut Chalcides, Thrissæ, Habramides, qui modo ad saxa, modo ad pelagus, modo ad litus feruntur, semper peregrini & errones. Anthiæ præcipuè circa petras profundas degunt: non semper tamen: oberrant enim undiquaq;, pro libidine gulæ: sunt enim edacissimi piscium, quanuis edentuli: magni & cetacei, in quatuor genera distincti, &c. Primi flaui, secundi candidi, tertij punicei, quarti Euopi uel Aulopi propter superciliorũ speciem. Item Delphini, qui modò circa litora, modò in pelago sunt: nec usquam in mari desunt.

6. AMPHIBII: (ut è saxatilibus fortè Adonis:) Cancri, Squillæ, & Paguri. Item qui in recessibus aut cauis locis maris habitantes pedibus præditi sunt: ut Polypus, Osmylus, Scordylus, (nimirum Cordylus:) & Scolopendra. Egrediuntur & cete quædã è mari, (ut Phocæ, propter somnum: Balæna, propter Solis calorem.) Diu in terra uiuunt Anguillæ, Testudo & Castorides, quarum dirus in litore ululatus est. Sunt & aues amphibiæ, quæ ex aere in mare se demittũt, cibi causa: ut Lari, Alcyones, Haliæeti. & contrà pisces aliqui præ metu in aerẽ euolãt, &c. Loligo longiùs, & altius: minùs altè Hirũdo: ἴρηξ uerò, id est, Miluus siue Lucerna, proximè aquas, ita ut aquam contingat, & partim uolare, partim natare uideatur.

FINIS.

TOMVS II. LIBRI NOMENCLATORIS AQVATILIVM ANIMANTIVM IN SVOS ORDINES DIGESTORVM, CVM PICTVRIS EORVNDEM AD VIVVM EXPRESSIS.

CONTINET AVTEM VT PRIOR TOMVS MARINA, ITA HIC QVAE IN DVLCIBVS AQVIS (FLVuijs, Lacubus, & alijs) degunt animalia.

ORDINES HI SVNT.

I. DE Piſcibus fluuiatilibus: Cuius Partes ſunt 5.

1. De Piſciculis.
2. De Saxatilibus.
3. De Piſcibus latis.
4. De Piſcibus ſimpliciter.
5. De Piſcibus anadromis, id eſt, è mari ſubeuntibus amnes.

II. DE reliquis in dulcibus aquis animalibus: Cuius Partes ſunt 4.

1. De Piſcibus lacuſtribus.
2. De animalibus Cruſtatis.
3. De Teſtaceis.
4. De Inſectis.
5. De Amphibijs uiuiparis ouiparisq́.

AMPLISSIMIS AC PRVDENTISSIMIS VIRIS, COSS. AC SENATVI ILLVSTRIS REIPVB. BASILIENSIS, DOMINIS SVIS HONORANDIS, CONRADVS GESNERVS Tigurinus S. D.

FLVVIATILIVM *Piscium effigies ueras ac uiuas cũ in unum librum seorsim redegissem, & varijs diuersarum gentium linguis eorum nomina explicassem, amplissimi viri, Patres conscripti, cui primùm potissimumq́ hoc muneris offerrem, cogitare cœpi. Mox autem ipsum argumentum suggerebat, honestissimum Ordinem vestrum, hoc qualicunq́ dono dignissimum, simul etiam patronum mihi meoq́ huic operi futurum, imprimis mihi deligẽdum, quoniam inclyta urbs vestra ad maximum nobilissimumq́ nostrarum regionum & fermè totius Europæ flumen Rhenum condita, summum Heluetiæ nostræ decus & ornamentũ existit. Is fluuius ab Helueticis (aut Rhæticis potiùs) iugis duplici capite ortus, ubi veteris Rhætiæ limites primùm superauit, & maximum nobilissimumq́ lacum Acronium permeauit, breui Heluetiorum fines emensus, per omnem deinceps Germaniam (cuius & Galliæ terminus olim statuebatur: nõ quòd Germania non semper, ut hodieq́, ulteriùs se extenderit: sed quia termium alium satis insignem tam longo tractu nullum inueniebant Geographi) multas regiones & plurimas celeberrimas urbes præterlapsus, & amnibus innumeris auctus, tribus ostijs Oceano se infundit. In Heluetia quidem vrbis vestræ ad pulcherrimum hunc amnem, quo media interluitur, situs longè amœnissimus est: et talis, vt aduena aliquis nondum perlustrata vrbe, dubitare posit plús ne gloriæ fluuio ab vrbe, an urbi à fluuio accedat. At is qui omnia vrbis ornamẽta perspecta habuerit, cum pleraq́ alia longè inferiora oppida idem hoc flumen alluat, ea plus gloriæ à fluuio accipere, quàm dare: uestram uerò plus dare quàm accipere fatebitur. Nam & magnitudo Basileæ vestræ mediocris est, (laudanda autem videtur mediocritas, ut plerisq́ in rebus cæteris, ita & vrbium magnitudine:) & munitiones itidem mediocres: situs uerò cum aliâs tum propter Rhenum, ut dixi peramœnus: ædificia publica augusta, & priuata quoq́ non contemnenda. Ager etiam circuniacens planicie, collibus, syluis amœnus: idemq́ annona, arboribus & uinetis fertilissimus. Aer non insalubris: eiusq́ temperies non adeò inclemens. Ciues diuitijs mediocres: humanitate, benignitate alijsq́ virtutibus excellentes. Non desunt egregij mercatores, non artium mechanicarum & aliarum quibus iuuatur et ornatur ciuitas omne genus opifices. His accedunt quæ optima maximaq́ sunt in rebus humanis: primùm ueræ religionis ac pietatis erga Deum synceritas, cui tanquam columnæ æneæ omnis omnium rerumpub. status, qui ad felicitatem aspirat, inniti debet. deinde huius propagandæ conseruandæq́ instrumentum philosophia: quam in Academia vestra optimè constituta permulti doctissimi clarissimiq́ uiri, in tribus illis antiquissimis linguis Latina, Græca et Hebraica, felicissimè docent ac profitentur. qui omnes (sicuti etiam literati aliquot in ipso Senatu uestro viri) iudicare de hoc opere meo poterunt: id quod ut faciãt cupio, quanquam verecundiùs, tenuitatis meæ mihi conscius. Certè ut nihil suauius, nihil gloriosius contingere potest homini bene sentienti, quàm approbari à viris bonis & eruditis: ita ab eisdem doceri ac emendari proximus ad gloriam gradus fuerit. Ego mea omnium doctorum hominum iudicijs ac censuris submitto. Erunt autem illi mihi æquiores, cum secum reputarint, quàm difficile fuerit fluuiatilibus piscium inuenire nomina antiqua, Latinis aut Græcis, vel vtrisq́ usitata. quoniã veteres huius historiæ conditores de solis ferè marinis mentionem fecerunt: de fluuiorum uerò et dulcium aquarum alumnis quàm paucissimis. Quare cum pleraq́ eorum nomina uera hactenus à literatissimis etiam viris (absit inuidia dicto) ignorarentur, ac veterum de eis scripta, tanquam de rebus peregrinis, nulloq́ fructu legerentur: ego quam potui lucem, multis sanè vigilijs & laboribus diuturnis, magnoq́ sumptu, his tenebris intuli: & illis, quibus rerum Naturæ contemplatio cordi est, ut vnum omnium Architectum in suis operibus magis magisq́ ad-*

mirari, agnoſcere, venerari ac celebrare pergant, quoad eius potui, viam patefeci. Hoc autem quicquid eſt, inclyto nomini veſtro, ornatiſsimi & prudentiſsimi viri, dico atq; dedico, cum ob cauſas iam expoſitas, (fluminis inquã Rheni plurimis optimisq; piſcibus abundantis magnitudinem, et adiacentis ei vrbis veſtræ maieſtatem: ciuium virtutes, & doctorum hominum, qui hæc ut ſpero legere & iudicare dignabuntur, præſtantiam:) tum propter reuerentiam & amorem ſingularem, quibus erga vrbem veſtram, tanquam alteram patriam meam, afficior: idq; meritó. in celeberrima enim Academia veſtra adoleſcẽs olim bonarum artium elementa hauſi: deinde iuuenis medendi methodum in eâdem à præceptoribis imbibi, ac mei profectus honeſtum teſtimonium publicum accepi: et hodieq; plurimorum doctrina præſtantium in ea hominum, quæ ipſorum virtus & humanitas eſt, amicitijs fruor. Vos igitur me clientem veſtrum, & almæ Academiæ Baſilienſis veluti filium obſeruantiſsimum, ac multis nominibus Reipub. veſtræ deuinctum (quod hac dedicatione, ceu aliquo animi grati monumento, teſtari ac profiteri uolui) agnoſcere, et vnà cum hoc libro vobis commendatum habere, grauiſsimoq; patrocinio veſtro tueri dignabimini. VALETE domini ac patres mihi nunquam non obſeruandi. DEUS O. M. pater Domini noſtri Ieſu Chriſti vos omnes & Rempub. vniuerſam cum ſancta apud vos Eccleſia ſua perpetuò tueatur & ſeruet. Tiguri. pridie Kal. Maias, anno Virginei partus M. D. LX.

DE FLVVIATILIVM PISCIVM DIFFERENTIIS ET ORDINIBVS.

FLVVIATILES pisces priùs quàm Lacustres describemus: quoniã lacus pleriq; omnes à fluuijs efficiuntur, ubi aqua fluminum humiliore & profundiore loco stagnat: maiores quidem à maioribus. Fluuiatilium numerus maior est. Qui lacubus & fluuijs communes sunt, illos fluuiatilibus quàm lacustribus adscribere malui: lacubus quidem peculiares pauci sunt, quos seorsim dabimus Ordine sequẽte. Rondeletius Lacustribus quosdam adnumerauit, quos nos fluuiatilibus: ut ex latis Cyprinum, Tincam, Ballerum, quanuis hi non in omnibus fluuijs reperiantur; sed maioribus tantùm ferè, presertim qua longiùs à montibus & origine sua distãt, fluuntq; tardius. (Cyprini quidem in Rheno Basileæ etiam capiuntur.) Idem fluuiatiles paulò minùs accuratè quã nos distinxit. primum enim locum tribuit anadromis, qui ultimi esse debebant, utpote aduenæ: ijsq; Vmbram fl. & Glanin intermiscet: hunc quidem ratione Siluri cui confertur, illam nescio qua. Saxatiles nullos facit: nam propriè dictos, marinos tantùm existimat: impropriè uerò dictos paruis adnumerat, ut latos Lacustribus. ¶ Ego cum fluuiatiles similiter ac marinos diuidere cuperem, Ordines aliquos prorsus non inueniebam, nisi aliqua similitudine uel analogia tantũ: aut inueniebam fortè, sed uix unum & alterum ei subijciendum piscem: eumq; fortè non proprium fluuijs, sed è mari aduenam. Litorales, Saxatiles, Pelagij in mari dicuntur, à differentijs locorum in quibus degunt: quas in dulcibus aquis non item reperias, nisi comparatione quadã. Sunt enim ueluti litorales, qui in ripis maiorum fluminum aut lacuum uiuunt, ut minores quidam pisces: & qui in lacubus paruis inueniuntur, aut in riuis præsertim cœnosis. Qui uerò in lacuum maiorum ac profundiorum gurgitibus aluntur, ut Albularum genera, Pelagiorum instar, tum loci tum facultatis in nutriendo ratione mihi uidentur litoralibus non parum anteferendi. Saxatiles in lacubus opinor nullos dixeris: nam in mari sic appellantur qui in litoribus puris et saxosis circa petras natant: quamobrem & loci purioris ratione, & exercitationis cõtinuæ propter undarum circa saxa agitationem perpetuam, salubriores existimantur. at qui in ipsis saxis delitescunt, & parũ exercentur, non propriè dicuntur saxatiles, & succũ minùs salubrem gignunt. Fluuiatiliũ quidem Saxatiles appellemus licet, illos qui amnes aut riuos puros, lapidosos, & rapidos, ut ferè sunt in locis montanis aut propius montes, incolunt: ut Thymallum pręcipuè & Pyrũnta, id est, Truttam riualem. Impropriè autem illos, qui cum sub lapidibus delitescant, & non exerceantur, hypópetri potiùs quàm petręi Græcè uocari possunt: ut minuti quidam & sine squamis pisces, Mustelę minimę, & Cottus fl. qui etiam solus, quod sciam, fluuiatilium, nõ alimenti ratione, sed corporis forma, marinorũ illis quos λυροειδεῖς (id est, Lyriformes) appellauimus, conferri potest, ceu capite magno, ossеo, aculeato: cauda exili, corpore tereti: Vranoscopo præcipuè: quanquam etiam similior ei marinus ille est, qui Blennus dicitur. Plani spinosi in dulcibus aquis nulli sunt, præter Passeres illos qui è mari subeunt, longissimè (puto) post Salmones et Clupeas. At cartilaginei plani nulli unquã (puto) in fluuijs uel nati uel subeuntes deprehenduntur, in eo genere quidem Rana piscatrix est, quæ similitudinis nonnihil cum Rana palustri nostra habet, præsertim uerò eius fœtu, quem Gyrinum uocant, caudato. Sed neq; Cartilagineum piscem longum, unquã in aqua dulci captum audiuimus. Habent illi simile quippiam Mustelarum nostrarum generi: sed differunt cum aliter, tum quòd uiuipari omnes, & os (præter Squatinam) parte supina, non in promptu habent. Græcè communi uocabulo γαλεοί uel γαλεώδεις dicuntur, Latinè Mustelos & Musteligenas dixeris. Mustelæ uerò fœminino genere Latinis, & Græcis similiter γαλαῖ, siue ab illorum aliqua similitudine dictę sunt, ut ego coniecerim: siue, ut Aelianus, ab eo quòd similiter ut cadauerũ oculos exedant.

Rõdeletij diuisio. — *Fluuiatiliũ cum marinis comparatio.* — *Litorales.* — *Pelagij.* — *Saxatiles.* — *Hypopetri.* — *Petræi.* — *Λυροειδεῖς.* — *Plani spinosi* — *Plani cartilaginei.* — *Cartilaginei longi.* — *Mustelæ.*

Verùm ille de marinis loquitur: quibus tum fluuiatiles, tum lacustres, adeò similes sunt, ut meritò nomen commune habeant. At Musteli marini cartilaginei sunt, Mustelæ autẽ dulcium aquarum spinosæ: quare piscibus simpliciter à nobis adnumeratę sunt. Antacæi igitur ex anadromis dicti, ut Sturio & cognati, item Lampreda, Silurus, cartilagineis longis in mari similiores sunt, tum cartilagine, tum oris situ. differunt tamen hi quoq;, quòd ouipari sint, & pingue discretum habeãt, Antacæi præsertim. In mari etiã Conger cartilagineus est, huic tamẽ generi (quod σέλαχος nominãt Græci) non adscribitur, partu, oris situ, & pingui differens. Postremò, quanuis prægrandes quidam in fluuijs & lacubus pisces inueniantur, ex anadromis maximè, ut Antacęi, Siluri, Salmones: è fluuiatilibus uerò propriè dictis Lucius, Trutta, Cyprinus: quos κητώδεις ferè, id est, cetaceos appellare licebit: cete tamen propriè dicta in nostrarum regionum, & totius Europæ, ni fallor, fluuijs neutiquam sunt. nam in Nilum ascendit Delphinus: et Crocodilus in eodem flumine, ut et Hippopotamus, ueluti cete sunt: quanuis in siccum exeant, ut Phoca & Testudo è mari. Rana palustris, ridiculum quoddam ceti rudimentũ uideri queat, ut Simia Hominis: sed hæc cartilaginem pro ossibus habet, & fistula cetorum propria (si phocam & Testudinem demas) caret. quare propius ad cetorum naturam accesserit, Testudo aquatilis, quæ ossibus prædita est: differt tamen rursus quòd ouipara sit, quodq; fistula caret: mediæ ferè inter serpentem & cetum naturæ: ut Castor inter Quadrupedes & cetum. Ergo cum eosdem Ordinis, quos in marinis instituimus, seruare

Antacæi &c. — *Cete.*

Ordo I. hîc omnes non liceret: quoad tamen fieri potuit, illos sequutus sum. Itaque primum Ordinem piscibus fluuiatilibus attributum, in partes quinque secui: quarum prima pisciculos continet, tum squamosos, tum absque squamis. Secunda saxatiles, tum illos qui propriè (quanquam ueteribus nulli fluuiatilium saxatiles cognominentur) tum qui impropriè, ut suprà diximus, ita uocari possunt. Tertia latos, ut Cyprinos ac similes: qui omnes squamosi sunt, Tinca excepta. Phoxinos latiusculos propter paruitatem ad primum Ordinem retulimus. Quarta, Pisces simpliciter, ut Leuciscorum genera, & similes aliosque teretes ferè & squamosos: dempto Mustelarum genere, quod lubricum & ferè sine squamis est. Vltimo huius partis loco Anguillam posui: quæ ut sui planè inter pisces generis est: ita cũ Mustelabus uidetur aliquid commune habere: & sola, quod sciã, piscium, ex amnibus in mare descendit, ut ij qui proximè describentur contrà è mari in flumina ascẽdunt. Quinta pisces anadromos, hoc est, illos qui è mari fluuios subeunt: ex quibus primũ feci Salmonem, quoniã non modò ascendit, ut sequentes; sed fœtus eius etiam descendit ex amnib. & breui tempore in mari adultus fluuios natales repetit: ut, sicut sequentes anadromi tantũ sunt, Anguilla quæ præcessit, catadromus: Salmo mixtæ uel ambiguæ sit naturæ, καὶ καταναδρομός τις. Anadromos quidem ueteres, simpliciter etiã uocarunt fluuiatiles, ut Murenam fl. (id est, Lampredam) Dorion, alij Silurum & alios. Hoc animaduertendũ, in fluuijs quosdã & nasci & manere pisces, qui tamẽ eadem marinis nomina habent, nõ quòd è mari aduenerint, sed propter similitudinẽ aliquam, ut Percæ, Leucisci, Mustelæ: & Barbi uel Barbatuli, si ita etiã Mullos uocare libet. Ex anadromis longissimè ascendit Salmo, deinde Alausa, quæ Basileæ etiã in Rheno inuenitur. tertio Passeres, qui in Rheno Coloniæ capiuntur, & fortè etiam altiùs. quarto, ni fallor, Sturio & Antacæi cognati. Lupi minùs longè à mari discedunt. Postremò Congrorũ fœtus in Anglia, minùs etiam Lupis. Cæterùm ut è mari flumina quidam subeunt, & stagna marina: ita è riuis etiam in flumina intrant quidã, parui præsertim ac sine squamis pisciculi: & è lacu cũ parturit Trutta lacustris.

Ioãnes Kentmanus doctissimus Torgæ medicus, pisces in Albi flumine, his ordinib. distinxit.

1. E mari ascendentium alij proficiunt & pariunt in Albi, ut Silurus, & **Spirall** uulgò dictus, & Zerta uel Plicca.

2. Alij paulatim contabescentes moriuntur: ut Sturio, Salmo, Alausæ species **Zige** uel **Goldfisch** dicta, Passeris genus **Halbfisch**, Lãpreda maior & media cui à nouẽ oculis compositũ est nomẽ.

3. Sunt qui è riuis in Albim migrant, manent, & crescunt: ut Thymallus, Trutta, Mustela illa quã **Olruppen** appellant, Gobius capitatus seu Cottus, Lampreda minima: Smerla uulgò dicta, (è Mustelarum genere minima,) & eiusdem species saxatilis cognomine: Phoxinus læuis, Pœcilias.

4. Alij è stagnis & stagnantibus aquis in Albim tranant: ut Albi pisces (**Weyßfisch**) uulgo dicti, Rutili, Bramæ seu Cyprini lati, Gusteri uel Plestyæ, Tincæ, Characis uulgò dicti species duæ minores, Centrisci.

5. Alij in ipso Albi nascuntur, manẽt & proficiunt: ut Lucius, Cyprinus, Charax (uulgò dictus) maior, Barbus, Capito Ausonij, & ei cognati (ut coniicio) quos Rappos & Iesos nominant: Capito fl. minor, uulgò **Hesling**: Perca, & Percæ similis ille quẽ nos Porcum Nili interpretamur: Anguilla. & ex minutis Erythrophthalmus, Phoxinus squamosus, Alburnus Ausonij: & qui uulgò dicũtur **Ockele/Schneppelfisch/Wetterfisch**.

6. Postremò est qui in Albi nascitur & manet, non tamen proficit, ut qui **Canitzle** uocatur, quem Geor. Agricola Salarem nanum interpretatur.

Ordo II. ¶ In Ordine secundo Pisces lacustres primum exposui: deinde etiam reliquas dulcium aquarum alumnas animantes: primo Crustata: ab eis Testacea, & Insecta: ultimò Amphibia, tum Quadrupeda uiuipara aut ouipara, tum quæ pedibus carent, ut Hydros. Zoophytum quidem propriè uocandum in dulcibus aquis nullum adhuc inuenimus.

Ordo III.

ANIMALIVM IN DVLCIBVS AQVIS ORDINIS I. PARS I. DE PISCICVLIS FLVVIATILIBVS.

Phoxini læuis icon ex opere Rondeletij. *Alia à Bellonio exhibita, maiuscula quàm par sit.*



Alia, quam amicus è Sueuia misit.



PHOXI-

PHOXINVS læuis hic cognominetur, ad ſquamoſorum differentiam. φόξινος dictus fortè à capite acuminato, quod Græci φοξὸν appellant. Phoxinus piſcis ſtatim natus (propè dixerim) oua habet. parit aũt in ſtagnis (ἐν ταῖς προλιμνάσι) fluuiorum, Ariſtoteles: argumentum hoc faciens, etiã ſine coitu oua conſiſtere fœcunda, nec aliud de eo proditũ reperimus, niſi quod ſemel año pariat. Non rectè quidã ſcribũt, Ariſtotelẽ Phoxinos omnes fœminas facere. Quòd ſi Phoxini, piſciculi minimi ſunt, ut uidentur: nil mirum, ſi propter paruitatẽ mediocres etiam ex eis nuper nati uideantur. Veriſimile eſt aũt tantillos piſciculos, ſicut & Mures inter quadrupedes, breui tẽpore perfici & generare poſſe. ¶ Piſciculus quẽ hîc exhibemus, ex Phoxinorũ genere uidetur eſſe, quantumuis enim paruus capiatur, ouis plenus reperitur, cute læui integitur punctis notata, &c. Rond. ¶ Phoxinorũ, quos Rond. & Bellon. ſic uocant, alij læues ſunt, ut ſpecies ea quã hîc ꝓponimus: alij ſquamoſi, ut ſpecies duæ mox ſequentes, ex quib. minoris nomina cũ lęui cõfundi uideo, non ſolũ apud noſtros Germanos, ſed alijs etiã in linguis. Pinnas quidẽ numero ſituq; ſimiliter habent: utriq; amariuſculi, & minimi etiam ouis plerunq; pleni ſunt.

GRAECI quidam ab oculorũ rubore ἐρυθρόφθαλμον uocant, Rondel. apparet aũt eum de Græcorum lingua hodie uulgari ſentire. Oculi quidẽ etiam alijs quibuſdam piſciculis rubẽt: ut Alburno Auſonij, quem potius erythrophthalmon dixerim. Phoxino læui an rubeant, conſiderandum eſt diligentius. apud nos hîc rarus eſt, & hæc dum conderem, nullus erat.

ITAL. Florentia à maculoſa cute Pardellum nominat, Bellon. quia nimirũ ut Pardalis uarius eſt. Itali Pardillã, Rond. Inſubres Sanguinerol, à rubore. Mediolanẽſes Eſbreuon. Romani Morellã (uel Morellum, Morelle) à nigrore: albus quidẽ eſſet, niſi punctis nigris & tenuiſsimis lituris ſuggillaretur. Sed piſciculorũ minutorum (inquit Bellon.) Romæ nullum habent diſcrimen, omneſq; promiſcuè Morellos nominant. Aliqui Freguereul & Freguen uocant hunc Phoxinũ, eò fortaſsis quòd ſemper ouis pręgnans ſit, Bellon. uel quòd frigi piſciculi iſti oleo butyróue ſoleant. Hetruſci Ionctium, (ut ſcribit Bellonius in Gobio fl.) nimirum quòd inter iuncos & harundines uerſetur.

GALLI Veron uocãt, quaſi uarium. At is quem Itali quidam Varon aut Vairon uocant Gobius fl. Auſonij eſt.

GERM. Pfrill, uel ut Bauari Lechpfrill, Auguſtæ: ubi minimos huius generis Weyßle, i. orphanos nuncupant. Pfell/Pfäl Sueui. Milling uel Mulling, circa Argẽtinã. Alibi Wettling. item Orlen uel Erling/ab alnis fortè. Apud noſtros Harlüchle, (quod nomen fortè factum fuerit à Gallico Locha, quod eſt Fundulus, cui ſimilis eſt: uel à Saxonico Elritz, literis tranſpoſitis & forma diminutiua facta: uel ab Erling, aſpiratione prępoſita, &c.) uel Bachbambele: & Bützle, fortè quaſi Bintzle à iuncis: uel diminuto nomine quo circa Acroniũ lacum utuntur, Butt/Bott/Baut/Bintzbaut. Saxones & Miſeni uocãt Elderitz/Elritz/Eldritz. Hunc aiunt alibi Pfell uocari, è riuis in flumina maiora intrare, & ſingulis menſib. parere. Phoxini quidẽ Ariſtoteli ſemel anno pariũt. In Kinzetala regione Hägener appellatur, & minimi huius generis Brechling. A Rhetis circa Velcuriam Bambele: quod nomen noſtri ſquamoſo tantùm attribuunt.

ANGLI A Menoy/uel Menow: quòd minutus, imò piſciũ minimus ſit. Videtur is quidẽ Bellonio Phoxinus, cui equidem (inquit Turnerus in epiſtola ad me) conſentirẽ, ſi in προλιμνάσι fluuiorum & lacuũ circa arundineta pareret, ueluti Percæ: hoc enim Ariſtoteles de Phoxino ſcribit. nunc cũ ſemper in ſaxoſis uadis aut ſabuloſis, ubi rapidiores ſunt aquę decurſus, pariat, ipſi hac in re ſubſcribere non audeo.



PHOXINVS ſquamoſus minor, Rondeletij. Phoxini (inquit) nota ab Ariſtotele poſita, quòd minimi etiam (& recens nati) ouis grauidi reperiantur, cum multis alijs communis eſt: quos quantumuis paruos capias, ſemper ouis plenos reperias: ſed ei uni ex omnibus maximè conuenire uidetur, quem ſæpe in Picardia uidi obſeruauiq;. illic uocatur Roſiere. dimidiati pedis longitudinem nunquam ſuperat. Corpore eſt lato & compreſſo: oculis magnis pro corporis ratione. Bramis minimis corporis ſpecie ſimillimus eſt: colore luteo. Quamlibet parui capiantur, ſemper ouis grauidi ſunt, adeò ut periti piſcatores cũ ouis naſci affirment. Hæc Rondeletius. Idẽ planè, aut cognatus eſt piſcis Bellonij Bubulca, (fictum ab eo nomẽ è Gallico Bouuiera: nam Bouuier bubulcum ſignificat: nimirum per contemptum,) niſi colore forſan differat. Videtur etiam Alburnus Auſonij ei cognatus.

ITALI quidam, ut audio, eodem quo Gobium fl. nomine appellant, Varon. Verbani lacus accolæ circa Lucarnum, Stornazzo uel Sterniculo.

GALL. In Picardia Roſiere, ut dictum eſt. Et, ſi eadem eſt Bellonij Bubulca, alijs apud Gallos nominibus Bouuiera, id eſt, Bubulca: & Peteuſe, etymologia à bombis obſcœnis tracta.

GERM. A nostris Bambele seu Pambele uocatur: (ut læuis Bachbambele:) Rheti circa Velcuriam id nomen etiam læui attribuunt. Argentinæ Riemling.

PHOXINVS squamosus maior Rondeletij. Superiori (inquit) non multùm absimilis est piscis, qui Gallicè Rose uocatur à rubore caudę. reliquo corpore cœruleo est, paulò maior. minùs lato corpore. ouis semper plenus est, etiam minimus. Sic ille. Mihi certe incognitus hic piscis est: nisi fortè sit ille, quem idē Rondeletius inter lacustres Lemano lacui proprios, ut ipse putabat, Vangeron appellauit. huic enim cauda & uentris pinnæ rubent: & in Normannia (ut accepi) Rosse uocatur. Non tamen in lacubus tantùm capitur, sed etiam fluuijs, præsertim tardioribus. in quibus fortè non eandem magnitudinem quam in lacubus attingit: & fieri potest ut Rondeletius minùs adultum uiderit. Quòd si piscis idem est, ut suspicor, figura eius non satis probè expressa à Rondeletio fuerit. Vide in Rutilo, mox Partis tertiæ antepenultimo pisce.

GALL. Rose uel Rosse, ut prædictum est.

GERM. Es beduncket mich ein Rottine seyn/ aber nit wol gemaalet vom Rondeletio/ rc. Ein andere vnd bessere contrafactur findest du vnden.



EPELANVS Sequanæ uel Fluuiatilis Bellonij, toto genere à marino (uel potiùs anadromo: Vide infrà Parte V.) differt. nomen uerò idem sortitus est, siue quòd odore cum eo conueniat: siue quòd ut ille inter cæteros pisces excellat. Pisciculus (inquit Bellonius) est odoratus, de bonitate & principatu cum alijs omnibus contendens: Alburno simillimus, atque hoc tantùm ab eo dissidens, quòd ruffas radices pinnarum Gardonis & Veronis modo habet: ac lineam, quæ latera eius secat uersus caudam admodum inflexam & uelut arcuatam. quinqꝫ digitorum longitudinem pollicis latitudinem interdum exuperat. marino crassior est ac breuior. Hæc ille. Videtur aūt PHOXINVS uel Phoxinis (& Bubulcæ Bellonij) cognatus pisciculus. ¶ Alius est Epelanus mar. uel anadromus, de quo infrà. ¶ Variata piscis marinus saxatilis, quem suprà Ordine I. Marinorum exhibuimus, pag. 6. idem Epelano fl. Bellonij, aut planè cognatus uideri potest.

ITAL. Ferrarienses Borbolum uocant.

GALL. Epelan Lutetiæ. Rothomagenses Ouellam eo argumento nominant, quòd semper ouis prægnans sit, Bellonius.

GERM. Ein geschlecht der Bambelen oder Riemlingen.



ACVLEATVS pisciculus, ut Rondeletius nominat. Pungitius Alberto Magno: & alijs quibusdam obscuris Spinachia, Turonilla. Centriscus Theophrasti. Aculeati pisciculi genera sunt duo: Maius, quod tribus tantùm aculeis in dorso munitur, tribus in uentre, coniunctis: Alterum minus, senos aculeos rigidos in dorso habet, &c. Rondeletius. Vilissimi sunt. E stagnatibus aquis in amnes ueniunt, in quibus manent & proficiunt.

ITAL. Stratzarigla.

GALLICE Epinoche uel Epinarde, ab aculeis quales cernuntur in semine eius generis bliti quod uulgò Spinaceum uocant.

GERMANICE Stichling/ Stachelfisch/ Stechbüttel/ Thornfisch. Adamus Lonicerus scribit etiam Ohrlizen alicubi uocari.

ANGLICE. Scharplyng/ Schaftlyng/ Sticling/ Sticlebak/ Banstikle.

ALBVR-

ALBVRNVS Ausonij.

ITAL. Arbolino, uel Arborino: alibi Scauardino, Agulla (at Placentini Leuciscum fl. primum Agullam uocant) Pesquerel: alibi Stregia: cum tamen Stregia alibi sit idem quod Leuciscus, (fl. secundus.) inquit Bellonius.

GALLICE Able, Ablette.

GERMANICE Albe uel Albele, ab accolis Rheni: (nam nostri alium piscem in lacubus sic uocant.) Alffe/ Able/ Zwibelfischle/ Weißfischlin: Blieck/ Bliegge/ Schneiderfischle. Circa Acronium lacum ab oculis rubicundis nominatur Roteügle: quod nomen alij diuerso pisci tribuunt. Cognatus est Alburno Ausonij Oberkôttichen dictus in Albi pisciculus, coloribus tantùm differt: quanquam & ipsi, oculi rubescunt.

ANGLICE Bleis uel Bleke.

Gobius fl. à Rondeletio exhibitus.



GOBIO Fluuiatilis Ausonij, figura marino similis, non æquè tamen in cibo laudandus. Græci Latiniq; ueteres marini duntaxat meminerunt, Rondeletius. In fluuijs etiã Cobiones pinguescere Aristoteles testatur, & Dorion quoque fluuiatilium meminit: uidentur autem marinos qui fluminum ostia subeant, intellexisse. non puto tamen altiùs flumina subire Gobiones marinos, sed parum supra ostia. De Gobijs in genere quædam diximus in Gobionibus marinis.

Eiusdem icon alia meliùs expressa, sed máior iusto.



ITAL. Mediolani Vairon dicitur, (*alius est Veron Gallorum, nempe Phoxinus Aristotelis, ut conijcimus:*) uel Varon, à uarietate nimirum. utrinque enim latera eius maculis rotundis nigris pinguntur. ¶ Romani pisciculorum minutorum nullum habent discrimen, omnesq; mixtim conchulis exceptos diuendunt, & Morellos nominant, Bellonius. Saluianus hunc piscem Italiæ fluminibus ferè insolitum esse scribit, & innominatum.

GALLICE. Gouion, Lugduni Goifon.

GERM. Greßling/ Kreßling/ Greß/ Kressen/ Bachkressen/ Gob/ Cob/ Gôbe/ Gufe/ (Guuin uel Guukin circa Coloniam,) Leüteſſer, id est, Anthropophagus, quòd cadaueribus uescatur. Argentinæ Gobiones paruos Sandkressen appellant. Grundele uel Grundlin, propriè est Cobitis barbatula Rondeletij, aliqui etiam Gobionem fl. sic uocant. Kreßling aliqui etiam Thymallos paruos imperitè nuncupant: ut Laugelam nostram, Gallorum Vendosiam, (Leucisci fl. speciem,) Grâsig piscatores Acronij lacus circa Lindauiam.

ANGLICE. Goion/ Gougeon/ Gogion/ Gudgione.

LAMPREDA (uulgò dicta) minima. Sunt enim alia duo genera maiora: quæ quoniam è mari subire flumina cõstat, Ordine quinto inter Anadromos pisces de eis agemus. De hac quidem an è mari ueniat, dubitari potest, ut mox pluribus dicetur: quoniam tamen pleriq; in fluuijs & gigni & manere eam putant, hoc in loco eius mentionem facere uoluimus. ¶ Nomina ei eadẽ quæ cæteris duobus generibus, (de quibus Ordine V. leges,) attribui licebit, expressa minimæ differentia. ¶ Typhle Athenæo, τυφλη: Typhlinus Hesychio, τυφλῖνος, inter Nili pisces nominantur, *Typhle.* nimirũ à similitudine aliqua serpẽtis qui Græcè Typhlines uel Typhlops, Latinè Cæcilia dicitur. & quoniã species hæc Lamprede serpẽti cæco à nostris appellato (quãuis an idẽ ueterũ sit Cęcilia,

Icon à Rondeletio exhibita.



Alia à nostro pictore effícta.



Itali Orbisolam uel Orbelum uocant, nescio,) non est dissimilis, Typhlen aut Typhlinen appellari eundem quid uetat? quod si in Nilo pisciculum hunc reperiri mihi constaret, planè hoc nomine appellandum contenderem. Hoc si admittant eruditi, medias quoque et maiores Lampredas, Typhlas aut Typhlinos Typhlinásue, expressa magnitudinis differentia, nominabimus. Xenocrates Typhlinidia nominat, in capite de salsamentis fluuiatilium & lacustrium. unde & paruos esse pisciculos (ex forma diminutiui nominis,) et fluuiatiles lacustrésue, et sale condiri solitos, apparet. Scio aliquos Typhlē piscem marinum facere illum quem Rondeletius Acum Aristotelis uocat: sed nullus hoc nomine inter marinos à ueteribus memoratur. ¶ Rondeletius (sicut & Bellonius) Lampetrarum duo tantùm genera faciens, hanc paruam & fluuiatilem cognominat. quanquam enim superiores quoque in fluuijs reperiuntur, è mari tamen ascendunt. minima hæc in fluuijs & riuulis nasci uidetur: utpote quæ illic capiatur (inquit Rondeletius) quo nullus marinis aditus patere potest: cum neq; illi in mare confluant, neq; mare cum ijs ulla parte sit coniunctum. tales in Aruerniæ riuis inueniuntur. Sic ille. Sed fortè riui omnes fluminibus miscentur, flumina demum mari. & Salmones non ideo è mari subire negamus, quoniam in montium etiam riuis inueniantur. Fluuiatiles quidem tantùm hos pisciculos esse non nego: sed alio, quàm Rondeletius fecit, argumento id confirmandum puto. Saluianus Lampetram unam maiorem, bicubitalem semper inueniri tradit, & maculosam. minorem uerò uix pedalem esse ait, absq; maculis, subcineraceam: (ab utraq; differre tertiam illam speciem, quam Prick Germani appellent:) Harum utranq; reperiri tum in mari, tum in fluminibus. minores nanq; frequentiores, maiores uerò rariores (inquit) ineunte uêre flumina mari proxima subeunt: in illisq; toto uerno tempore cōmoratæ, in mare deinceps æstate incipiente reuertuntur. Sic ille. ¶ Apud Germanos literati quidam hunc piscē, aut fortè cognatum ei Lampredam illam quam Prick uocant nostri, Oculatam nominant, ea ratione scilicet quam in Germanicis Lampredæ mediæ nominibus exposui. nos homonymiam uitamus: quoniam ueteres marinum piscem toto genere diuersum, Oculatam nominarunt. ¶ E riuis amnes subit.

Oculata.

HISP. Lusitani uocant Engie, ut audio.

GALL. Lamproyon, Lamprillon. Tholosæ Chatillon.

GERM. Ein Neünaug/ id est, Enneophthalmus. Lege infrà in Lampreda media inter anadromos. Miseni & alij quidam Steinbeyß nominãt, uocabulo nobis de alio pisce (quem mox parte II. describemus) usitato. ¶ Audio alterũ quoq; genus huius pisciti reperiri, cui à cœno nomē nostri piscatores fecêre, Mürneüneugen: nigriores esse aiunt, nec admitti mensis; sed insigi hamis ad inescandos Thymallos, Anguillas, &c.



POECILIAS piscis, ποικιλίας: eruditi quidam hodie Mustelam fossilem aut uariam nominant. In Aroanio Arcadiæ fluuio (*In Aorno per Pheneum fluente, Athenæus*) pisces sunt tum alij, tum qui à uarietate Pœciliæ appellantur. hos uocem emittere tradunt Turdi uolucris similem. Captos equidem uidi: sonum autem nullius audiui, quanquam in ripa usque ad Solis occasum permanserim, quo potissimum temporis uocem ædere dicebantur, Pausanias. Plinius Exocœtum cum Pœcilia confundit. ¶ Pisces fossiles (inquit Georg. Agricola) duorum generum inueniuntur, sed intra terrã, nonnihil teretes ut Anguillæ: sed pelle carẽt tenaci, squamis etiam, ut & Gobij. duráq;, nec admodum iucundam gustui habent carnem. Maiores crassi sunt ferè duos digitos: minores, digitum. illi longi, circiter palmos quatuor: hi, tres. Sonum edunt acutum. Eos pharmacopolæ in uitrum

uitrum inclusos de trabe suspendunt, ut spectaculum hominibus præbeant, longoq́ tempore alūt pane & aliȷs quibusdam. Ex fluminibus autem quæ currunt in locis paludinosis egresi per riparum uenas longiùs penetrant in terram, & interdum in proximi oppidi cellas usque subterraneas, Hæc ille. Pisces fossiles (ut Georgius Fabricius ad nos scripsit) qui à nostratibus Peißker nominātur, sunt longitudine palmi (maioris,) crassitudine digiti: quanquam maiores etiam multò reperiuntur. Dorsum coloris cinerei cum punctis multis, maculisq́ transuersis, partim nigris, partim cœruleis, (*hinc Pœciliæ nimirum, hoc est, Varij dicti sunt.*) In lateribus linea utrinque nigra & alba. Venter flauus cum maculis albis, & punctis rubris ac nigris, ita paruis, ac si acu factæ essent. Ab ore carneæ particulæ eminent, quas nando extendunt, extra aquam contrahunt. In Misena trans Albim duobus locis, quod scio, fodiuntur: ad Polnitium amnem prope Ortrantum, & ad Dobram riuum prope Hanam oppidum. Item in pratis ad Rederam fluuium copiosè effodiuntur, si flumen inundet. Ex terræ cauernis ingrediuntur etiā lacus & paludes. Cùm aquæ extra ripas excrescunt, è terra prodeunt. Aquis autem residentibus, in pratis campisue relinquūtur: & ubi greges sunt, relicti uorantur à suibus. Sordes amant: & in cloacas, quæ alia purgari ratione nequeunt, iniecti, omnia consumunt. Cum in riuis paludibúsue capiuntur recētes, solent à tenuioribus, etiam mensis adhiberi. Seruiunt imprimis fraudi agyrtarum, qui eos alunt, & uitris inclusos multitudini ostentant pro serpentibus: quia à paruo serpente non multū figura differunt. Sunt qui eos spirare putant. ubi enim plures huius generis pisces simul sunt, spuma supra eos effertur. Vitro inclusi ore angusto, crescunt, & suo quodam succo uiuunt usque ad semestre. Hæc ille. Troglodytam fortè hunc piscem aliquis non ineptè dixerit, quòd terram & caua subeat ac penetret. E riuis fluuios intrare solet.

GERMANICVM nomen Peißker uel Beißker, quanquam ad Græcum Pœcilias uidetur accedere, per onomatopœiam potiùs factum uidetur: nam & Poloni similiter ferè appellant. Aliqui uocāt Meerputten/ (nos Meertreüschen diceremus,) qui sunt crassiores. sed meliùs Erdtputten uel Erdtrüschen dicerentur. aliqui Meergrundel, à corporis specie, maculis & barbulis, quibus fundulum nostrum (id est, Gobiȷ fluuiatilis speciem) refert. sonum acutū ædit. Aliȷ Meerkutt, id est, Mustelam marinam: quanquam (Argentinæ) etiam alius quidam piscis Kutt, à Germanis dicitur. Hunc maculis aureis distingui aiunt. sonum ab eo cum tangitur, uel premitur, ceu felis ædi. In cibis à paucis admittitur. Diu seruatur in uitreo uase, si aqua mutetur tertio quoq; die.

Aliqui Pfülfisch appellant. Pful quidem Misenis & aliȷs quibusdam palus est, uel palustris lacus. ¶ Pœcilias minor dici poterit, quem Germani Steinbyß uel Steinschmerling appellant, &c. ¶ Idem aut simillimus fuerit qui ab Anglis Sprall oyle nominatur, à Flandris Pymper ele/ ab aliquibus Pype oyle. è Flandria quidem in Angliam importari audio. Cognatus fortè etiā qui à Misenis Spirabl uocatur. Piballa nomē quo Galli Oceani accolę utuntur, à Germanico Pymper ele corruptum uidetur: sic autem uocitant uel Anguillarum uel Lampetrarum fœtus.

POLONICE Koza: uel Pescur, Pis kors per onomatopœiam. Abȷcit eum uulgus in latrinās ne obstruātur: nam piscis hic omnia permeare conatur. Si uiuus in Capræ os immitatur, quod uulgò ludentes facere solent, uiuum aluo reddi aiunt.

VNGARICE Zick per onomatopœiam.

Percæ fl. minoris icon Argentinæ expressa.



PORCVS Nili, χοῖρος, Straboni lib. 17. Crocodili (inquit) abstinent à Porcis, qui cum rotundi (Στρογγύλοι) sint, & spinas ad caput (ἀκάνθας τῇ κεφαλῇ) habeant, periculum beluis afferunt. Rondeletius quidem Capriscum suum, Porcum Strabonis facit. uerùm is marinus est piscis. quamobrem fluuiatilem illum, quem Germani pleriq; Percam rotundam (teretem meliùs) nomināt, Porcum fl. Strabonis esse coniecerim. quem et Percam fl. minorem appellare licet. nam & circa caput ac brāchias spinosus est: abstinentq́ eo Luciȷ propter spinas: & Frisiȷ Porces eum nuncupant: unde aliqui Latini Porcellionis nomen fecerunt. Saluianus Caprum & Capriscum unius piscis nomina facit, (Rondeletius distinguit,) nec aliū Porcum Nili esse arbitratur, lege suprà Ordine IIII.

Alia eiusdem accuratior, quam Io. Caius ex Anglia misit.



pag. 57. & 58. ¶ Non probo quòd Bellonius Cernuam fl. hunc piscem appellauit. Gaza ex Aristotele Orphum piscem marinum interpretatur Cernuam, Siculos nimirum secutus, qui eundem Cernham nominant, ut monet Gillius. Cernuæ etiam Ausoniũ inter fluuiatiles meminisse quidã scribunt: ego apud Ausonium non inueni. Habet hic piscis (inquit Bellonius) similitudinem aliquam cum Perca mar. & partim etiam cum Channa: quorum utrunque piscatores aliqui Italiæ Cernam uel Cernuam uocant, ut alij Exocœtum quoque & Percam fl. quod animaduertit Bellonius. Idem Plinij medici Acerinam, recentiorum Cernuam esse putat: ego corruptum pro Atherina uocabulum dixerim. ¶ Ioannes Caius medicus Anglus, Aspredinem hunc piscem ab asperitate commodè appellauit. Falluntur qui Melanurum putant. marinus enim is est.

ITALIS & GALLIS ignotum puto.

GERMANI uariè appellant: Kutt/ Kaut/ Kaulbarß/ (id est, Perca rotunda:) Kaulpersich/ Külbersing: Goldfisch: (Sed alius etiã piscis, è mari flumina subiens, Sturionis comes, quẽ Miseni Zige, id est, Hircum uocant, nõnullis Goldfisch nominatur.) Circa Coloniam Pösch. Frisij Porces.

ANGLI Ruffe, ab asperitate.

POLONI Iesch, uel Iazdz.

PISCIS in Danubio hodie uulgò à Germanis dictus Schröll uel Schrölln / uel Schrellele/ cuius iconem ab amico accepi, idem aut persimilis superiori uidetur. quod si differt, superiorem in Danubio non reperiri puto. Aiunt quidem in solo Danubio capi: sed sæpe fit ut homines non longiùs peregrinati, peculiare alicui loco putent, quod alibi etiam reperitur. Rarò (ut indicauit à quo missa est) longior fit quàm figura ostendit, similis Percæ fl. pinnis & aculeis dorsi. Quoquo modo paratus, in cibo optimus est. Color in icone nostra, dorso fuscus est: lateribus subuiridis, plurimis punctis fuscis interuenientibus: quales etiam in pinna dorsi (cuius aculei albicant) conspiciuntur. Venter candidus est. Initium pinnarum ad branchias rubet, &c.

GERM. Schröll/ &c. ut iam dictum est.

LEVCISCI seu Mugilis fl. species prima, Rondeletio. A quodam recentiore non rectè Sargus uel Sargon & Cephalus appellatur: Gardus nonnullis, Gallici nominis imitatione.

ITALICE Lascha uel Lasca. Placentinis Agulla, quanuis alibi Alburnum sic nominent. Mediolani

Figura hæc maiuscula est quàm par sit.



Mediolani Oladiga, alibi Ocradiga, Oradiga, Orada ab aureo capitis fulgore. Circa Verbanum Italiæ lacũ Trull uel Troy. Paruus in hoc genere Romæ à piscatoribus Reuillano dicitur.

GALLICE Gardon, circa Monspelium fortassis Siege. nonnihil enim diuersus esse uidetur, Rondeletius. In lacu Lemano Trouette, ni fallor.

GERMANICE **Schwal/ Furn/** (quanquam nõnulli Capitonem fl. **Furn** appellant:) **Rettel/ Rotaug/ Roteügle/** (quod nomen etiam Alburno Ausonij tribuitur:) Ad Acronium lacum circa Lindauiam, hunc piscem **Fornfisch** uocant primo anno, deinde **ein Gnitt/** tertio **ein Furn.** Sunt qui **Blieck** uel **Roteüglin** nuncupent ab initio, (neq; distinguãt ab Alburno Ausonij: quẽ sui generis piscem ab hoc semp diuersum, ut ego sentio, nostri **Blieck**, alij **Roteügel** uocant:) post annũ **Fürnling**, demũ **Furn** uel **Schwal.**



LEVCISCI fl. secunda species Rondeletio. Bellonius Vendosiam & Dardum uocat, Gallicorum nominũ imitatione: Albertus Vindosam: aliqui hodie Strigilẽ cum Italis. Accolę lacus Bistonij, (cuius aqua partim dulcis, partim salsa est,) Lilingã. Capiuntur abunde in Epiri lacubus, ubi Scouranici uocãtur. Veneti eis maximè utuntur nauigio aduectis, eodemq; propè uocabulo Scourancas nominant. Leucorinis maiores sunt: similiter tamen sale conspersi infumatiq; ad exteros mittuntur, Bellonius: si rectè hęc tanquam de eodem pisce ab eo scripta accipio: paulò antè quidem ipsum hunc piscem à uulgo Gręco Leucorinum uocari scripserat: siue à pelle, siue à naso albicãte. E stagnantibus aquis flumina subeunt, in quibus manent & augentur. *Leucorini.*

ITALICE, Streia apud Insubres: alibi Strigio, Strilato, uel Stria dicitur: fortè à strijs illis rectis, quibus inter squamas distingui uidetur. Ferrarienses quidem Stregiam uocant etiam illũ pisciculum, quem Alburnum Ausonij esse eruditis placet.

GALL. Vandoise: Santonibus & Pictonibus Dard, quòd sagittæ modo sese uibret. Circa Monspelium Sophio, Lugdunensibus Suiffe. Sabaudis circa Neocomum Vengeron: at in Lemano Rutilium nostrum Vengeron appellant.

GERM. Lauck/ Laugele/ Winger/ Vnhopt. Acronij lacus accolę nominibus uariãt: Gräßig Lindauiæ uocant: Vberlingæ Laugele ut nos: Constantiæ dũ parui sunt, Zienfische uel Gräsing: adultiores, Agonẽ, Agunen/ Lagenen. Sed alius est Agonus in lacubus Italiæ: & Gräsing nomen cauendum est ne quis accipiat pro Gobio fl. illo, quem multi Greßling appellant. In Dunensi Bernensium agro, genus hoc Leucisci Blawling dicitur: nostri Bezolam Sabaudorum sic uocant. Iidem hi Leucisci, cum minimi, densis agminibus natãt, Seelen, id est, animæ à nostris uocantur. alij similiter Bezolas lacustres pisces adhuc pusillos. Misenis, ni fallor, priuatim Weyßfisch dicuntur: nisi potiùs Ockeln ab eis dicti, hi sint.

Icon hæc ad Riselam nostram facta est.

LEVCISCI fl. species quædam esse uidetur, quæ Italico nomine Sueta nominatur à Bellonio. Sueta (inquit) Ferrariensis Leucisco quàm Squalo similior, semipedalis est: rostro uel ore Lauareti, sed subobtuso, neque ut Squalo in gyrum grandi: capite acuminato, cauda & branchijs ut Leuciscus. Branchias enim habet paruas, tenuibus fibris constantes: sub quibus mox in ingressu œsophagi, seni utrinque dentes comperiuntur. Squamis est paulò latioribus quàm Leuciscus. Peritonæum interna parte ei nigerrimũ est ut in Salpis. cor spongiosum, &c. Adamat flumina quæ magno impetu ex montibus deuoluuntur.

GERM. Idem, ut conijcio piscis est, qui Risele/ uel Ryserle/ uel Ryßling à nostris uocatur. Digiti longitudinem parum excedit, colore per dorsum è cœruleo uirescẽte, per latera & uẽtrem candido. Pinnis albicat, similis ferè Capitoni fl. minori, quem Haselam nostri uocant, latera eius linea distinguuntur. Hæc olim annotâram. Audio præterea squamosum esse, non dissimilem Gobioni fl. Ausonij, lituris etiam quibusdam notari: peritonæum ei nigricare. In Silo torrente ad urbem nostram, circa lapides capitur, locis profundioribus circa cataractas manu factas, sed raro: (quamobrem hoc tempore diligentiùs intueri non licuit.) uermiculis uesci. è torrente aliquando Limagum nostrum subire. inter lautiores pisciculos haberi.

LEVCISCVS maior uocari poterit, quem Capitonem fluuiatilem minorem uocabimus infrà, Parte IIII. huius Ordinis.

MVGILVM fluuiatilium species duas Rondeletius describit: quarum altera cum palmi longitudinem uix superet, ad hunc locum referenda erat: sed quoniam utriusque icones simul & descriptiones Rondeletius coniunxit, ad Ordinem quartum differemus: ut minor potiùs maiorem (is enim ferè cubitalis inuenitur) quàm contrà, sequatur.

TRVTTAE Riuales uulgò dictæ, Bachförinen. quanquam pisciculis adnumerari poterant, propter cognationem tamen, cum Truttis cæteris Ordine IIII. memorabuntur.

ANIMALIVM IN DVLCIBVS AQVIS ORDINIS I. PARS II.

DE PISCIBVS SAXATILIBVS.

SAXATILES pisces à ueteribus dicti marini tantùm sunt: nos fluuiatilium etiam illos qui in saxosis fluuijs aut riuis degunt, sic appellamus, ut pluribus indicaui superiùs ubi de Fluuiatilium differentijs (ab initio huius Ordinis) in uniuersum quædam protuli.

COTTVS seu Boitus Rondeletij: quem Gobium fl. alterũ ab Ausonij Gobio diuersum, Bellonius appellat. ¶Piscem qui ab Aristotele βώτ@ dicitur, Gaza Cottum cõuertit, nescio qua ratione motus. Quòd si Latinum hoc nomen seruemus, interim meminerimus diuersum esse piscem

Eicon hæc Cotti nostri est, diuersa nonnihil ab illa quam Rondeletius exhibuit, pinna dorsi singulari, & cauda penicilli instar lōgiuscula, &c. ut genus aliud Cotti circa Monspelium haberi suspicer. Lacustres quidem hi pisces apud nos, à fluuiatilibus specie differunt.

scem ab eo qui à Numenio ex Athenæo κῶθος dicitur. sic enim ille Gobionem appellabat, Rond. Pisciculus est fl. Ranæ piscatrici similis, si parua magnis cōferre licet, corporis figura et colore, etc. Idem. Apud Aristot. historiæ 4.8. Boitus semel legitur, βοῖτος, duabus syllabis in nostra editione, non tribus, ut alij quidam legunt: & per τ. non per θ. Gaza uidetur κόττος legisse, quoniam ita transtulit. Pisciculum qui Venetijs Marsio nominatur, Petrus Gillius Cottū esse putabat. Pisces quosdam (inquit) Gobioni saxatili propemodū similes, Aristoteles Cottos nominat: quos adhuc nonnulli Coranos nuncupant. Sed Cotti (ut dictum est) nulla apud ueteres mentio: Boiti apud Aristotelem tantum, tanquam fluuiatilis, cum Marsio marinus sit. Est sanè piscis hic noster Blenno marino simillimus, ut æquiùs ferè Blennus fluuiatilis, quàm Gobius fluuiat. dici mereatur. ¶ Aristoteli (βοῖτος inquit Saluianus:) uel ut in uetustissimo manuscripto Vaticanæ bibliothecæ exemplari uidimus, κοῖτος. (*Si bissyllabum est uocabulum, κοῖτος penanflexum scribi debet.*) quam quidem lectionem ueriorem putamus, tum propter codicis uetustatem, tum ratione etymologiæ, ἀπὸ τοῦ κοίτου, id est, à cubili, quoniam sub saxis stabulantur & cubant. Diuersus ab hoc uidetur Athenæi κύττος, de quo nihil aliud affert, quàm Baccho sacrū esse. Simillimus est hic piscis marino Gobioni, unde meritò fluuiatilis Gobio appellari potest: quāuis nemo ueterū eo nomine eū appellârit. Hæc ferè Saluianus, qui etiā Citum Latinè scribit, cū Græcè κοῖτον legerit, unde Cœtū per œ. diphthongum dicere debebat. Cottus quidem à capitis magnitudine dici potuit. κόττα & κοττίς Grāmatici caput interpretantur: unde τετρακόττα, &c. Capitonem recentiores quidam Latinè uocant; (sed alius est Capito fl. Ausonij, alius Cephalus uel Capito marinus ueterum, de genere Mugilum:) alij Capitellum minus probando uocabulo: Alberti Magni ætas Capitatum. Nos differentiæ causa Gobionem fl. capitatum uocabimus. ¶ Quòd si quis etiam Vranoscopum fl. nominauerit, aut Lucernam fl. à marinorum similitudine, non poterit opinor reprehendi. quin etiam noctu oculis eū lucere aiunt, eoq; in partes duas dissectum nassis imponi, ad inescandas Truttas. E riuis fluuios subire solet. *Blennus fl.* *Capito.*

ITAL. Romani Misoris nomine appellant, Mediolanenses Scazot & Bot. hic enim est cui propriè uox Botoli adscribi debet: quo nomine eum Ferraria quoq; uocare consueuit. alludit hoc nomen ad antiquam Boitorum nomenclationem. Vercellenses Bouteiolum uocant, rustici uerò Paganellum, Bellonius. In alijs Italiæ partibus aliter nominatur, Capitón, Capidono, Marsón, Chiozzo, Iozzo, Ionctio, Scazón, Scazion, Maieron, Botto. &, nisi fallor, etiam Iouian, Go, Lagiono. Michael Sauonarola Latinè etiam Marsiones dixit, Italicum uulgare nomen sequutus. sed alius est in mari Marsio. Romæ Messore dicitur & Capo grosso, Saluianus. Messore quidem nomen non huic solùm Romæ, sed etiam Vranoscopo, & Blenno mar. tribuunt. *Marsio.*

GALL. Chabot, & circa Monspelium Teste daze, utroque nomine à capitis magnitudine facto. Cenomani (inquit Bellonius) Musnier appellant, quòd in riuis pistrinorum aquaticorum uersetur. Sabaudi circa Neocomum Chasso uel Chassot, ut Itali Scazon. Galli circa Tolosam Caburlaut. Capito Ausonij etiam à capitis magnitudine Gallicum nomē Testart adeptus est, quod quidam Gobio capitato non rectè adscribunt: quanquam idem Capito Ausonij Lugduni appellatur un Musnier: quo nomine Cenomanis etiam Gobius capitatus uenit, ut Bellonius refert.

GERM. Gropp/ Cop/ Kab/ Kopt/ Kaulrapp/ Babst/ Mull/ Thollman/ Keuling/ Külingk/ Kuling/ Kulheit/ Kaulheupt. Ex his nominibus pleraq; à capitis magnitudine facta sunt: alia ab eiusdem rotunditate.

ANGL. A Bulhed, id est, Bucephalus: ob capitis magnitudinem, non similitudinem formæ. nam Bul Anglis taurus est: nisi fortè corruptum hoc nomen est à Saxonico Kulheit. Alibi a Gulle uel a Myllersthombe, hoc est, Molitoris pollex.

ILLYRICE Glauoche, id est, Capitatus: Polonis Glouuacz.



ASPER à Rondeletio nominatus uel cognominatus piſciculus. Lugdunenſes (inquit) piſciculum Gobioni perſimilem Apron uocant ab aſperitate ſquamarum. In Rhodano tantũ in uenitur, non quouis in loco, uerum ea ferè in parte, quæ inter Viennam & Lugdunum eſt interie cta. Capite eſt latiore quàm Gobio (fl.) in acutum deſinente. dentibus caret. Colore eſt rufo, macu lis nigris, latis, à dorſo ad uentrem obliquè deſcendentibus uariato. Vulgus eum auro ueſci putat. ¶ De eodem Dalechampius medicus Lugduni clariſsimus, his uerbis ad me ſcripſit. Piſcatores aiunt hos piſces non niſi noctu in tenebris capi, nunquam ſecũda aqua deſcendere, ſemper aduerſus rapidiſsimi fluentis s curſum obniti: Rhodanum amare: fugere Ararim. in alueo tantum glareoſo natare, nunquam in cœnoſo aut ſabuloſo, aurum perſequi & eo ueſci. certiſsimum ſignum eſſe auri inueniendi, ſi piſcem hunc alicubi reperiant. Suauiſsima & delicatiſsima carne eſt: nonnihil ſolida, quę tamen digitis facilè teratur & frietur: nihil uiſcida aut glutinoſa.

GALLICE Apron, Lugduni, ut dictum eſt.

GERM. Ein Rüchling: wirt in der Rotten bey Lyon gefangen/ vnd daſelbſt Apron genẽt von wägen der reühe ſeyner ſchüppen. Perſimilis eſt piſcis qui Germanicè Zindel nominatur, Vlmę & alibi in Danubio capi ſolitus, ſed maior, de quo leges infra Ordine IIII. et iconem atque deſcriptionem conferes: uideri enim poteſt idẽ aut omnino cognatus piſcis: ſed quia nondum ſatis mihi conſtat, Aſperum Rhodani hoc loco proponere uolui, quòd in glareoſis ſeu ſaxoſis locis uiuere eum conſtet. Siccos duos Dalechampius ad me miſit, paruum utrunq;, & quatuor digitis paulò longiorem. Danubij quidem Zindelus multò maior eſt.



COBITES (maſc. genere, ut ſubaudiatur piſcis: uel Cobitis fœminino, ut ſubaudiatur Apua) fluuiatilis à Rondeletio dictus, ſimpliciter, uel læuis cognomine: ueteribus indictus. Hunc piſciculum (*inquit Rondeletius*) Cobitem fl. nominamus, quòd marinæ (*Apuæ cobitidi marinæ. nõ hîc exhibitus primus Cobites fl. ſed tertius, qui mox ſubijcietur, Cobîtidis barbatulæ nomine, ſimilis eſt, tum ſpecie corporis, tum quòd ſquamis caret. hîc uerò exhibitus fortè cum Gobio fluuiat. Auſonij aliquid commune habuerit*) perſimilis ſit. Primum genus Loche franche uocant Galli: uel quòd totum læue ſit, (*an totum læue dixit, quòd etiam ſquamis careat? has tamen pictura repræſentat, deſcriptio non meminit,*) & aculeis careat: uel quòd mollior ſit & ſalubrior. In riuulorum & fluuiorũ ripis degit, digitali magnitudine roſtro ſatis prominente. Corpus flaueſcit, & maculis nigricantibus notatur: ſubrotundum eſt & carnoſum. Carne eſt humida & uiſcida.

Bellonius & Rondeletius quod ad nomina & deſcriptiones huius generis piſciculorum, non ſatis inter ſe conueniunt: ego quem potui delectum feci.

GALL. Loche franche, ut dictum eſt. Vide mox in Gallicis nominibus Cobitidis fl. tertiæ.

GERM. Videtur eſſe ſpecies piſciculorum quos Germani Pfellen uel Pfrillen nominant.

Cobites fl. aculeatus Rondeletij.



COBITES fl. Rondeletij ſecundus, quem aculeatum cognominat. Supradicto (inquit) ſimilis eſt, ni paulò maior eſſet & latior, nõ rotundus, ſed compreſſus. in branchiarum operculis aculeum utrinq; habet. Spina interna dura rigidior eſt, quo fit ut piſciculus iſte inter edẽdum moleſtior ſit quàm cobites læuis. Sæpius ichthyopolæ parũ cautis imponunt, & pro læuib. uendũt. Hęc ille. Mihi quidẽ tantùm huius & ſuperioris piſciculi in exhibitis ab eo picturis diſcrimen uidetur, ut cuiuis uel primo intuitu internoſcere ſit facillimũ. hic longus & gracilis eſt, abſq; ſquamis, aculeatus, pinnis in uentre nullis, pictoris fortè incuria. ille breuior craſsiorq;, ſquamoſus, abſq; aculeis, pinnis in uẽtre ita ut plerią; omnes piſces præditus, & ore minùs acuto. Ego Cobitidum generi hunc minimè adnumerârim. Plura lege cum proximè ſequenti icone.

GALL. Loche ſimpliciter, (nam ſuperiori cognomen franche additur:) uel Perce, ab aculeis: aut quòd lapides penetrare mordereúe uideatur.

GERM. Ein art der Smerlen oder Steinbyſſen.

Eiuſdem

Eiusdem, ut uidetur, icon accuratior.



Quòd si idē piscis est, sicuti suspicor, qui Steinbeyß à nostris dicitur, melior à nostro pictore facta eius icon, quam hic apposui, fuerit: etsi hæc quoque nō satis perfecta mihi uideatur, oris præsertim specie.

Cobites hic rostro acutiore est, à quo si quis oxyrynchum cognominet, non fecerit incptè. Et quoniam pisci fossili illi quem Pœciliam ex Pausania nominauimus, tum specie, tum natura cognatus est, Pœciliam minorem, uel imberbem, uel oxyrynchum appellare licebit: (Sed alius Pœcilias seu Fossilis minor Georg. Agricolæ uidetur, magnitudine tantùm, specie neutiquam à maiori differēs) Cobitem uerò minimum, qui & ipse barbatulus est, Pœciliam minimum. Albertus Magnus nullo alio nomine hunc piscem nouit quàm Germanico: Vulgò (inquit) Mordens lapidem uocatur: GRAECE eâdem significatione Dacolithum dixeris. nam & GALLIS Perce uocatur, quòd rostro penetret uelut perforaturus, & à Sabaudis circa Neocomū Mort pierre. (At qui Perce pierre à Gallis uocatur, piscis marinus est, Alauda Rondeletij.) Foragua circa Vincentiam Venetorum, quòd reticulo (Guam uocant) contineri nō posit, sed foras euadat. In alijs locis Italiæ Grisella, Vsella uel Vrsella dicitur, corruptis à Mustela nominibus, sicuti & Cobitis fl. minima. Latinè etiam Mustelam fl. uocare licebit, aliqua ex prædictis differentia adiecta: Vel Echeneidis fl. speciem: non quòd reuera ui retinendi naues aut aliud quicquam polleat: sed quoniā ore mordens, sugénsue ut Lampetræ, retentionem minatur. Germani hunc pisciculū, ut dixi Steinbeyß appellant, à morsu lapidum. & forte Pœcilias etiam Pausaniæ (quem huic cognatum esse diximus, alterum barbatulum, alterum imberbem cognominauerim) Beißker à morsu dictus fuerit. Miseni circa Albim ein Steinschmerlin, hoc est, Fundulum saxatilem. [Fundulum enim, hoc est Mustelam seu Cobitidem fl. minimam, Schmerlin appellant.] Sunt hodie qui simpliciter Saxatilem appellent, quod non probo. ¶ Rondeletius & Bellonius aculeos huic pisciculo in branchijs attribuunt. Albertus branchias omnino ei negat. Mihi in sceleto uestigia quidem branchiarū foris apparuerunt, sed locus ipse clausus & solidus. Georgius Fabricius nuper foramina parua circa oculos ei sicut in Lampredis, esse nos monuit. Non est rotundus (inquit Albertus,) sed quasi columnalis compressus: & spinam acutam iuxta os habet, quæ, capite recuruato, uulnerat manū tangentis: colore eodem quo Fundula. ¶ Dacolithus è riuis in fluuios transit.

Dacolithus. *Perce.* *Mustela.* *Echeneis fl.* *Saxatilis.*

ITALICE. Bellonius de hoc pisce scribens: Mediolanenses (inquit) Vsel uocant, Placentini & Parmenses Gousangle: Locham Romani piscatores, alij Morellam, quod postremum nostro Veroni fl. magis debetur: Lodenses Zedola, Ferrariēses Squaiola: aliqui Lopola. ¶ Plura lege in præscriptis. Stracciasacco uocant Pedemontani, à distrahēdo, id est, dilacerando sacco siue reticulo. Rostro inhærere aiunt arenæ, ut à reti uix capiatur.

GALL. Perce, Mort pierre. Vide præscripta.

GERM. Steinbeyß/Steinschmerlin, ut præscriptū est. Circa Albim fl. quidem, etiā Lampredam minimam Steinbeyß uocant.

POLONICE Pstranik.

Cobitis barbatula Rondeletij.

COBITIS fl. tertia Rondeletij, barbatula ab eo cognominata. Nomen (inquit) dedimus à cirris tenuib. è rostro barbæ modo pēdentibus, quemadmodum in Barbo. ¶ Nos Mustelam fluuiatilem

Eiusdem alia icon à nostro pictore effičta, maiuscula quàm uellem, sed plenior accuratiorq́.



minimam, uel Pœciliam minimum nominari posse, proximè in Rondeletij Cobitide fl. altera monuimus. Hic quidem pisciculus præcipuè Cobitis fl. dici meretur: siquidem Apuam cobitidē marinam præ cæteris refert. Bellonius Lochiam Gallici nominis imitatione uocat: aliqui Germanicum nomen Grundele interpretantes, Fundulum nominant: Albertus fœm. genere Fundulam. sed cauendum ne cum alio pisciculo squamoso (quem Phoxinorum generis esse putant) quem si- *Fundulus.*

militer Germani quidā appellant, confundatur. Sunt qui hūc pisciculū, Thedonē Ausonij existimēt, de q̄ unicū hūc uersum in Mosella reliquit: Et nullo spinæ nociturus acumine Thedo. Quòd si diuinandum est, Lampredam illam minimam, quam enneophthalmō nominant nostri, cum spinis prorsus careat, Thedonem esse cōiecerim. Mustelam quidem marinam quodammodo refert, quòd eius instar barbatula sit, & oblongo læuiq; corpore: & uulgares quædā linguæ nomina huius piscis à Mustela detorsēre. ¶ E riuis in fluuios migrat.

Thedo.

ITALICE Fondola. Reliqua nomina pleraq; huic & Cobitidi aculeatæ Rondeletij, communia esse coniicio, præsertim quæ à Latino Mustelæ nomine detorta sunt.

HISPANI ut pisciculo hoc carent, ita etiam nomine.

GALLICE. Loche, ut superior. uel Lochette, diminutiua forma. est enim minima in hoc genere. Quæ Loche france dicitur (inquit Bellonius) palato delicatior est: quę uerò cœnosum limo sumq; tractum incolit, crasso & obeso corpore constans, atq; ob id pinguis Lochia (*nimirum Loche grasse*) cognominatur, ualetudinarijs admodum perniciosa est. Hæc indicis digiti crassitudine est, quinque digitos lōga: cirris, tanquam mystacibus, insignis, &c. ¶ A Burgundis uocatur Moutelle, uel Mouttoile, & similiter à Sabaudis: qui tamen circa Lemanum lacum habitant Sabaudi corruptiùs Motanche nominant, & alio nomine Dromilla, quòd sub lapidibus dormire uideatur: (sicut & cottus fl. si κῶττος nominetur, ut codices quidam pr ę se ferunt, idem significante nomine. nam & similiter sub lapidibus latet, appellabitur Græcè:) non tamen hunc solùm pisciculum, sed alias etiam duas species, quas alij Galli (Celtæ & Belgæ) Loches, circa Lugdunum Dromillas uocant. Burgundi quidam, aliju̕e Galli, Estoille proferūt, siue quasi stellarem, propter uarietatem punctorum: siue potiùs hoc etiam nomine à Mustela corrupto.

GERMANICE. Grundele/ (sed alij pisciculum squamosum, quem ad Phoxinos Rondeletius refert, sic appellant:) Zirle / Zirdele / Schmerlin / Smerle / Schmerling / Schmerlin/ Schmorle: Alsatij, ein Kreß/ quod nomen Gobioni fl. Ausonij debetur. Brabanti & alij quidam inferiores Germani, nominant Moeß/ Möß/ Musc, corruptis à Mustela uocabulis. Sueui & alij quidam hos pisciculos adhuc teneros & recens natos, Sengle uel Sengele uocitant.

ANGLI Gallice uocant a Loche.

POLONI Kielb uel Slyss. Bohemi Mrzen.

EPERLANVS piscis saxatilis Sequanæ litorū alumnus, ut Bellonius tradit: differetur ad anadromos. non enim in Sequana nasci, sed è mari semper ascendere puto. nam alius est fluuiatilis piscis eiusdem nominis, qui in fluuijs nascitur. de quo diximus Parte I. huius Ordinis.

THYMALLOS & TRVTTAS Parte V. reperies, inter pisces simpliciter: quanquam in puris & saxosis tantū fluminibus degunt, ut Saxatilibus marinis meliùs quā prædicti cōferantur.

ANIMALIVM IN DVLCIBVS AQVIS ORDINIS I. PARS III. DE PISCIBVS FLVVIATILIBVS LATIS, QVI ET SQVAMOSI SUNT OMNES EXCEPTA TINCA.

CYPRINVS, Κυπρῖνος, (Κυπελανὸς Athenęo, sed Κυπρῖνος legēdum uidetur, cum Aristotelem citet:) λεπιδωτὸς. Lepidotus, quem aliqui uocant Cyprianum, Dorion. ¶ A recentiorib. hic piscis Carpa ferè uocatur: ab alijs Carpanus, Carpo, Carpio, itē Bulbulus, Regina. Vide mox in Italicis nominibus. Destinet Carpam Danubius, Isidorus. Sed Carpio lacustris Benaco peculiaris piscis planè diuersus est, Truttarum generis. ¶ GRAECI nonnulli, pręsertim Aetoli, antiquam Cyprini appellationem retinent. Qui Turcis inseruiūt Græci (inquit Bellonius) Safan appellant: Strymonis amnis accolæ, Grinadi. Rondeletius ad pisces lacustres Cyprinum retulit. nos inter fluuiatiles posuimus, eos tantū lacustres nominātes qui lacub. proprij sint. Aristoteles & Dorion fluuiatilibus simul & lacustribus adnumerant. Oppianus non rectè (puto) marinis.

ITAL. Placentini Carpanum uocant. Ferrarienses (ut & multi accolæ Padi) Carpenā, Veneti Rainam, Romani Burbarum, Bellonius. Circa Larium lacum Burbaro (alibi Bulbaro) uel Bulbers dicitur. Bulbulus ante alios immani corpore pisces, Benedictus Iouius in Larij descriptione. Venetijs Carpano: alibi Reina, tanquam Regina, quòd magnitudine inter fluuiatiles & lacustres excedat, & à ganeonibus pinguiores ex eis præcipuè appetantur. Ant. Brasauolus pro Carpa Reginam dixit. Carpas Mantuæ Bulbaros uocant, Platina.

HISPANICE Carpa.

GALL. A Gallis omnibus Carpe uocatur.

GERMANI

Cyprini hæc icon ex nostris est, non ea quam Rondeletius dedit.



GERMANI superiores uocãt **ein Karpf**: inferiores **Karp** uel **Karpe**: & alicubi, ut audio, **ein Bůb**: quod nomen ad Bulbulum uel Burbarũ Italorum accedit. alibi **een Carper**/Flandri **Carpel**. Apud nos pro ætate etiam nominibus distinguitur. uocatur enim primo año **ein Setzling**. secũdo **ein Sproll** uel **Sprall**. tertio **ein Karpf**. ¶ In Frãconia Cyprinorum quoddam genus appellant **Spiegelkarpen**, à maculis.

ANGLIA **Carpe**.

BOHEMI Capr. Poloni Karp.

DE GENERIBVS DIVERsis Cyprinorum.

NVPER è Polonia quidam, uir rerum naturæ studiosus, de Cyprinorum in ea regione & Germania differentijs, sententiam suam his uerbis ad me perscripsit: Cyprinorum genera apud nos quatuor inueniuntur, ut nominibus, sic etiam forma & sapore diuersis. Genus primum simpliciter Carpam (**Karpfen** Germani, Poloni Karp) appellãt.

Alterum corpore multò angustiore est, ita ut supina pars in latitudine circa medium minime protuberet, sed ab ore caudam uersus secundum rectam (ferè) lineam ea pars protendatur. Ineptus est hic piscis elixari: melior, si assetur: quamobrem à Germanis Poloniæ accolis **Bratkarpfe** nominatur: à Polonis uerò Glouuacz, propter magnitudinem capitis, quod corporis reliqui proportione pręgrande uidetur (Vide inferiùs Parte 4. huius Ordinis De Capitone fl. cœruleo.) Tertium genus **Brachsme** Germanis est, (*Cyprinus latus Rondeletio:*) Polonis Dubiél: latior Carpa communi, & squamis albior: & quia pinguior, sapidior, maiorisq́ precij. Quartum latius superioribus, fere ut **Karas** dictus piscis: unde etiam composito ab eo & carpa uocabulo **Karpkaraß** dicitur Germanis, & Polonis similiter, uel alio nomine Piotruss. Hic tribus superioribus præfertur, & in maiori precio est. **Karaskarpf**/ (*cãdidior est squamis quàm Carpa simpliciter dicta, in medio latior, nec ad eandem magnitudinem prouenit, Ge. Fabricius.*) Cæterum qui **Spiegelkarpfen** à Germanis uocantur, apud nos (Cracouiæ in Polonia) non sunt. Qui **Setzlingẽ** Germanicè, hi Polonicè dicuntur Dlonnij karpik, (*uel*) Sprall piotink. Hactenus ille. dicitur autem **Setzling** à Germanis, Cyprius qui annum ętatis nondum excesserit.

CYPRINVS monstrosus hac forma captus est in Acronio siue Constantiẽsi lacu, ꝑpe Retz, duos ferè dodrãtes lõgus, pręsente illustri & generoso uiro Comite Vuolff de Schaumburg, anno Salutis M. D. XLV. idib. Nouembr. Voluí aũt quanquam in lacu captũ, Cyprini historię eũ hîc subijcere: quoniã Cyprinum fluuiatilẽ potiùs, quàm lacustrem facere placuit: etiamsi lacustres quoq;, apud nos quidẽ frequentiùs quã fluuiatiles inueniantur. Monstrosi quidem imprimis hi pisces reperiuntur in stantib. aquis, ut lacubus, stagnis, piscinis: taliũ enim effigies tres aut quatuor iam accepimus: fluuiatilẽ uerò monstrosum hactenus nullum. Ante bienniũ Geryon Seilerus illustris medicus Augustæ, icones tres ad me misit Cyprinorum monstrosorũ, qui anno Salutis 1557. Octobris die 22. capti sunt in piscina, quam uocant **Bulckawer teicht**, iurisdictionis Retz in Austria: quorum duo squamosi sunt & Cyprinis cõmunibus similiores: sed capite rotundo, ore etiam rotundo, prominente, hiante, labris ambientibus: in eo tantùm differentes quòd os uni in promptu & anterius est; alteri reductius ad mediam imi capitis partem.

Tertio corpus est breuius, rotũdius, totum in uentrẽ ualde protuberantẽ collectũ: cauda perparua & exili: squamis nullis, colore subflauo: caput & os similia prædictis. Nos iconem primi duntaxat (quoniam monstra persequi non instituimus) in lacu Constantiensi capti, facie ferè humana, posuimus.

CYPRINI aliquando hermaphroditi, id est, utriusque sexus capiuntur: aliquando neutrius.

CYPRINVS latus siue Brama Rondeletij. Si Cyprinorum (inquit) nota propria sit palatũ carnosum habere linguæ uice, plurima quidem sunt Cyprinorum genera. Nam quę Tinca et Brama nominatur, atque plures alij pisces, palatum carnosum habent. Quoniam uero quæ Carpa à Gallis uocatur, inter cæteros omnes pisces maximè carnosum palatum habet, atque ita euidens, ut uulgus etiam linguã appellet, eam pro ueterum Cyprino accipiemus: aliquot alios quibus nota hæc communis est cũ quibusdam alijs huic tanquam species subijciemus. ¶ Hunc piscem recentiores quidam Germani Latinè Prasinum uocant, ut Albertus Bresmam, Germanici nominis imitatione: aliqui Bremam. Platina Scardam, Benedictus Iouius Scardulam, Grapaldus Scarduam, Italicum imitati nomen. Nos Ballerum maiorem nominabimus, ut à Ballero simpliciter uel minore (quem nostrum uulgus Bliccam appellat) distinguamus.

¶ Quidã nominis uicinitate deceptus, Bramam putauit Abramidẽ fl. rectè uocari posse. ¶ Vide etiam suprà ubi de Cyprinorum differentijs dictum est. ¶ Alibi hic piscis de stagnantibus aquis flumina subiens, manet in eis ac proficit. ¶ Est aqud nos lacus piscosus nomine Gryphius, in quo piscium istorũ genus peculiare reperit, quod **Steinbrachsmen** (ut in Acronio etiam Lindauię, alibi **Thornbrachsmen**) appellãt: lautius ac delicatius cæteris, & sub tempus, quo generationi uacat, aculeatum (ut fertur) & albius euadit: mares duntaxat, quanquam & alij Cyprini lati quum generant, squamis exasperantur, & alij fortè plerięꝫ pisces: eoꝗ tempore ad cibum minùs probantur. ¶ A Bramæ fluuiatilis aut lacustris similitudine quadã permulti marini pisces, ab Anglis, Germanis & Gallis similiter uocantur, aut uocari possunt, adiecta aliqua cuiuscunque differentiæ nota: ut Aurata, Sparus, Sargus, Melanurus, Dentex uel Synodon, Synagris, Chromis, Pagrus, Erythrinus, Hepatus, Orphus, Anthias, Charax, Coracinus, Scarus, &c.

ITAL. Placentini Arbolicã uocãt, alij Scardolam siue Scardam, Veneti Russatam, Bellon.

GALL. Bresme, uel Brasme. Galli Bramam uocant, Rondeletius. Huius generis qui mediocri sunt magnitudine, Lutetiæ Haseaux nuncupantur, Bellonius.

GERM. A nostris nominat̃ **ein Brachsme**. Sunt qui putant primo anno eundẽ esse piscẽ dictũ **ein Blick**, *(quem nos sui generis piscem esse in Ballero ostendimus: similẽ quidem, sed qui ad tantã magnitudinem nunquam perueniat:)* secundo demum uocari **ein Brachsme**, atque id nomen retinere. Alij Germanorum aliter proferunt: **Prasem**, Saxones: **Brasem**, Frisij: circa Coloniam Agrippinam, **Brysem**: alibi **Bresem / Brosen / Pressen / Prossen / Brechsam / Pragme / Breme /** quod nomen postremum, ad Gallicum accedit: ut **Scharlen** Tridenti usitatur, ad Italicum Scardula. ¶ Apud Misenos in Albi hi pisces ab initio, dum digito breuiores sunt, à figura nominãtur **Weydenbletter /** id est,

Icon hæc Cyprini lati accuratè facta est ad unum ex lacustribus nostris.



Alius à Rondeletio exhibitus.



id est, Salicum folia: deinde aliquanto maiores, **Windtblehen**: iam uerò ad libræ pondus aucti & maiores, **Blehen** uel **Blahen**: uel **Plötzen**. Tandem bilibres aut trilibres (rarò enim tres libras in Albi superant,) **Brossen** uel **grosse Blehen**. **Plotzen** autem uocantur, quòd figura referant usitatum antiquitus gladij genus ualde latum, breue ac tenue, eodē nomine dictum. hinc nimirū Christophorus Encelius hunc piscem Latina terminatione Plocenum nominat: & eundem (ni fallor) Germani in Marchia, **Ploßfisch**: quod nomen recentior quidam (Baldazar Trochus) Sillaginem (nescio qua ratione) interpretatur. ¶ Sunt qui **Pressen** & **Blehe** pro diuersis piscibus accipiāt: quòd hic candidior, tenuior, sicciorq́ sit: ille nigrior, crassior, pinguiorq́. ego cum diligentissimo Kentmanno senserim, ætatis tantùm differentiam esse.

POLONI, ut audio, Dubiel. sed alius est Saxonum Diebel, nempe Capito fl.

CHARAX uulgò dictus Germanis. Huius (præter Ianum Dubrauium in doctissimo De piscinis libro,) qui meminerit nondū inueni. Charax (inquit Dubrauius) forma staturaq́ nō multum à fœtu Cyprini absimilis est, nisi quòd paulò latiore corpore distendatur, & dorsum habe

Icon hæc piscis est simpliciter Karaß dicti: cui similis est etiam Carasi minoris icon, ut ab amico accepi: nisi quòd caudam extremam ferè arcuatam & in medio reductam habet, &c.



at asperioribus spinis uallatum (unde ei nomen,) quódque iuxta caudam squamis inauratis magis impallescat. Sed & marinus Charax tergo caudaque auri similitudinem gerit, ac præterea purpureis cingulis, purpureisque oculis, ut Aelianus prodit, illustratur. quorum neutrum in nostrate inuenias: sed neque dentium extantium seriem. Hunc uernaculum Characem piscinarij, qui farturæ Cyprinorum consulunt, ne unquam in eadem piscina cum Cyprinis commisceant, diligenter cauēt: quod uel tantillus Charax audeat & ualeat tantum præ se Cyprinum pascuis depellere: nec tanti ipse tamen distrahi, quanti Cyprinus potest. Hæc ille. Sed ueterū Charax marinus est piscis: qui Oppiano in petris & arenis pascitur. Synodon & Charax Diphilo eiusdem sunt generis: sed hic præstat. & quanquam is de alimento ex piscibus loquitur, uideri tamen potest non solùm nutrimenti ratio, sed etiam forma his piscibus similis. & fortè Charax hoc nomine dictus fuerit, quòd firmis dentibus os uallatum (similiter ut Synodon) habeat. ¶ Cyprinum asperum nominare licebit. ¶ De speciebus piscis Karas, leges mox in nominibus Germanicis, & suprà ubi de differentijs Cyprinorum in genere dictum est. ¶ Piscem in Frisia orientali Carutz dictum, Carpioni similem, sed minorem, &c. omnes qui in uiuarijs seruant, constanter affirmant, sexies anno parere. quare si Carpio uulgò dictus (quem tam fœcundum reperiri nondum nobis constat,) Cyprinus non sit, hic meritò esse potest. sed nihil definio, Turnerus.

GERM. Karaß/Kariß/Gariß/Karauß. Genera eius tria in Albi reperiuntur. Primi generis pisces sunt parui, tenues, lati, colore subaureo, cui circa dorsum fuscus admiscetur. dupla eis ad latitudinem longitudo. Squamæ ut in Cyprino. Genus hoc Miseni paruum cognominant, klein Karaß: uel à colore Giblichen. Hi è piscinis et stagnantibus aquis in Albim ueniunt. Rarò octo digitos longitudine excedunt. Alterius uerò generis Carasi, aliquanto crassiores & longiores sunt: uocanturque dimidij Carasi, Halbkaraß: uel Karpkaraß: quoniam è Caraso & Carpa ueluti compositi uidentur. Hi quoque è piscinis & stagnantibus aquis Albim ingrediuntur.

A POLONIS similiter Karpkaraß dicitur, uel alio nomine Piotrus. Piscis (inquit Ianus Dubrauius) quem Bohemi Pitrussam uocant, in piscinis frequens, non alius esse quàm Cyprinus creditur, sed degener, & uelut abortiuus, quanquam in cibo haud ingratus, præsertim si in craticula torreatur. Tertij demum generis Carasi tenuiores & latiores sunt, quàm dimidij nunc dicti, similes primis, sed maiores & pulchri candoris argentei. Hi in Albi nascuntur, non aliunde (ut prædicti) ingrediuntur.



ORFVS à Germanis uulgò dictus piscis, nondum à me uisus est, præterquam Augustæ Vindelicorum in piscina natans; in qua urbe iconē etiam mihi depingi clarissimus medicus Achilles

chilles P. Gasserus curauit. Dorso est rubicundo, uentre albicante, squamis magnis & latis, paulò latioribus quàm Thymallus. Capitoni fluuiatili forma cognatus, maior: Cyprino minùs latus, sed crassior. Certo anni tempore è squamis eius ceu clauos quosdam eminere aiunt, similiter ut in Cyprino clauato Larij. quamobrem ad Cyprinos potiùs quàm Capitones pertinere uidetur. Species ei inter Carpam & Bresmam media, sicut & magnitudo, ut audio. Lautus et sapidissimus habetur: ille præsertim cuius caro rubeat. nam altera species reperitur carne alba. Siccam eius carnem, friabilem & salubrem esse tradunt, minùs suauem quàm Thymalli. Muscis uescitur. In lacubus & piscinis fermè reperitur apud Vindelicos, Norimbergę & alibi. sed etiam in aquis fluentibus, ut Norimbergæ in Begniza flumine.

GERMANI uocãt Orff/Urff/Erfle/Nörfling/Würffling/Elft. species ea cuius caro alba est, priuatim Augustæ Weyßfisch appellatur.



RVTILVM hunc piſcem appellare uolui à colore pinnarum, à quo Germani etiam nomen ei fecerunt. Rondeletius Phoxinis adnumerare uidetur, inter fluuiatiles: & rurſus Sabaudico nomine Vangeron inter lacuſtres. Vide ſuperiùs Parte I. in Phoxino ſquamoſo Rondeletij maiore. Apud nos quidem in lacubus tantùm reperitur, non etiam fluuijs, qui in noſtra regione rapidiores ſunt: alibi in fluuijs quoque naſcitur, quos tamen è ſtagnantibus aquis ſubire ſolet. Ex eius cum Cyprino lato, coitu, hybrida gignitur, inter utrunque ambigens.

ITALICE circa Comum in Lario lacu Piota uocatur, ut circa Verbanum quoque: unde Latina inflexione Plotam Paulus Iouius dixit. hoc nomen uideri poteſt à Germanico **Plotze** deductum, quanquam id Cyprinum potiùs ſignificat: quem imperitiores cum hoc piſce confundunt. Idém ne ſit qui circa Ferrariam uulgò Aurata Padi uocatur, inquirendum.

GALLICE Roce, Roſe, Roſſe. Circa lacus Sabaudiæ Vingeron, Vengeron, Vangeron. Circa Neocomum tamen idem nomen longè diuerſo piſci attribuunt, ex Leuciſcorum genere, quem **Laugele** noſtri uocant, Galli Dardum.

GERMANICE. Noſtris **Rottene/Rotte/Rottel/Rottele/** (ſed longè alij piſces ſunt **Rot** & **Rötele** noſtris dicti, ſemper in lacubus magnis tantū:) alijs **Rotfeder/Rotranck/Roddow/Roddau.**

ANGLICE **Roche.** Alius eſt **Rochet** Anglorum, inter marinos.

POLONICE Vuſdrenka.



BALLERVS Ariſtotelis, ut Rondeletio uidetur. Græcis hodie ad Strymonem amnem Pleſtya: ad Piſchiacum uerò lacum in Macedonia, modò Platanes, modò Pleſtya, modò Platognia uocatur. Alicubi è ſtagnantibus aquis flumina ſubit: in quibus manet ac proficit.

GALL. Bordeliere, in lacubus Allobrogum: in Lemano Plateron, alibi Platte, Platton.

GERM. **Ein Blick/Blickling/Breitele:** & circa Coloniam, ni fallor, **Bleech.** alibi **Plechle.** Argentinæ **Meckel**, ut conijcio. In Albi fl. à Miſenis uocatur **Geuſter:** Blicca uerò alterius piſcis apud ipſos nomen eſt, qui alio nomine Zerta dicitur: de quo inter anadromos agemus. Chriſtophorus Encelius Latina terminatione Guſterum dixit.

ANGLI **Bleke** uocant uel hunc piſcem, uel potiùs Alburnum.

HACTENVS de piſcibus fluuiatilibus latis & ſquamoſis. Reſtat Tinca, ſola in hoc genere læuis & lubrica.

TINCA piſcis plebeius, hoc nomine ab Auſonio dictus: quod Itali & Galli hodie retinent, nullo antiquo nomine apud authores noſcitur, quod mirum eſt, cum ubiq; frequens ſit inter uulgi ſolatia (ut cum Auſonio dicam) piſcis. Sed uiliorum piſcium mentionem nullam reperiri, minus eſt mirum. Phycis aut Merula fluuiatilis, ſi libet, nominetur. eſt enim Tinca Phycidi marino piſci, ut ſcribit Bellonius: uel Merulæ, ut Maſſarius, ſimilis, ut uulgus in Italia Tincæ marinę nomine appellet. Mihi Merulæ fl. nomen, potiùs quàm Phycidis arriſerit. Tinca nomen à recentioribus uariè ſcribitur, Tincha, Thinca, Tenca, Tencha, Tencon. mihi ut Tinca ſcribatur magis placet, nimirum quaſi Tincta, quod Gallus diceret Teinte. colore enim uiridi nigricāte ueluti tincta uidetur. Alexander Benedictus Orphum lacuſtrem appellauit, (à colore nigreſcente, ut conijcio, διὰ τὸ ὀρφνὸν τῆς χρόας:) ſed cum Orpho piſce marino, nihil opinor commune habet. ¶ Sunt qui Ariſtotelis γνλωνα eſſe putent, quem Fullonem uertit Gaza: de quo nihil aliud ſcribit quàm quòd gregalis ſit, & litora petat tranquilliora: ex quibus uerbis de piſce marino eum loqui apparet. Gaza cur γνλωνα Fullonem uerterit, nihil aliud rationis præter nominis ſimilitudinem uideo, & forſan ipſe φύλωνα, non ψύλωνα legit. γναφεὺς quidem Græcis fullonē ſignificat: quo nomine piſcis meminit Dorion apud Athenæum: eiuſq; decoctio maculam omnem elui ait. Facit autem (Bellonio teſte) Tincæ etiam decoctum ad detergendas lanarū ſordes. Sed idē & Anguillarum & Ichthyocollæ, & aliorum piſcium admodum glutinoſorum, decoctum præſtare poteſt, Rondeletio teſte. ¶ Tinca è ſtagnantibus aquis in amnes tranſit, & permanens proficit.

ITAL.

ITAL. Tenca.
HISPANICE Tinca.
GALLICE Tenche.

GERMANICE Schley, quasi myxon uel muco, uel (ut erudito cuidã placet) limaria. Tincæ quidẽ ut in limosis sordidisq́; locis degunt, ita muco obducuntur, & sese mutuò lambunt. Alij scribunt Schleihe/nostri Schlig, (g. ita proferentes, ut i. consonam:) alij Slye/ Schleyn. alicubi etiam Gallico uocabulo Tinch appellant. Geldri Lauwen/Louwen/Seeld/Zeeld. Frisij, ni fallor, Můdthund/(nescio qua ratione:) & alio nomine medicum omnium piscium, (Luciun quidem Tincæ affrictu sua uulnera conglutinare aiũt,) & sutorem nigrum. Hollandi quoque een Schoemacher, hoc est, sutorem, ob cutis crassitudinem: & Graumacker, (nos Grabmacher di

ceremus,) id est, Vespillonem, quòd subinde in terra effossa aut sepulchris inueniatur.

ANGLICE. Tenche.

POLONICE Lin uel Lun. Bohemice Linie, & Ssuuecz quasi Sutor.

ANIMALIVM IN DVLCI BVS AQVIS ORDINIS I. PARS IIII. DE PISCIBVS FLVVIATILIBVS SIMPLICITER.

Perca fl. à nostro pictore adumbrata: non ad eius imitationem facta quam Rondeletius dedit.



Salubritas eius & collatio cum marina.

PERCA fluuiatilis, (πέρκη ἡ πέρκις ποταμία: cuius Aristot. Plinius & alij meminerũt) lacus & stagna incolit. Marinæ quidem nomine similior est, quàm corporis figura, aut carnis substantia, aut succi bonitate. Marina enim tenera & friabilis est, concoctu facilis boniq́ succi. fluuiatilis his omnibus ferè dotibus caret, Rondeletius, qui etiam medicos imperitos reprehẽdit, qui ea quę de Perca mar. dicta sunt à Galeno, ad fluuiatilem transferunt. Nos Rondeletij sententiam probamus, si marinis fluuiatiles Percæ conferantur. hoc tamen distinguẽdi gratia addiderim: Percas nostras quæ in fluuijs & lacubus maioribus purioribusq́ uersantur, longè præferendas esse alijs quæ in minoribus minusq́ puris aquis degunt. Accedit in fluminibus nostris, etiam uelocior cursus: cuius ratione magis exercentur. Itaq́ è Rheno saluberrimæ putantur: quod & uulgare prouerbium testatur: & Xenocrates etiam prodidit: Quæ in Rheno (inquit) gignitur Perca, marinis piscibus succi probitate æqualis est. Item Ausonius in Mosella: Nec te delicias mensarum Perca silebo, Amnigenas inter pisces dignande marinis. Quò quidem minores fuerint, eò & duræ & glutinosæ minùs, concoctuq́ faciliores sunt: nisi fortè spinę quæ in minimis simul ingeruntur, cõcoctionem inæqualem & flatuosam faciunt.

Quod ad salubritatem (inquit Saluianus) fluuialem Percam marina inferiorẽ iudicamus. sed neq́ hæc insalubris. nam etsi friabilem carnem non habeat, cum tenera tamẽ sit, neque difficilis est concoctu, neq́ mali succi. quare in Saxatilium penuria, ea quoque, & maximè in saxosis & puris fluminibus capta, citra noxam uesci possunt ualetudinarij: Saporis uerò suauitate marinæ longè & multùm antecellit fluuialis. ¶ Platina Persicinum dixit, quòd Persici pomi saporem referat, ut ipse putat. Ego neq́ hunc saporem liquidò hunc piscem præ se ferre arbitror: neque nomen ab eo mutuari, sed potiùs à Perca Latino Græcoq́ nomine, Persicum esse interpolatum: nam & nostri Bersich pronunciant: & Persecum uulgò à Perca quasi Percecã dici Massarius Venetus tradit. ¶ De Perca minore uel rotunda cognominata, uide suprà, Parte I. huius Ordinis.

Persicinus.

ITAL. Persico uel Perceco. ¶ Hetruscis Persega, Romę Cerna, (quod nomẽ etiam alijs piscibus attribuunt,) Bellonius.

GALL. Perche.

ANGLI Perche/similiter ut Galli.

GERM. Heluetijs & Mosellanis Bersich. alijs aliter, Bersig/Bersing/Persick/Berse/. Barß/Parß/Barsch. posteriora hæc Saxonibus & finitimis in usu sunt, Frisijs Baerse. apparet autem omnia hæc nomina à Græco Latinoq́ Perca esse desumpta. ¶ Nos speciem unam tantùm habemus, cui nomina prædicta propriè conueniunt, eademq́ Percæ mar. similior est: Saxones et alij, duas. Maiorem, quam hîc proponimus; illi simpliciter Parß dicunt, uel Punterparß/ Puntelparß/

telparß, id est, Percā maculosam: uel Streifbersing, quòd maculis strijsúe (id est, lineis) notetur (transuersis.) sic aũt in Albi nominãt. Vel Grobarsch/Grawbersich, id est, Percam fusci coloris.

Minorem uocant Kaulparß, hoc est, Percam rotundam, &c. ¶ Percæ nomina apud nostros pro ætate etiam uaria sunt. nã fœtus adhuc nouus & tener, Hürling uocatur, id est, hornus: paulò maior, sed intra primum adhuc annum, Trånle. Secundo anno, Egle. Tertio, Stichling. Postremo, Reeling/Bersich/& (quod inusitatius est) Banserle. Circa lacum uerò Acroniũ, præsertim Lindauiæ, pusillam Percam similiter nominant Hürling: maiorem, Kretzer/(Constantię Stichling:) tertio Schoubfisch. postea Egle/ uel Renckernegle. Vocabulum Stichling à pinnis aculeatis, Percis attributum, (sicut etiam Kretzer, eâdem causa,) alibi pisciculis paruis tantùm, quos Aculeatos Rondeletius nominat, tribuitur. In nostro lacu aliæ in profundo capiuntur, albiores, Triechteregle: aliæ propiùs ripam, colore magis fusco, Landegle/Rozegle/Kråbegle. Græcè minimas, Percidia dixerim. maiores, Percidas: maximas, Percas.

POLONICE. Okun: Bohemice Okaun, uel Vuokauny.

Capito fl. à Rondeletio exhibitus.



Eiusdem alia icon è libro iconum Io. Kentmanni.



CAPITO seu Cephalus fluuiatilis. (λευκίσκος ποτάμιος ἄλλος, κέφαλος ποτάμιος, Græcè dici potest.) Hunc piscem Ausonius in Mosella Capitonem nominauit. ¶ Idem uidetur Squalus olim Latinè dictus, quod nomen hodieq; Italia alicubi retinet. Varro lib. 3. de re rust. Squalos cum Mugilibus nominat: & Ouidio Squalus in herbosa arena degit: sicut & Capito fl. Ausonio. Squali quidem nomen uulgus Latinorum iam olim à cephalo deprauasse uidetur. In Plinij Naturali historia bis Squalos legimus, (ubi Rondeletius Galeos intelligit:) ego utrobiq; Squatos uel Squatinos legendum ex Aristotele obseruaui. Columella 8. 16. Veteres (inquit) in dulcibus aquis marinos etiam clauserunt pisces: atq; eâdem cura Mugilem Scarumq; nutrierunt, qua nunc Muræna & Lupus educantur. Saluianus probè pro Scaro reponit Squalum. Apud Pliniũ Squali bis mentio fit: sed locus uterq; (inquit Saluianus) ex Aristotele corrigendus, ut in altero pro Squalis Galeos, in altero pro Squalo Squatinã legamus. Plinius Valerianus medicus: Pisces de flumine qui petram habẽt, ut Tructi, Squalij, Comede. pro Squalij autem, legendũ Squali. Hi igitur authores, Varro, Columella, Plinius Valerianus, Squalum piscem dulcis aquæ alumnũ, uulgaremq; & uilem faciunt: id quod Squalo nostro conuenit, quemadmodum & uulgare nomen. Hęc ille. Longè quidem alius est Schwal/quasi Squalus uulgò à nostris dictus, è Leuciscorum fluuiatilium genere. ¶ Alius piscis est Thedo Ausonij, nullo spinæ nociturus acumine: alius etiam qui in Mugilum genere Chelon uel Bacchus nominatur, marinus uidelicet: quod moneo, quoniam non indoctus quidam confudit. ¶ Galenus (inquit Saluianus) hunc Leuciscum dixisse uidetur, Mugili similem in fluuijs, capite minori, sapore acidiore: hæc enim Squalo nostro conueniunt. Idem & Ausonij Alburnus uidetur: quem uilioribus suæ Mosellæ piscibus adnumerat: quanquam Gillius alium piscem qui Albo dicatur uulgò, Alburnum Ausonij putauit. Sic ille. Nos alios Leuciscos huius Ordinis Parte I. proposuimus: ut alium quoq; Alburnum, ibidem, prædam puerilibus hamis, ut canit Ausonius, utpote pisciculum exiguum, quod huic non cõuenit. Præterea Ausonius qua in regione scripserit cogitandum est: et quinam hodieq; illic pisces ijsdem aut similibus nominibus appellentur.

Leuciscus.
Alburnus.
Albo.

ITAL. Veneti & Romani Squalum (Squaglio, Romæ) uocant, quem piscem Insubres Cauedanum, Placentini & his finitimi Cauezale nominant. Eundem nondum adultum Romæ Gauettum appellari audiui, Bellonius. Squalo, Squallo, Squadro, Squaio, Capidon, Cauedo, Caueano, Caueden. unde & Grapaldus Latina terminatione Cauedulum dixit.

GALLICE Munier (Musnier Lugduni, Bellonius) dicitur, quòd circa moletrinas plurimus sit. Ab alijs Vilain, id est, turpis ac fœdus, à uictus ratione: quia stercore, cœno, sordib. delectetur & uiuat, Rondeletius. Aulici ichthyopolæ Vilain, id est, uillanum aut uilem, commodè nominarunt, Bellonius. Alij Cheuesne, alij Calliastro, Cenomani & Andegauenses un Chouan, uel Testard à capitis magnitudine, Idem. qui alibi etiam Gobium fl. alterũ à suis Cenomanis Musnier appellari prodidit.

GERMANICE Alet/Allt/Alte/Elte/Mönen/Myn/Minwe/Menechen/ (unde Albertus Latinum Monachi nomen fecisse uidetur:) Furn: quod nomen alij (ut piscatores circa Acronium lacum) diuerso pisci attribuunt, quem nostri uocant ein Schwal è genere Leuciscorum fluuiatilium. Saxones & finitimi uocant Diebel, uel Deuel: unde quidam Dobulam Latina terminatione proferunt. aliqui Meusesser, unde Christophorus Salueldensis Murilegulum Latinè dixit. Quidam Schüpfisch (cõmuni squamosorum piscium nomine) si rectè id scribit Saluianus.

ANGLICE Cheuyn (ab Italico Caueden uel Caueano fortè.) Idem piscis cum minor est et palmum non excedit, Pollarde ab Anglis uocatur, Bellonius.

BOHEMICE Tlausie uel Tlauslie. Dubiel Polonorũ alius est piscis, nẽpe Cyprinus latus.

CAPITO Lacustris quidam infrà cum Lacustribus describetur, qui Albus à Saluiano uocatur.

PRAETER Capitonem fl. illum nobis uulgarem, de quo iam diximus, alij etiam quidam similiter fluuiatiles, & forma non dissimiles, ad idem genus referendi uidentur, ut sunt apud Saxones & Misenos dicti Jesen/Rapp/Zerte/ nostris piscatoribus (sicut & Gallis, & Italis, ni fallor) incogniti. Horum duos priores hic exhibemus: tertium uerò, quoniam è mari subit amnes, ad Partem V. differemus.



CAPITO fl. cœruleus cognominetur à nobis hic piscis, quem GERMANI accolæ Danubij Jentling appellant. fertur enim cœrulei coloris esse, dorso præsertim & partim capite: Capitone Ausonij minor, cum rarò duas libras (XVI. unciarum) excedat. Latera & uenter argentei coloris sunt: pinnæ fermè ruffi, sicut & cauda. Assus præfertur: unde aliqui Bratfisch appellant. Saxones Jesen: qui ad Viadrum habitant, Jesitz: Dantiscani Jesus, aliqui Jese, e. ultimum nõ proferentes, & primum obscuriùs instar æ. diphthongi ferè. Hic piscis (ut Stephanus Lauræus Ferdinãdi Augusti medicus, à quo etiam iconem accepi, me docuit,) neutiquã salubris est, quòd pinguiusculus sit, et non saxatilium modo friabilis, suauis tamẽ satis. estur frigidus, assus potissimum: quanuis & elixus, & alijs modis. Longitudo eius cubitum non excedit, nec latitudo tres aut quatuor digitos. post Pascha potissimùm capitur. ¶ Idem fortè piscis est qui Bratkarpfe à Germanis Poloniæ finitimis uocatur. Quærendum etiam an idem sit, qui circa Coloniam & apud inferiores Germanos in Rheno Macrell uel Macrill dicitur, & alio nomine Bratfisch, ut Adamus Lonicerus tradit: & in aquarum fundis latère addit, noctu cum face à piscatoribus capi. Eum quidem Lucium Ausonij esse, non rectè conijcit. Longè alius est qui in mari Macrill dicitur, nempe Scomber.

POLONICE Iaiz, uel Iesień. quærendum an idem sit qui Glouuaz ab eis dicitur, ob magnitudinem capitis, de quo suprà Parte III. ubi de Cyprinorum differentijs agitur.

CAPITO

CAPITO fl. rapax aut uorax discriminis causa cognominetur hic, quem GERMANI Miseni ein Rappe, id est, Coruum appellant. Est enim (ut Ioannes Kentmannus scribit, qui effigie quoque communicauit) Corui auis instar rapax uoraxque: non minùs ferè perniciosus uorandis piscib. quàm Silurus & Lucius. In Albi capitur: in quo etiam nascitur, non aduena est. Squamis tegitur latiusculis, tenuibus & perspicuis. Longus est, crassus, & carnosus, carne aristis plena, longitudine ad latitudinem quintupla. Dentes ei non in ore, sed in faucibus sunt. Maximi qui apud Misenos capiuntur, ad sex aut septem libras (sedecim unciarum) accedunt, &c. Piscis est admodum laudatus & boni saporis, tum assus, tum elixus, si ritè coquatur, quod plerique ignorant. facile enim in partes aliquot dilabitur, si in feruidam immittatur. itaque ab initio statim in frigidam præparatus immitti debet, ut pariter cum aqua concalfiat, &c.

Icone sequentis piscis non opus est: nam per omnia Capitonem fl. communem nostrum refert, nisi quòd minor est.

CAPITO uel Squalus fl. minor, aut minimus potiùs, est qui à GERMANIS Häßling appellatur, quasi Lepusculus: fortè quòd agilitate ac celeritate natandi lepores repræsentet. scribitur autem uarijs modis: Hasele/Haßle/Heßling. In Albi Heßling appellatur, uel à dorsi crassitie, Dickruck, id est, παχύνωτος: uel nimis communi nomine Weyßfisch. Argentinæ Schnotfisch uel Schnatfisch. (Alicubi etiam Meifisch, à mense Maio, quo præfertur: quod quidem nomen Alausæ etiam tribuitur.) Coloniæ Kolfisch, hic aut alius persimilis. In lacu iuxta Tugium Heluetiorum Ganghaßle uocatur: & Suala nostra siue Gardus ibidem Haßle dicitur, sicut etiam Lucernæ. Glyssen apud piscatores nostros generale nomen est ad piscium species tres, quas uocant Hasele/Laugele/Schwalen. ¶ Quòd si quis Leuciscum maiorem appellare uoluerit, permittemus. est enim Leuciscis illis, quos suprà Parte 1. huius Ordinis descripsimus maior. Capitur apud nos tum in lacu, tum in fluuio. fluuiatilem oculis rubere aiunt: lacustris non rubet, sed superna oculorum parte flaua est. Dentes in faucibus utrinque cōditos habet, sicut et Capitones maiores. Dorsum ei fuscum & crassum est, & similiter caput. squamis mediocriter magnis tegitur. Circa ripas plerunque natat, ubi ex herbis uermiculos legit, & muscas aut culices riparum marginibus insidentes rapit.

GALLICVM nomen nescio. nam Haseaux Gallis dicti pisces, Cyprini lati minores sunt.

ITALICE, ni fallor, Stretta uocatur in Lario lacu, à corpore longiusculo & stricto, id est, minimè lato. in Verbano Giauetta. Papiæ Kabacello.





MVGILVM fluuiatilium species duæ Rondeletio. Frequentissimus (inquit) est piscis in riuulis & fluuijs labentibus ex montibus Cemeneis, qui à uulgo Siego uocatur. Hunc ad aliud quàm ad Mugilum genus reuocare non possum: Quemadmodum nec pisciculum illum qui à Lugdunensibus Friton & Friteau nominatur: qui superiori ferè similis est, sed minor. palmi enim longitudinem uix superat: superior in Arari, & in alijs quoque aquis, etiā cubitalis est. Hic corporis aspectu Mugilibus (*fortè fluuiatilibus*) similis est: nec non pinnis, earum numero, situ, cauda, partibus internis. Rostro est acutiore, sine dentibus. Idem cum inferiore (*maior nimirum cum minore*) qui in Arari frequens est, uictus ratione, carnis mollitie & succo maximè conuenit. ¶ Siego piscis (inquit Dalechampius Lugdunensis medicus in epistola ad me) nō in Arari nostro gignitur;

ſed in Erari (uulgò Erant) fluuio, qui ſub Agatham (uulgò Ade) mare ingreditur, quatuordecim millibus à Monſpeſſulo Narbonam uerſus. ¶ Idem ſale conditos ad me miſit piſces binos ex ijs, quos Galli uocant Fretus, Friton, & Friteau, quaſi παγυνιστὰς, ut uocat Athenæus. eos quidem noſtri piſcatores non agnoſcunt, tanquam peregrinos. De hoc quanquã paruo uolui hîc agere ſimul cum maiore: quoniam Rondeletius etiam in unum caput coiniunxit.

GERM. F. Zweierley fiſch in ſüſſen waſſern/von der art der Aleten/zů Lyon bekañt: der gröſſer wirdt auff anderthalb ſchůch lang: der kleiner nit über ein ſpann.

VMBRA in Gardone Galliæ Narbonen. flumine, ex Truttarum genere eſt. qui uerò eodem nomine piſcis in Lado noſtro reperitur, Mugilis fluuiatilis ſpecies eſt, Rondeletius.



NASVS (uulgò dictus) piſcis eſt in Danubio, et aquis in Danubium influentibus: ſimilis Monacho *(id eſt, Capitoni fl.)* ſed tenuior, naſo ualde craſſo, Albertus. Noſcitur hoc nomine piſcis paſsim apud Heluetios & Germanos. ¶ Peculiare nec illaudatum genus piſcium eſt, in amnibus & aquis Lani degens, carnoſum, molle & rotundum ferè, Barbatulorũ *(Barborum fl.)* penè guſtu, duorũ triúmue palmorum magnitudine, quod Germani Naſen quaſi Naſutum nominant, Adamus Lonicerus. *Naſutus. Naſo.* Ergo uel Naſum, uel Naſutum, uel potius Naſonem appellabimus hunc piſcem: cuius in aliorum qui hactenus de piſcibus ſcripſêre libris nullam extare mentionem, quod ſciam, demiror. ¶ Labrum ſeu roſtrum ſuperius craſſum, ſimum, obtuſumq́ habet: unde et Simus Latinè, Græcè Σιμὸς dici poterit. nam *Simus.* eôdem nomine piſcem inter Niloos legimus. nempe ut fluuiatiles quidã Mugiles ſiue Leuciſci à roſtri acumine Oxyrhynchi uocantur: *Pachyrhynchus.* ita hic ab eodem ſimo craſſoq́ Simus & Pachyrhynchus, rectè uocabitur. Genere quidẽ Leuciſcis fl. adſcribi debet. Venter eius intrinſecus nigerrima membrana ambitur. Os eius *Labeo.fl.* ueluti labra habere uidetur, ut ab ijs Labeo aut Chelon fluuiatilis dici mereatur. Plebeius planè piſcis eſt, carne ſemper laxa & inſipida. In Rheno præſtantior habetur.

ITAL. Circa Tridentum Saueij uulgò dicitur, duabus ſyllabis. Vide mox cum Gallicis nominibus.

GALLI & Itali multi, puto, nomina eius cũ Capitonis fl. (cui aliquo modo ſimilis eſt,) nominibus confundunt, ut ſunt Villain, Cheuena, Muſiner.

GERM. Ein Naſe.

BARBVS ab Auſonio dictus, Barbulus Platinæ: quem Rondeletius non ineptè ob roſtrum longius & acutius inter Oxyrynchos cõnumerari poſſe ſcribit: quoniam multi (inquit) eo nomine à ueteribus donati ſunt. ¶ Nos Sturiones & ſimiles eis piſces olim oxyrynchos dictos oſtendimus. Eſt & in Mugilum genere oxyrynchus: & Rondeletius primam Leuciſci fl. ſpeciẽ, oxyrynchum de Mugilis fl. genere eſſe inſinuat. Eſt & ſuus Nilo oxyrynchus, quem Lucium eſſe Bellonius ſuſpicatur: & alius maris Rubri. & Antuerpiæ uulgò dictum Hautin piſcem fluuiatilem, Ronde-

Barbus hic à nostro pictore delineatus est, maiusculus quàm uellem, ut & alij multi.



Rondeletius oxyrynchum nouo nomine appellat. Quamobrem Barbum piscem neq; oxyrynchum, neq; oxyrynchorum generis facere libet: ne tamen asymbolos abeam, de uetere eius nomine, coniecturam meam proferam. Barinus (Βαρῖνος) Aristoteli dictus piscis, an Barbus sit, quærendum. nam & nomen alludit, & fluuiatilem esse piscem, & præ obesitate sterilescere ei conuenit. Gazæ interpretatio pro Barino non rectè Carinum habet.

¶ A recentioribus quibusdam Barbulus, aut Barbellus, Barbatus aut Barbo uocatur: à nonnullis ineptè Balbus. & quoniam Barbatulus est, ut Mullus, ab imperitis cum Mullo longè diuerso & marino pisce confunditur. Alexander Benedictus Mullum fl. uocat. ¶ Ab accolis Strymonis Græcè loquentibus, Mustacatus uel Mystus dicitur, teste Bellonio: à mystace, id est, barbitio, quanquam superioris labri barbam tantùm propriè mystacem Græci nominant. Mystus etiam in Nilo frequenter capitur, inquit Bellonius: sed quomodo Lucius Italicus à Gallico differt, sic Nili Mystus à nostro dissidet. noster enim oblongus est, & quasi teres: Niloticus uerò crasso & recurto est corpore. Memphi libras xx. pendentem uidi: quo in loco Mythus uel Mystus dicitur. uulgus Græcum Mustachato pronunciat, Sic ille. Idem Mystum marinum quoque reperiri scribit in Adriatico, fluuiatili magna ex parte similem, &c. qui si similiter Mystus & Mystacatus appellatur, an Plinij Musculus sit & cetorum dux, quærendum: mihi tamen Mustela potiùs dux ille uidetur, &c.

ITALICE Barbio, Barbo. Mediolanenses, iam adultos Barbos, Barbaros uocant: minores uerò, Balbetos.

HISPANICE Bárbo, Báruo.

GALLICE Barbeau, Barbet: & Barbarin, quum minor est.

GERMANICE Barb/Barben/Barbel/Bärbele. Saxonibus Parme. Flandris Barme. ¶ In Rheno circa Scaphusiã Weidfisch appellantur, pisces qui per hyemem in libero flumine uagantur & pascuntur, quod præcipuè Barbi faciunt. & hi quidem meliores sunt, capite minore, corpore rotundiore & obesiore, quàm qui in latibulis se cõtinent, quos Lägerbarben appellant. Ex his uagantibus aliqui reperiũtur steriles, in quibus nec genitura nec oua inueniuntur. eos Jüncker-lin/id est, Nobiles uocitant, & quouis anni tẽpore in cibo commendant.

MVSTELA fluuiatilis dici potest, piscis quem Rondeletius Gallico nomine Lotam appellat. Mustelæ enim marinæ perquam similis est: multò quidem similior quàm Lampreda, hoc est, Mustela fl. Ausonij. quæ è mari flumina subit. hæc non item. Sunt autem species eius diuersæ, aliæ fluuiatiles tantùm, aliæ lacustres tantùm, aliæ fluuijs & lacubus fortè communes.

Antiquum eius nomen non constat. Bellonius Clariam fluuiatilem uocat. sed Clariam Oppianus per syncopen pro Callaria dixit: qui piscis marinus est, Asellorum generis: Mustela-

Icon hæc Mustelæ fl. nostræ est, maior proportione quàm oportebat: pinnula etiam dorsi anterior non satis distincta, incuria pictoris.

Eiusdem alia icon à Rondeletio exhibita: in qua squamæ forsitan nimis manifestæ sunt.



bus tamen (liceat ita dicere) marinis cognatus, quamobrem nostras quoque Mustelas fluuiatiles aut lacustres, Callarias nuncupare, addita aquæ dulcis differentia, absurdum non fuerit. & Græce etiam καλλαρίαν ποτάμιον ἢ λιμναῖον, uel γαλῆν ποταμίαν ἢ λιμναίαν appellare. ¶ Alabes, ἀλάβης, inter Nili pisces à Strabone numeratur: à lubricitate nimirum dictus, quòd manu capi non possit. hic si Lampredæ aliqua species non est (sicut & Olisthus, id est, Lubricus Oppiani,) Mustela fl. hæc nostra uideri poterit. hanc enim in Nilo capi certum est; etsi specie diuersam à nostris. Memphi (inquit Bellon.) pisces quidam edules circunferuntur, è Nilo capti. quorum nonnulli sunt insipidi, alij ita uiles, ut à pauperibus tantùm edantur. quorum ex numero quendam obseruaui, cuius glabra pellis ut Anguillæ erat, Clariam (hoc est, Lotam Gallicam) referentem: unde Clariam Niloticum uocari posse credidi. Pedalis est longitudinis, (aliquando cubitum excedit,) brachijque crassitiei.

Callarias. *Alabes.* *Clarias Niloticus.*

crassitiei. Cirros duos semipedem longos ac molles gerit, unde Barbatulā plerique in Aegypto uocant. Superius labrum paruuos admodum dentes duobus ordinibus dispositos habet: inferna autem maxilla, tantùm exasperata est. Folliculum qui piscibus datur ad natandum, faui in modū crebris foraminibus pertusum habet. Ex his Bellonij uerbis, Clariam Nili ab eo dictum, commune quidem aliquid cū Mustela fl. nostra habere apparet: sed specie differre, aut potiùs genere proximo. Mustela enim nostra neque dentes, neque folliculum habet: & cirros duos, qui à parte oris superiore prominent, admodum breues: Nili Clarias semipedem in pisce pedali longos. Quamobrem Silurum Nili esse dixerim hunc piscem. nam & nostra Mustela Siluro similis est: ac idem esset, si *Silurus Nili*
magnitudo corporis, & Barbularum longitudo accederet. Dentes etiam conueniunt, duplici ordine superiùs, simplici inferiùs, labro tantùm exasperato. sunt autem parui admodum utrobique. Silurum autem hunc potiùs quàm Glanim esse conijcio, quoniam in Nilo Silurum, etiā ueteres scriptores memorant, Glanim nemo: nisi fortè Bellonius, qui hos pisces non distinguit. Nec refert pedalem tantùm hunc piscem ab eo describi: cum postea circa Busirim cubito longiorē se uidisse scribat, & fieri potest ut longiores inueniantur. neque enim ipse multo tempore immoratus est. Esto igitur hic Silurus: aut certè Blax, piscis Siluro similis, (ut Suidas scribit,) sed inutilis adeò ut ne Ca- *Blax.*
nes quidem gustare uelint. ¶Iouius hoc piscium genus Gobios fl. nominat: Bellonius omnino diuersos esse ostendit. Murmellius multò ineptiùs Alausas facit. Falluntur & qui Lacertos, & qui Myxones existimant. ¶Fluuiatile genus unum est & simplex, cuius figurā exhibemus. idque apud nos (puto) in fluuijs nascitur: alibi è riuis in maiora flumina, ut Albim, transit. In lacubus uerò nostris species duæ aut tres, tum à fluuiatili, tum inter se diuersæ inueniuntur. diuersitas, colore, magnitudine, & pinnis, præcipuè dorsi, pluribus, aut paucioribus, constat.

ITAL. Insubres hos pisces Strincios & Botetrissias appellant, uulgò Bottatriso, Strinzo, Iouius. Circa Comum Srinz, Bostriz, & Strinco, nomina usitata sunt. Bottatrissa, ad lacum Verbanum, alijs Trinca. A Benedicto Iouio inter Larij pisces Trisius appellatur: & ab Heluetijs simili uocabulo Trüsch. Botatrisso quidem propriè in lacubus quibusdam dicitur, species maior. Gla- *Glanis.*
nim piscem (inquit Bellonius, qui Silurum à Glanide non distinguit) refert is, quem Insubres & Taurini Botetrissam nominant, dempta magnitudine. sunt enim tam propinqua similitudine, ut eorum alterum maiorem, alterum uerò minorem dicere possimus. Sic ille; qui & Strinsiam Italico nomine hunc piscem appellat. Fluuiatilem uerò Clariam priuatim ab Italis Botolā, uel Botā uel Botā nuncupari tradit: quæ tamen nomina Gobioni fl. capitato potiùs conueniunt. Bottatrisiæ nomen ex utroque compositum uidetur. Bottam Itali quidam pro Rana rubeta uel Buffone dicunt. est autem huic pisci rictus similiter diductus. ¶Hunc piscem Paulus Iouius & Matthiolus fluuiatilem Gobium esse (non rectè) crediderunt. nos quoniam aliud nomen uetus nullum extat, cum Benedicto Iouio Triseū uocabimus, Saluianus: qui in fluminibus & lacubus quibusdam tantùm hunc piscem procreari addit: nec intellexit fluuiatiles & lacustres Triseos specie differre: & eundem esse quem proximè antè è Germania missum descripserat, simili nomine Treischen: pro quo alij Rutten uel Ruppen proferunt.

HISPAN. Lusitanis Enxaroquo dicitur; sed hoc nomen magis conuenire puto Ranæ piscatrici.

GALL. Circa Lugdunum Lotā (uel Lotta) in Arari. Geneuę uerò Motella, quasi Mustela nominatur, Rondeletius. Vulgò Barbota dicitur, non à Barbis: sed ex hoc quòd Galli barbotare, cœnum & fimum rostro, anserum modo, commouere dicunt. Sunt qui Marmotum uocent, Bellonius. A Gallis Senonibus Boullause uocari audio; fortè quòd plerunque uenter eius ceu bullis infletur. Sabaudi Moustelle uel Mouttoile (alij similiter Cobitidē fl.) nominãt. Moustoile, ad lacum Neocomensem. Circa Rhodanum alicubi (haud scio an Vallesij) Setchot.

GERMANICE Trüsch, apud nos præcipuè: Treüsch/Triesch. Et circa Acronium lacū priuatim sic uocatur huius piscis species, quæ in profundo uersatur. quæ autem in summa aqua & procellis obnoxia natat, Constantię ad eundem lacū Wellfisch, Lindauiæ Guellfisch dicitur. estque ea minor, pulchrior, nigrior, & in cibo delicatior, quàm quæ in gurgite manet. Idem piscis, magnitudine & ætate minor, Moßerle, à musco & alga nominatur. sunt qui Latinum nomen Musconis ei *Musco.*
finxerunt, nescio quàm rectè. Constantiæ tamen, alterius generis, quod in profundo agit, paruum adhuc piscem Moserle nominant: deinde maiorem, loco etiam uictuque mutato, Triscam. Reliqui Germani nominibus in hoc pisce diuersis plurimùm uariant, ut uix in ullo alio. Alijs enim alijsque locis nomina usitata sunt hæc: Rugget/Rutte/Ruffelck/Rufolck/Rofolck/Rup/Raup/Alrupp/Olrupp/Oelrappe. item Quappe/Putte/Püüt/ quæ nomina Ranam uel Rubetam significant. alij compositis ab his nominibus & Anguilla uocabulis, Alput/Aelputt/Alquapp.

Apud Albertum leguntur etiam hæc nomina: Almutzen/(malim Alpuitten.) & Lumpen. De eodem (inquit) fertur, quòd circa duodecimum annum ętatis, cum in maximam quantitatem excreuit, Solaus appelletur. ego pro Solaus legendum puto Salaut uel Salut: ita enim Sabaudi & uicini Heluetij Silurum nominant: quem tamen ex Mustela hac nostra nasci falsum est. ¶Est & Milker uel Melker, à lacte deriuatum nomen, inferioribus Germanis de hoc pisce uulgare: Galaxiam fluuiatilem Grecè dixeris, (nam alius Galaxias siue Galarias marinus est.) Nomē *Galaxias.*

id positum à lacteo iecoris colore puto: quale in magnis lacustribus nostris præcipuè uisitur. Rondeletius iecur albicans Lotæ etiam suæ tribuit, & Barbotæ. A Geldro quodam accepi piscem Mustelę nostrę prorsus cognatum, sed breuiorem, crassiorem, & nigriorem, à Geldris suis **Milker** uocari, & alio nomine **Kutt**: (sed posterius hoc diuersi etiam piscis nomen est.) Iidem **Milker** uocitant, Harengum marem priuatim, non omnem piscem marem ut nostri. **Alcute** quidem nomen pro hoc pisce apud Albertum etiam legitur, nescio quàm rectè. quin & Mustelam fossilem uel uariam quibusdam Latinè dictam, aliqui **Meerkutt** appellant.

ANGLI **Powte** nominant: & **Elepowte**: sicut & Germani inferiores **Putt** & **Alputt**: quorum nominũ rationem explicaui superiùs: aliter quàm ab Anglo quodam nuper accepi, qui **Elepowte** uocari aiebat, quasi Anguillam uentricosam.

ILLYRICE. Poloni uocant Mientus, Bohemi Mnik.

MVSTELAE fluuiatilis species alia à Rondeletio exhibita: qui non alio quàm uulgari Gallico nomine Barbotam appellat. In lacubus (inquit) & fluuijs minimè rapidis Lotæ species, uel ei persimilis piscis nascitur, qui à uulgo Barbota nominatur. Lotam corporis specie refert, nisi quòd rostro est acutiore: item cauda tenuiore, & magis in acutum deficiente, uẽtre prominentiore, alijs omnibus similis. ¶Bellonius Clariam fl. simpliciter, Barbotam nominauit. Apud Albertum Borbocha, ut coniicio, pro Barbota legitur. Sed Husonem quoq; uulgò dictum Danubij piscem ab accolis Tanais Barbotam nominari scribit Bellonius, à barba scilicet.

GALL. Barbote, ut dictum est.

GERM. **Ein art der Trüschen mit einem spitzen schnabel / vnnd dem schwantz auch gespitzt: mag ein Spitztrüsch genent werden.**

MVSTELAE fl. nostræ, pulcherrimis distinctæ coloribus, flauo, croceo, cãdido, roseo, atro, oculorũ pupilla nigra, parte ambiente cœrulea, ante paucos annos in Bohemia captæ sunt: & Pragæ propter pulchritudinem Regi seruatæ uiuæ in uase amplo aqua pleno, nõ sine limo fundi. Earũ unius iconem hîc exhibeo, qualem Io. Thanmyllerus iunior, chirurgus Augustanus, ad me dedit.



ASPER Danubij, quem hîc proponimus piscis appelletur, propter similitudinem eius cum Aspero Rhodani (quem dedimus suprà Parte II. huius Ordinis:) quanquam multò maior. Capitur Vlmæ alibiq; in Danubio. Squamis (ni fallor) tegitur. dodrantalis plerunq; & libræ pondere est: sed etiam ad duas aut ad summum tres libras (X V I. unciarum) accedit. Pinna à podice, incuria pictoris omissa uidetur. Colore est partim è fusco ruffescente (ut icon præ se fert, tum ea quam Iulius Alexandrinus Ferdinandi Augusti medicus ad me misit: tum altera, quam Raphael

Seilerus

Seilerus I.C. Augustanus) partim nigris maculis satis magnis per interualla distinctus: quarũ aliquæ à dorso ad uentrem obliqui tendunt. Lautissimum esse aiunt simul & saluberrimum omnium Danubij piscium. in piscinis seruari non posse. caudam adeò duram habere, ut uix amputari possit.

GERMANI eum uocant **Zindel/Zinde/Zundel/Zinne/Zingel.**

VNGARI Kolkz.

TRVTTARVM GENERIS DIVISIO.

Truttarum aliæ sunt fluuiatiles, aliæ lacustres.

Fluuiatiles aliæ sunt
- Paruæ, albæ, in Santonum & Boiorum fluuijs. cubiti magnitudinem uix attingunt, capite mugilis ferè, &c. Rondeletius. **Bachforen.** hæ apud nos tantæ non fiunt.
- a. Maiores, flauæ, in Erari.
- b. Subnigræ, maculis rubentibus. colorem illum (inquit Rondeletius) ex Senio cõtrahi existimo. eæ enim omniũ maximæ sunt, & lacustribus illis similes, quę Truttæ salmonatæ uocantur. Hæ in riuis Misniæ **Lachßforen** appellantur, composito à Salmone & Trutta uocabulo, carne rubẽte, maculis aureis: (unde alicubi, ni fallor, etiã **Goldforen** nominãtur, alibi **Schwartzforen**:) quæ in cæteris uulgaribus Truttis nigricant, ut Misenus quidã ad me scripsit. Agricola Truttas nigris maculis reperiri annotauit ad Suarceburgum Misenæ oppidũ, in fluuio cognomento Nigro, &c.
- a. b. Eas quæ flauescunt & nigricant ab albis differre comperio, quòd illis rostrum sit acutius, & ueluti in fronte macula nigra. præterea albæ minores sunt, & carne minùs flauescente, Rondeletius.
- Rottela uel Hucha dicta Germanis circa Augustam. eadem fortè alibi **Teichforen** dicta, id est, Trutta piscinaria.
- Salmo etiam fluuiatilis quædam Trutta uideri potest. / Item Eperlanus. — Sed hi ambigũt inter fluuiatiles & marinos.
- Salmarinus circa Tridentũ dictus, proculdubio Trutta quædam fluuiatilis est.

Lacustres sunt, ut
- Trutta magna uel salmonata, in magnis lacubus. Salmonem lacustrem dixeris. **Seeförine.** — **Grundförine.** / **Schwäbförine.**
- Carpio Benaci.
- Vmblæ uulgò dictæ
  - Minor, in lacu Tigurino, & alijs, **Rötele.**
  - Media, in Lucernensi, & Lemano, **Rooten.**
  - Maior, quã in Lemano equestrẽ cognominant, **groß Rooten.**
  - Differũt hæ à cęteris Truttis omnib. cũ aliâs, tũ quòd carnem longè molliorẽ habent: in minore Vmbla etiã lapillos in cerebro obseruaui.

Truttis cognati sunt, sed absque dentibus.
- In fluuijs, Thymallus & Vmbra.
- In lacubus, Lauareti & similes.

TRVTTARVM NOMINA ET DIFFERENTIAE APVD Anglos, ex Guil. Turneri epistola.

TRVTAM Angli uocant **a Trute** uel **Trowte.** Earum in Anglia duo genera reperiuntur. Alterum, quod Ausonij Salar (*nimirum et ipse, ut Gillius & alij, Salaris nomine Truttam fl. simpliciter accipit*) est, à Northumbriẽsibus meis uocatur **a Burutrout** (*Germanico fortè* **Fore,** *& Gallico Troute, unius piscis nominibus in unum confusis, ex his enim duabus linguis Anglica ferè constat hodie.*) Ad hoc genus alia species referri potest, Trutta illa quæ uocatur **an Alerfanght**: hic piscis quàm alter (*superior*) uentre magis prominulo est, & per omnia crassior, & maxima ex parte, ut ille in locis uadosis & non ita profundis: ita hic in profundioribus torrentium & fluuiorum locis, sub alnorum radicibus, quæ ad ripas fluuiorum nascuntur, interdiu delitescit. atq; ideo ab alno, quæ nostra lingua uocatur **alder** uel **aller**, nomen sibi sortitus est. Alterum Trutæ genus in Northumbria uocamus **a Bulltrout**, hoc est, Trutam taurinam, ab insigni magnitudine qua alias Trutas superat. cubito enim aliquando longior reperit̃. crassior est Salmone, pro ratione suæ magnitudinis: sed capite, si rectè memini, breuiori. Caro est quàm Salmonis multò siccior & friabilior, & multorũ palatis gratior. Accepi eandem in alijs Britanniæ regionibus uocari **a Gray trout**, & alijs **a Skurf.**



TRVTTA uulgò apud Gallos & Italos dictus piscis, ut hodie à plerisque literatis, sic olim etiam à diuo Ambrosio & Isidoro Hispalēsi, similiter Latina terminatione uocatus est. Varij, inquit Isidorus, à uarietate dicti sunt pisces, quos uulgò Truttas uocant. Cum igitur tum quoque uulgare hoc nomen fuerit, non Latinum aut Græcum, nec apud ullum uetustiorem scriptorē inueniatur, antiquum aliquod eius nomen indagemus. Plinius Valerianus etiam Truttos & Squalos nominat: apud quem & alia quædam recentiora legūtur, quæ ab aliquo ei adscripta esse aliquis suspi-
Truta. cetur. Platina t. simplici Trutam scribit. Torrentinam Scoppa grammaticus Italus nominat, facto à torrentibus nomine: in his enim, & riuis mōtanis abundat. Platina Trutas dictas putat, à truden-
Troctes. do, quòd semper in aduersum & impetuosum flumen nitatur hic piscis. Troctes quidem Aeliani, marinus piscis est, idem planè qui Amia: non Truta, ut quidam putarunt. Alias aliorum opini-
Salar. ones nimiùm leues prætereo. Salar Ausonij, non Trutta sed Salmo paruus mihi uidetur. Fa-
Fario. rio autem Ausonij, si rectè ita legitur, (nam plures Sarionem legunt,) Trutta fuerit, uulgari Germanis nomenclatura accedente. nec mirum si hunc piscem à Salare & Salmone ætate tantùm dif-
Varius. ferre existimauit Ausonius, uulgarem quorundam persuasionem secutus, &c. Varius nomen de hoc pisce Isidori seculo eruditis in usu fuit, ut diximus, aspernatis nimirum uulgare nomē Truttæ; non quòd antiquiorum aliquis ita uocasset. Lupi quidem alij concolores (ferè,) lanati à candore dicti; alij uerò uarij. quorum Columella & Xenocrates meminerunt. Hos ipsos Lupos uarios, Truttas nostras esse, Iouius & post eum Saluianus contendunt. quibus contradicit Rondeletius,
Turtur. cuius ego sententiam sequor. Recentiores aliqui Truttam uocant Turturē, sine authore. ¶ Aelianus in Astræo Macedoniæ fluuio pisces colore uarios (τὴν χρόαν κατασίκτους,) nomine ab incolis Macedonibus interrogando, gigni refert: qui peculiares quasdam illi fluuio muscas, circa summam a-
Thratta. quam uolitantes, appetant. Videtur aūt planè de Truttis nostris sentire. Thrassa uel Thratta Aristotelis, Trutta uideri potest, ut pluribus dicam in Alausæ mentione, mox Parte V. Thrassæ pisces apud nos uarij dicuntur, inquit Niphus Italus, de Truttis ne an Lupis uarijs sentiens, nescio. in Italia equidem Varij nomen de nullo pisce uulgare esse puto, præterquàm Lupo marino, qui Venetijs Varolo appellatur, quasi Varius aut Variolus: quanquam & Phoxini species, pisciculus quidam læuis, Varon (quasi Varius) alicubi appellari solet. Mnesithei certè apud Athenæum Pyrûntes, non alij quàm Truttæ fuerint. Ex fluuiatilibus (inquit) optimi sunt Pyrûntes, qui non nisi in rapidissimis ac gelidis fluuijs gignuntur, & faciliùs quàm cæteri fluuiatiles concoquuntur. Sic ille. Nihil autem refert, an Pyrûs masculino genere proferatur, πυρόεις, πυρρὸς: an fœminino, Pyrussa uel Pyrutta. præstiterit tamen masculino gen. efferre, ut subaudiatur ἰχθὺς, est enim adiectiuum ab igneo uel rutilo colore factum, &c.

ITAL. Trotta, Trutta: & Trutala circa Larium lacum, diminutiuo nomine. Apud Rhætos qui Italica lingua corrupta utuntur, Criues.

TRVTTARVM fl. generis est etiam qui Salmarino uel Salamandrino apud Tridentinos dicitur: cuius historiam & iconem Saluianus dedit.

GALLICE & Sabaudicè Troutte, Truitte.

GERM. Fore/Forhen/Förine/Forel/Forell. plerique primam per f. pauci per u. consonantem scribunt, ut Vorhelle, quasi Variolus.

ANGLICE a Trute/Trowt. Vide superiùs paulò de Truttarum nominibus & differentijs apud Anglos, ex epistola Turneri.

QVOD Trutta multigena sit, id quidem ex stellis (*punctorum uarietate*) statui uix potest. nā diuersi amnes eiusdem generis pisces diuerso modo pictos habent, quanuis in eodem tractu capiantur interdum, ut Rilla Neustriæ fluuius, Bellonius.

GERMANICE dicti Bachforen & Waldforen, à riuis & torrentibus syluarum denominātur: Goldforen & Schwartzforen, à colore: & eædem, ni fallor, Lachßforen, composito à Salmone et Trutta nomine: quòd Salmonem tum magnitudine, tum carnis colore referant. Lege superiùs in diuisione Truttarum generis. His similes in lacubus maioribus reperiuntur, Seeförinen Grundförinen/Schwäbförinen: de quibus inter lacustres dicemus. Goldforen squamas habent

bent deauratas Augustæ Vindelicorum: **Rotforen** carnem habent rubentem & ualde sapidam, ut annotauit Val. Cordus.

TRVTTA piscinaria, si libet, appelletur hic piscis: qui GERMANICE **Huch / Hüch** uel **Hüch** apud Bauaros, aliosq; uocatur. Eius iconẽ Achilles Pyrminius Gasserus, prestatissimus Augustę Vindelicorũ medicus ad me misit. Videtur aũt cũ aliâs ex pictura Truttis cognatus, tũ quòd pinnulam illam adiposam similiter in fine dorsi habet, & pũctis uariatur. In libro Germanico Bauaricarum constitutionum & pictus hic piscis proponitur, & mensura eius duodecim aut tredecim digitorũ, quibus breuior uẽdi non debeat. Augustæ (ut audio) hic piscis uocatur **ein Rot** uel **Röttle**/à colore rubicundo: quæ nomina nostri Vmblis (ut Sabaudi nominãt) lacustribus tribuunt. Voracem esse aiunt, boni saporis, inferiorem tamen Truttis. In Carinthia Huchæ rubræ (**rot Huechen**) quædam cognominantur, in fluuijs: quas Salmoni comparant, carne etiã rubra: & saliri ut inueterentur, solere aiunt. Apud Misenos Truttas quasdam uocari **Teichforen**, (hoc est, piscinarias,) easq; piscinæ fundum glareosum requirere, et riuulos fluidos qui se in piscinas infundant, ex Georg. Fabricij literis cognoui. hæ an forsitan Huchis proximè dictis, ut alijs iam priùs memoratis Truttis eædem sint, inquirendum. Huchas quidam icone nostra inspecta in quibusdam Germaniæ locis ali in piscinis nobis referebat: & in Traga flumine Carinthiæ reperiri: ætatisq; progressu in Salmones (specie rostri nimirum) conuerti, quod & Lacustribus Truttis diuersis accidit.

Thymalli icon: & altera eiusdem in sequente pagina.



THYMALLVS ab Aeliano uocatur piscis (non Thymus ut quidam scribunt, nec Thymalus l. simplici) Ticini incola: uerùm is in alijs quoque fluuijs plerisq; apud nos reperitur, puris scilicet, saxosis & rapidis maximè. Ingreditur autem maiora flumina è minoribus ac riuis. Nomen ei factum, quòd thymum herbam redoleat, uel potiùs nescio quid suaue, non ita pisculentum ut cæteri pisces. id quod fortaßis cibi ratione ei contingit. uescitur enim non auro, ut uulgus putat, sed insectis aquatilibus, millepedibus, pediculis & pulicibus aquaticis ac terrestribus, ut scribit Bellonius: qui etiam scarabeum terrestrem aliquando in eius uentriculo sibi repertum addit. itaq; non omni tempore & loco hunc eius odorem percipi puto. Recentiores quidam scriptores, præsertim Itali, uulgare Italicum nomen tanquam Latinum proferunt, Temulum, Temolum, & Temelum scribentes. Idémne sit Vmbra fluuiatilis Ausonij dubito. nam & Albertus Magnus Thymallum interpretatur Vmbram, & Sabaudi hodie eodem nomine uocant: & Angli quidam similiter, ut conijcit Turnerus. *Vmbra fl.* Ausonius tantùm uersu, Effugiens oculos celeri leuis Vmbra natatu, in Mosella eius meminit. in quo flumine cum Thymalli reperiantur, ut audio, tam nobilis piscis nomen ille prætererierit, nisi Vmbra ab eo dicta esse cõcedatur. Rondeletius & Bellonius Vmbram fl. à Thymallo diuersam faciunt: neq; ullius inuicem similitudinis meminerunt. Mihi quidem, si non unus est piscis (aliam enim fluuiatilem Vmbram præter Thymallum nondũ uidi: nec unum esse aio, sed inscitiam meam fateor) omnino specie naturaq; cognati uidentur, idq; ex ipsorum ferè descriptionibus. Sed de Vmbra illorum proximè.

ITALICE Temolo, Temalo, Temelo: pro l. in ultima aliqui r. proferunt, Temero. apparet autem nomen à Gręco Latinóue deflexum esse.

GALL. Sabaudis Vmbra, ut diximus.

GERM. Aesch/Asch/ eodem quo cinis nomine, à colore, ut puto, qui in hoc pisce, minùs quã cæteris plerisq; squamosis candidus aut argenteus est: sed magis cinereus & punctis aspersus nigris, ut cinis carbonum particulis aut fauillis nigris. Nomina pro ętate mutat. Nostri primo anno nominant Kreßling uel Greßling: quod nomen etiam Gobioni fl. attribuunt, è quo Thymallum fieri quidam falsò putant. Anno secundo, ein Knab/ ein Yser oder Yserle. Tertio ein Aesch. In Rheno circa Scaphusiam anno tertio audio uocari ein Mittler: quarto demum ein Aesch uel Aescher, cũ parere incipit. Nostri quidam piscatores Thymallum paruum etiam alio nomine appellãt ein Köznling oder Thurling.

ANGL. Est in Anglia piscis (inquit Turnerus) à Truttarum forma non multùm abludens, quē à colore cinereo uocamus a Grayling. eundem audio alicubi Omber nominari. idem nisi fallor piscis est, quem uos uocatis ein Aesch.

Thymalli icones duæ à diuersis pictoribus non uno tempore nobis expressæ sunt. in utraq; lineam quæ à branchijs ad caudam descendit, desidero, &c.



Vmbra Rondeletij.

VMBRA fluuiatilis Ausonij, à Rondeletio exhibita. Bellonius iconem eius idcirco se omisisse ait, quòd ad Vmblam proximè accedat. Vide quæ scripsimus paulò antè in Thymallo. Longè diuersa est marina Vmbra, quanuis imperiti aliqui confundãt. Vmbra fluuiatilis non solùm nomine, sed & colore, marinis similis est: à quo utriq; nomen. corpus enim est opaci loci modo subfuscum & subobscurum, cubitalem (pedalem, Bellonius) magnitudinem nõ excedens. Piscis est ex Truttarum genere Carpioni Italico corporis aspectu affinis. Squamas paruas, & maculosas ut Trutta habet. Capite longiore est quàm Trutta, ore minore, nec tam hiante, rostro non acuto, sed obtuso, maximè in maxilla inferiore: sine dẽtibus, & sine magna maxillarum asperitate. Oculis est patulis: cornea tunica aurea, pupilla nigra. Vescitur terra, aqua, limo: unaq; cum

cum his & arena auri laminulas haurit. Pura aqua maximè delectatur, in montium amnibus capitur. Carne est sicca & alba, qualis est Truttarum paruarum, &c. Hæc ille. In fluminum ac lacuum uorticibus degit, piscis Allobrogibus & Lotharingis peculiaris. Lacus quē Allobroges uulgò d'Aigue belette nūcupare solent, affatim Vmbras promit. ¶ An Vmbram dulcium aquarum incolam duorum generum statuemus: unā Thymallo eandem, aut certè cognatissimam; alteram lacustrem, & magis affinem Truttis, quam Sabaudi Vmblam uocitāt: quæ rursus in duas aut tres alias species subdiuiditur: & tertiam fortè nobis incognitam, de qua Rondel. & Bellon. loquunt?

GALLI Narbonenses, demptis Monspeliensibus Vmbram uocant, Rondeletius. Allobrogibus (ac Lotharingis) Vmbre uocatur, Bellon. Sabaudi sanè Thymallū, Vmbrā appellant.

GERM. Ein fisch vmb Lyon vnd in Luthringen Vmbre genañt: mit welchem namē die Saffoyer auch ein Aeschen nennend: soll den Förinen/Rötelen/oder Aeschen gleych seyn.

ANGLICE An Omber in Engelland/diser fisch/oder ein Aesch.

Lucij figura hæc nostra est: non ad illius, quem Rondeletius dedit, imitationem expressa.

LVCIVM Ausonius primus ex Latinis nominauit, deducto (ut opinor) à Græco nomine τὸ λύκος, quod Lupum significat: quia hic inter fluuiatiles sit uoracissimus, quemadmodum inter marinos Lupus (longè diuersus piscis) cui Græci à uoracitate λάβρακος nomē dederunt. Diuersus etiā est qui Lucius marinus appellatur uulgò, à Græcis Sphyræna, Rondeletius. Platina Lucium piscem, Lycum etiam & Lycium appellat. Sed Lycus nomen Græcis pro pisce rarissimum est, pro Lucio quidē pisce nunquam usurpatum. Blennos pisciculos mar. Græci quidam λύκους, id est, Lupos appellant. Lycostomum Apuarum generis pisciculum mar. Foroiulieses Lupumn omināt: aliqui Anthiam etiam sacrum piscem Lycon, al' λεύκον. ¶ Lucius an sit Oxyrhynchus Nili memoratus Straboni, dubitat Bellonius. Capitis quidem & rostri figura acuminata hoc nomē meretur: & nos carniuorum quoq; Nili Oxyrhynchū esse obseruauimus: cum alij Oxyrhynchi (Caspij nimirum, hoc est, Sturiones, Xyrichæ uulgò Græcis dicti) carniuori non sint: ut neq; Mugiles, quorū aliqui oxyrhynchi epitheto cognominantur. Alibi etiam Bellonius scribit Lucium piscem in Nilo frequentem esse: uideriq; illum qui olim dictus sit Oxyrhynchus. Plutarchus quidē Oxyrhynchum, quem Aegyptij colant, marinum facit, nescio quàm rectè, tanquam è mari in Nilum intret. ¶ Lucium à lucendo Bellonius dictum arbitratur (ut ipse mihi retulit) quòd siccatus noctu luceat. ¶ Esocem Plinij, quem maximum in Rheno piscem facit, (& eundem fortè Hesychum Aeliani,) Lucium esse non desunt coniecturæ: (Snoc accolæ Rheni inferiores appellant: Poloni Sczuka.) nam si qui alij etiam maiores in Rheno reperiuntur, ij Rheno proprij non sunt, cum è mari ascendant, ut Salmo & Sturio. ¶ Panthera fl. etiam appellari poterit, tum propter uoracitatem qua & in pisces & alias animantes grassatur, tum quoniam maculis plurimis albicantibus latera eius distinguuntur, plerisq; oblongis: unde forsan Tigrim fl. potiùs quàm Pantheram aliquis appellet, nam & mēsæ ex cedro crispæ, oblongo uenarum discursu, tigrinæ uocabantur: intorto, pantherinæ. ¶ Gallici Lucij in longum protenduntur, suntq; delicatiores: Italici uerò uentre sunt prominente, & corporis ueluti truncata mole, atq; in latum exporrecta, Bellonius. In Hispania nulli sunt. ¶ Poterit Lucius, etiā Sphyræna fluuiat. dici: nam & Sphyrænam in mari, Lucium marinum uocant multi, uel Asellus fluuiat. qui à Gallis Merlu, quasi marinus Lucius dicitur. Lucius piscis (inquit Scaliger) est ex genere Asellorum, fluuijs alijsq; dulcibus aquis peculiaris: sicuti mari Callarias, & aliæ species. Non autem Oxyrhynchus, ut quidā existimarunt. ¶ Apud no

Oxyrhynchus.

Esox. Hesychus.

Panthera fl.

Sphyræna fl.

Asellus fl.

bilissimum quendam in Sueuia uirum, Lucij dentis (ut ipse dicebat) miraculum uidi: unum uidelicet dentem maximum grauissimumq́ue, quatuor digitos latum, octo longum, mucrone lato obtusoq́ue: filo corporis (ipsius dentis) erecto ferè, superficie læui & splendida.

ITALICE Luzzo.

HISP. Sollo, ut audio. quanquam & Sturionem Sullium uel Suillum appellant. Angli Lucium piscem Lusitanica uoce Picque nuncupant, Amatus Lusitanus: qui tamen Hispaniam uniuersam Lucio carere tradit.

GALL. Burdegalæ Lucz nominatur: à Gallis Brochet, (quòd oblongo sit corpore, ut ueru, Bellonius:) uel Becquet, Bechet, à rostro prominente: Bec enim lingua nostra rostrum significat. Aulici nostri Lucium pede minorem Brocheton uocant: maiorem Lanceron: qui pedum duûm triûmue est magnitudine, Brochet, Rondeletius. Solertis est in comparando sibi uictu naturæ piscis. siquidem stans contra fluentis aquæ raptum, quoties Ranam uel aliud quidpiam delabi aut moueri aduertit, illuc sese protinus emittit, atq; eiaculatur in prędam, unde Galli Lanzon uel Lanzeron uocant, Bellonius.

GERM. Nostri Hecht appellant, & differentiam à locis faciunt. eorum enim qui in lacu degunt, alios qui circa harundines uersantur, Rorhecht uocitant: alios qui in altiori gurgite, Seehecht. In Albi, alij à Martio mense Mertzenhecht uocãtur: alij post Pascha grosse Hecht, id est, Lucij magni. Circa Coloniã usitatũ est nomẽ Schnucht: alijs Schnack / Schnock / Snouck / ut Flandris: à rostri figura forsan prominente: nam & culices Germani Schnacken nominant à promuscide longiuscula. Argentinę Lucios minores & eodem anno natos Hürling appellãt: quod nomen Percis fl. nostri attribuunt.

ANGLIS Lucij maximi Luces dicuntur: medij, Pikes: minimi Picrelles. Anglicũ quidẽ Pyke (sic enim pleriq; scribũt) ad Gallicũ Becquet accedit, à rostro factum, ac si rostricẽ dicas.

POLONICE Sczuka uel Stzuka. Bohemicè Sscika.



LVCIVS piscis año Salutis M. CCCC. XCVII. captus est in stagno circa Haylprũ imperialẽ Sueuiæ urbem: & repertus in eo annulus ex ære Cyprio in branchijs sub cute, modica parte splendere uisus; cuius figura et inscriptio fuit qualem exhibemus. Verba Græca circunferẽtiæ inscripta: Εἰμὶ ἐκεῖνος ἰχθὺς ταύτῃ λίμνῃ παντόπρωτος ὡτιτεθεὶς διὰ τοῦ κοσμητοῦ Φεδερείκου β. τὰς χεῖρας, ἐν τῇ ε. ἡμέρα τοῦ Ὀκτωβρίου. α.σ.λ. Latinè sonant, (sicuti Ioannes Dalburgus, Vuormaciensis episcopus, interpretatus est:) Ego sum ille piscis huic stagno omnium primus impositus per mundi rectoris Federici secundi manus, die quinto Octobris. (año Domini) M. CC. XXX. Inde colligitur summa annorum CC. LXVII. & nimirum antequam à Friderico Augusto ita insigniretur, iam aliquandiu uixerat: & si captus nondum fuisset, longiori tempore adhuc uixisset.

LVCIOPERCA nominari potest, hic piscis, nomine composito, à similitudine quadam cũ Lucio & Perca. nullum enim eius nomen uetus hucusq;, nec in alia lingua quàm Germanica cognoui. Iconem quam exhibeo Iulius Alexandrinus, Ferdinandi Augusti medicus, è Praga Bohemiæ misit, nescio è quo flumine aut lacu, Germanico nomine Schill uel Schilln adscripto: & aliam eidem per omnia similem Achilles P. Gasserus, Augustanæ reip. medicus, è lacu quodã Bauariæ, Nagmaul nomine adscripto. ego neutrius nominis rationem uel originem assequor. Capitur hic piscis (inquit Gasserus) in Ambronis lacu Bauariæ, (im Amersee:) non sæpe tamen, quoniam rarò altiùs natando euehitur. Longissimus ulnam ęquat. Non dissimilis est Lucio, &c. squamarum magnitudine, ordine & asperitate Percam refert. Pinnæ dorsi erectæ aculeis tres ferè digitos longis rigent. Oculi albicant. Pinguis est admodum: & carnem etiam coctus albissimam seruat. Sic ille.

Lucio plerunq; maiorem esse aiunt, tres pedes longum, pisces uorare, à Lucio tamen uinci. carnis esse tenacis, non gratum in cibo: abundare in Danubio, sed in piscinis etiã ali. In pictura quidem



dem à ſummo dorſo latera uerſus, maculæ nigricantes ſatis magnæ tranſuerſæ, ut in Perca ferè, uiſuntur. Quibus in Bauaria & circa Danubium piſces obſeruandi occaſio eſt, diligentiùs in-quirent, idémne Schillus Danubij ſit, & in Bauariæ lacu Nagmulus. exhibitus quidem à nobis ſi non Schillus, omnino tamen Nagmulus uidetur. alius enim quidam, Schillum Danubij aliter mi-hi deſcripſit, forma Siluro potiùs quàm exhibito hîc piſci conueniente. ſed certi nihildum habeo. Alius **Schaidle** in Danubio piſcem, Lucio nõ diſsimilem forma eſſe retulit, pinnis dorſi aculea-tis Percæ inſtar. **Schaid** quidem in eodem fluuio Silurus eſt, ſic dictus uel à quadam ſpecie uagi næ: uel à damno, quod ſua piſcium uoracitate infert: à quo **Schaidle** forſitan differt: etiamſi dimi nutiuum ab eodem nomine factum appareat. Eſt & **Schedel** in Bauaria dictus piſcis, quẽ non ſupra quatuor palmos minores excreſcere audio, & piſces alios deuorare: dictus fortè à capitis ma gnitudine: nam **Schedel** craneum ſonat.



SCHIES in Bauaria dictus piſcis (neſcio qua uocis ſignificatione aut origine: nec qui bus aut qualibus in aquis degens) à proximè memoratis omnibus differt. Iconem eius è Germani co libro Bauaricarum Conſtitutionum mutuatus ſum: in qua an pinna poſterior probè ſit expreſ-ſa dubitari poteſt. in Thymallo quidem eandem malè pictam proponit idem Liber, maiorem ſcili cet quàm anterior dorſi pinna ſit, & ſpecie ueris pinnis ſimilem, (cum adipoſa ſit & fibris careat,) quemadmodum & in Trutta. Squamæ in eo ſatis magnæ apparẽt. Hoc ei ferè peculiare, quòd ap-pendices geminæ breues, ceu cornicula, à labro ſuperiore prominent. Menſura, qua nullus minor in hoc genere piſcis uenum exponi debet, quindecim ferè digitorum eſt, ſimiliter ut Lucij. ¶ No men Latinum, ſi libet, fingamus Myſtoceros, quòd ueluti cerata, id eſt, cornicula myſtacis, id eſt, barbæ labri ſuperioris loco habeat: donec aliquis cui piſcem ipſum propius uidere & noſſe cõceſ-ſum fuerit, aptius imponat.



SPHYRAENA fluuiatilis uocari poteſt hic piſcis, marinæ enim Sphyrænæ roſtrum ſimile ha-bet, longum, tenue, & maximè acutum: ſed molle & nigrum. à quo etiam Oxyrynchum appel lare poſsis. Sed alius eſt Oxyrynchus Nili: & alius quem mare rubrum procreat, Rondeletius.

Nos de Oxyrynchis quædam in genere ſcripſimus in Barbo, inter fluuiatiles. Lucium quo-

que diximus Sphyrænam fl. uocari posse, & fortè iustiùs.

GERM. Antuerpiæ crebrò capitur, & Hautin nominatur, Rondeletius. (Quidam ex inferiori Germania, Mænulam mihi interpretatus est Houtinck. sed Acum Aristotelis etiam secundum Rondeletium, aliqui Houtinck nomināt.) Nostra lingua, si libet, uocemus ein Spitznaß.



OSTRACION Nili, quem Bellonius ficto nomine Holosteum appellat. Vidimus (inquit) piscis Nilotici sceleton holosteum, à circulatoribus circunferri, quo exenterato, incolæ testam illam duram qua contegitur, pentagonā ferè, multos annos incorruptam seruant. Viuus in cauda penicillum habet: & pinnas supra infraq; caudam: ac rursus pinnam aliam utrinq;. oculos albos, os paruum: Color ei lactescit, & uelut in pallidum languet. Longus interdum ad pedis mensuram est. ¶ Ego Ostracionem hunc piscem nominandum coniicio. nam & testam Ostraci instar duram habet: & ὀστρακίων piscis à Strabone inter Niloos numeratur. ¶ Quidam nuper Holostei piscis nomine Picæ (ut uocant) Indicę rostrum, inconsideratè descripsit.

GERM. Ein frömbder fisch auß dem fluß Nilo in Egypten/ ist mit einer herten schalen bedeckt/von welcher man jn mag ein Schalfisch nennen.



OSTRACION Americæ. Rigatur America (inquit Andreas Theuet) fluminibus egregiis, limpidissimis & piscosis. Inter cæteros unum præcipua admiratione dignum uidimus, paulò minorem nostro Harengo: qui à capite ad caudā instar Tati paruæ (in eadem regione) quadrupedis, armatus et ueluti loricatus est. Caput ei prægrande & enorme, si conferas ad reliquū corpus. ossa intra spinam dorsi tria continet. Editur ab incolis, quorum lingua uocatur Tamouhata. Sic ille. ego propter crustas illas ueluti laminas, quibus munitur, Ostracionis nomen, adiecto Americæ uocabulo, ut à Niloo differat, pulchrè ei conuenire opinor. Iconem ab ipso positam qualemcunq; imitati sumus: nisi quòd denticulos pictor noster exprimere neglexit.

GERMANICE Ein anderer fisch auch mit schalen gewapnet/wirt in dem neüwen land America gefunden.

Piscis huius qualem à bono & docto uiro figuram accepi, talem exhibeo, nec certi aliquid statuo, Rondeletius. Sed inquirendum diligentiùs, primùm an extet huiusmodi piscis: &, si extat, quod ei apud ueteres nomen. Glanis quidem si esset, Siluro similior esse debebat. ¶ Piscem alium (inquit idem) pro Glanide usurpant nonnulli, q ab Heluetiis Salut *nominatur, &c. nos hūc pro Siluro pictū dabimus.*

GLANIS, γλάνις, ὁ, flectendum per ιδος uel ως. Atticè: à fluuio Italiæ eiusdem nominis (qui aliâs puto Glanicus, Clanius uel Lyris appellatur) sic dictus. Plinius alicubi ex Aristotele transferens, pro Glanide Silurum posuit: unde & Theodorus uidetur deceptus, ut Glanin ex Aristotele Silurum interpretaretur. Alijs quidem in locis Plinius in commemorandis ex Glanide & Siluro medicinis, eos tanquam diuersos ponit: atque etiam uno eodemque capite, primùm medicinas Siluri, deinde Glanidis commemorat. Aelianus disertè distinguit, cum Glanim incolam facit Mæandri & Lyci Asianorum fluminum, & in Europa Strymonis, specie ac similitudine Siluri. Videri poterat Glanis, ex ijs quæ ueteres scripserunt, fluuiatilis tantùm: Silurus uerò marinus etiam, *(& lacustris,)* anadromus, hoc est, è mari flumina subire solitus. Ego Glanim Siluri speciem minorem esse conijcio, nostris regionibus ignotam, nam & forma & natura ei similis describitur, ut minùs mirum sit aliquos confudisse. Silurus quidē Aristoteli incognitus fuisse uidetur, quòd in Græcia nullus sit: Glanis uerò cognitus, quòd etiā in Thracia (in qua patriā habuit Stagira) reperiret.

BYZANTINVM uulgus, apud quos frequens ex Strymone conspicitur, antiquam dictionem retinens Glagnum ab insigni glabritie *(etymologia hæc à Latinis, ut uidetur petita, Græco uocabulo non conuenit)* nominauit. Confusos in ore dentes habet, multis ordinibus in maxilla dispositos: os magnū & amplum, &c. Maior in fluminibus quàm in æquore euadit, in quo etiam rariùs reperitur, Bellonius: qui tamen hunc piscem à Siluro non separat. Si barbatus est Siluri nostri instar, (quod equidem non dubito, etsi ueteres non tradiderunt) mirum id à Bellonio præteritum esse. ¶ Beluas hominibus perniciosas Græcorum fluuij ferre non solent: sicut Indus, Nilus, Rhenus, Ister, Euphrates & Phasis. hi enim feras inter se similes, *(Siluros nimirum,)* & maximè hominum uoraces alunt, similes specie Glanibus Hermi & Mæandri alumnis, nisi quòd & color eis nigrior est, & uires præstātiores: *(Siluri etiam adultiores eiusmodi sunt, minoribus comparati:)* Glanides & nigræ minùs sunt, & imbecilliores, Pausanias. Athenæus Latum in Nilo piscem, similem esse tradit Glanidi, qui in Istro capitur. ¶ Hic piscis (inquit Saluianus) Latinè Glanis & Glanus dicitur: Plinius modò Silurum nominat, perperam interpretans: modò Glanidis nomen retinet. Aelianus Glanidem Siluro similem falsò facit. Sic ille: qui Silurum etiam nostrum pro Glanide pingit. nos Aeliani sententiam tuemur: & Saluianum, qui Sturionem facit Silurum, non toto (quod aiūt) cœlo, sed toto mari & omnibus undis errare dicimus.

GERM. **Ein frömbde oder mindere art d' Saluten / oder Welsen / die ettliche Wellern oder Schaiden nennend.**

Anguillæ iconem, quæ hoc loco nomenclaturis eius præponi debuerat, cum spacium deesset, postposuimus.

ANGVILLA. Græcè ἔγχελυς, hodie uulgò ἀχέλυ. Retinet hic piscis nomen Latinum apud ITALOS, GALLOS & HISPANOS.

Anguillas marinas quanquam ueteres quidam scriptores memorent, Saluiano tamen probabile uidetur, in mari nullas gigni (præter paucas fortè circa fluuiorum ostia tantùm) sed è fluuijs tātùm in mare descendere, cum Aristotele, &c. Nos ultimo huius Ordinis loco Anguillas collocare uoluimus: ut quoniam soli ferè piscium catadromi sunt, ut ita dicam, hoc est, ex amnibus in mare descendunt: mox ante anadromos, id est, è mari ascendentes, locum haberent. ¶ A nostris *(Gallis circa Monspelium)* pro ætatis & magnitudinis ratione uarijs admodum nominibus designatur. Iidem anguillas in marem & fœminam distinguunt. marem uocant Marguaignon: qui breuiore, crassiore, latiore est capite. fœminam uerò Anguille fine. Aristoteles discrimen hoc circa capitis figuram non sexus (quo anguillæ non differant) sed generis discrimen facit.

GERMANICE **Aal / Öl.** Flandricè **Ael / Palinck.** Anglice **Ele.**

Anguillarum apud Flādros, ut audio, sunt duo genera: Vnum, quod nobilius habetur, uocāt **Palynck**, (nostri **Aal**, id est, Anguillam.) Alterum genus minus est, et contemptum, quod uocant **Aal** / nobis ignotum.

NE QVID CHARTAE HIC VACARET, EX PIERII VALERIANI Hieroglyphicis hæc adscripsimus.

Anguillæ significata rara admodum apud Aegyptios fuerunt. Nostri multa hieroglyphicis Aegyptiorum similia, quæ
per eius imaginem intelligenda essent, excogitarunt. Vnum enim id tantùm super Anguillæ nota traditum ab Aegy- 1.
ptijs inueni, ut hominem omnes alios auersantem, & seorsum ab aliorum consortio sibi uiuentem, per simulacrum eius si-
gnificarent: propterea quod eam nunquam cum ullo alio piscium uersari, neque quidem coniugali inter se usu misceri depre
hendissent. Commenti sunt alij, hominem, de quo nulla post obitum memoria supersit, per Anguillam mortuam signi 2.
ficari, illa siquidem mortua non superfluitat, nec sursum fertur, ut maxima ex parte pisces cæteri faciunt: sed pessum in pro-
fundum rapta, in eodem quo genita est limo computrescit. In diuinis Hebræorum literis eædem profanæ sensu mysti- 3.
co dicuntur: neque enim squamosæ sunt, quique huiusmodi sunt pisces in aquę profundum immersari, & in cœno libenter uo
lutari conspiciuntur. Ad horum similitudinem, animi qui terrena tantùm sapiūt, idonei non sunt ut ad sacra proponantur.
Ad hæc hominem alieni cœli impatientem, uel in eo difficulter se habentem intelligentes, Anguillam in hydrijs duab. 4.
pingebant, capite scilicet in unam, cauda in alteram demersis. Anguilla siquidem nullam uehementem tolerat mutationem,
& si æstate de lacu in piscinam transferatur, uiuere nequit, etiamsi frigida aqua fuerit. Hominem insuper qui fugitiuam 5.
rem aliquam nulla consequendi spe sectaretur, indicare si uellent, Anguillam pingebant, quam manus à cauda prehende-
ret. facillimè enim illa elabitur. Quòd si certam esse spem de ambigua re quapiam ostendere uoluissent, obuolutā eam 6.
ficulneo folio pinxissent, quòd scabritie sua prensanti sit adminiculo nequaquam irrito. unde prouerbium, τῷ θρίῳ τὴν ἔγχελυν.
Hominem uerò ex ciuilibus seditionibus & tumultuosis discordijs crescentem, reque auctum significantes, eum in An- 7.
guillarum uenatione occupatum effingebant. Aqua siquidem quieta limpidaque, earum captura nulla propémodum, ma-
gna uerò si perturbetur.

Duplicem iconem Anguillæ Rondeletius posuerat, fortè ut sexus discrimen indicaret: nos una, quam dudum sculptam habebamus, contenti fuimus.



ANIMALIVM IN DVLCIBVS AQVIS ORDINIS I. PARS V. DE PISCIBVS ANADROMIS, HOC EST, E MAri ſubeuntibus amnes.

MARINORVM piſcium alīj mare nō relinquunt: alīj uerò lacus maritimos aut etiam fluuios petunt. Hos (qui amnes ſubeunt) Græci quidam ἀναδρόμους appellant: alīj circunloquentes dicunt eos ἀναθεῖν, ἀνατρέχειν, ἀνανήχεσθαι, ἀναπλεῖν, ἐκπίπτειν εἰς τοὺς ποταμούς. Squillæ è mari in Gangem ἀναθέουσιν: & aliud earū genus è mari rubro εἰς Ἰνδὸν ἐκπίπτουσιν, Aelianus. Ariſtoteles Trichias in Iſtrum ἀναπλεῖν dixit, & rurſus καταπλεῖν εἰς Ἀδρίαν. Aelianus Coracinos, Myllos, Antacęos & Xiphias inter Iſtri piſces numerat: omnes opinor anadromos, niſi quis de coracinis & myllis dubitet, & alterius generis marinos, alios fluuījs proprios, quāquam eodem nomine eſſe exiſtimet, ſicut & Percas. Circa Budam & Gomorrham in Iſtro hodieq; Xiphias paruos reperiri audio. Straboni Nilum ſubeunt Mugiles tantùm, Alauſæ & Delphini. Pauſanias tradit Canes in Lôum Theſprotiæ fl. aſcendere. Thynni etiam, authore Plinio, amni ac mari cōmunes ſunt: item Thynnides, Siluri, Coracini, Percæ. Sed de Percis & Coracinis conſiderandum eſt diligentiùs, ſicut iā dixi. Circa Roſtochiū in ora Germaniæ, audio Praſinos (genere forſan potiùs quàm ſpecie eoſdem noſtris) uulgò dictos è mari per fl. Varuon in lacum quendam migrare. Congri puſilli in Anglia ſubeunt flumina, ſed non procul ut audio. Amia fluuios ſubit, præſtatq; in fluentis & lacubus, Ariſtoteles. Nos quidem ex his & alījs fortè, nonnullos inter marinos exhibuimus: quòd uel an īdem genere eſſent, dubitaremus, ut de Coracinis iam diximus: uel non ſimpliciter, nec ubiq; anadromi nobis uiderētur: ut Delphini, Canes, Amiæ, Squillæ, Thynni. Vel non procul in fluuios, ſed ad proxima tantùm aſcenderēt, ut Congri, Mugiles, Lupi. Lupi quidem (ni fallor) altius Mugilibus, ut hi quàm Congri in fluuījs pergunt. nulli tamen horum ad longinqua à mari loca migrant. Altiſsimè omnium, ad fontes uſq; fluminum, aſcendit Salmo: & fœtus eius in amnibus genitus in mare remigrat: quod ei peculiare eſt. Anguilla aquatilium ſola, cum nō aſcenderit è mari, nec ex anadromis prognata, in ipſum deſcendit. Antacæi, hoc eſt, Cartilaginei longi ouipari, (hoc enim à Galeis differunt,) omnes fortè aſcendunt, & quidem procul: ut Sturio, Oxyrhynchus, (der Zürich/) Huſo, Attilus, & Galeus Rhodius. Cæteri genere differunt, niſi quòd Muſtelæ uel Lampredæ ſpecies duæ aſcendunt. ¶ Paſſerum ſpecies quædam amnes ſubeunt, ut Rhenum & Albim, & ſatis procul pergunt: aliæ in mari immorantur: nos tamē de utriſq; inter marinos egimus. Thriſſæ & alīj quidam fortè, in mare quod reliquēre, redeunt: Salmones, ni fallor, uix redeunt. perrarò quidem in mari capiuntur, & ij forſan non adulti, ſed Salares adhuc (hoc eſt, primo ætatis anno) deſcenderunt: tum breui in mari aucti, rurſus in amnes enatant, nec amplius, opinor, deſcendunt: qua ratione catanadromi dici poſſunt, ut Anguilla (de qua in fine præcedentis Partis egimus, tanq; ambigente) catadromus: Thriſſæ anacatadromi: cæteri aliquot anadromi ſimpliciter. ſed prēſtat, ut ſimpliciùs agamus, omnes quos hac in Parte exhibebimus, appellare anadromos, uſitato ueterum quibuſdam uocabulo. Anadromorum igitur alīj in fluuījs non manēt, ac paulatim deficiunt & intereunt, (quod Kentmannus noſter animaduertit,) ut Sturio, Salmo, Alauſa, (id eſt, ein Zige oder Goldfiſch/) Paſſer Germanicè dictus ein Halbfiſch: Lampreda maior & minor. Alīj è mari profecti in amnibus manent, proficiunt pariuntq;, ut Silurus, Spiralla uulgò dicta: & Mugilum generis Zerta uel Plicca uulgò dicta in Albi. ¶ Sunt & Gobiones marini quidam anadromi, de quibus in primo Ordine Marinorum diximus.

Canes. Antacæi. Gobiones.

THRISSA ueteribus Gręcis, Latinis Clupea, ab Auſonio Alauſa plebeio nomine dicitur. Recentiores quidam indocti linguarum, Ariſtoſum & Alſam nominant.

Trichis piſcis non alius quàm Thriſſa uidetur quibuſdam: alījs uerò potiùs Sardina, quorū ſententiæ nunc magis faueo. Eſt & Abramis (oxytonum, uel potiùs Habramis) piſcis: cuius apud Athenæum & Oppianum mentio cum Thriſsis ſemper cōiungitur, ut ſuſpicari neceſſe ſit (inquit Rondel.) Abramides Thriſsis ſimiles eſſe, uel eiuſdē generis, atq; marinas, quæ ſtatis tēporib. fluuios ſubeant: quæ de Brama uulgò dicto piſce *(quem aliqui nominis affinitate nimirum inducti Abramidem exiſtimant)* dici nō poſſunt. Sic ille. Sed, niſi fallor, etiam Brama aut Praſinus uulgò dictus, uel omnino cognatus ei piſcis, ad oram Oceani Germanici inter anadromos ferè habetur: (apud nos lacuſtris tantùm eſt, alibi fluuiatilis ſimpliciter:) ſed neq; hoc ſatis mihi conſtat: neq; ſi conſtaret, id circo Habramis fuerit. Oppiano Habramides confertæ nunc petras, nunc pelagus, nunc litora ſequuntur: & ſimiliter Chalcides ac Thriſſæ. Videntur autē Chalcides quoq; Thriſsis ſiue Alauſis cognatæ, cum aliâs, tum linea illa ſub uentre ſpinoſa. Athenæo Abramis eſt inter Nili piſces: coniecerim autem à mari in flumen illud eam aſcendere, ſi modò rectè ab Oppiano inter marinos refertur. nam & Cyprinos & Chalcides quos ipſe marinos piſces facit, alīj nō faciunt. Abramidium diminutiuum apud Xenocratem legitur. ¶ Alauſam aliam eſſe à Clupea, Saluianus contendit:

Figura hæc Alausæ Venetijs expressa est. ea quam Rondeletius posuit, rectè squamas ostendit, & in medio uentre lineam spinosam.

Eiusdem aut cognati piscis quem **Zigꝫ** *in Albi uocant, alia icon.*



quoniam Plinius scribat Attilum magnum Padi piscem, à minimo appellato Clupea, qui uenam quandam eius in faucibus mira cupiditate appetat, morsu exanimari: Clupea uerò minimus non sit piscis: & Attili quanuis maximi os tã modicè pateat, ut ne mediocrẽ quidẽ Alausam ad fauces admittere posit. addit, Alausam nullos prorsus dentes habere, nullamq́ oris aut maxillarũ asperitatem. Sic ille. At cum Clupeæ nomen ad Venetum Chiepa tam prope accedat, l. in i. mutato, ut plerunq; faciunt Itali: & aliud Latinum nomen huius piscis non extet, nam Thrissa Græcum est, Alausa Germanicum, quanuis et Gallis usitatum: nec alius piscis Attilo ita infestus noscatur, non temere Clupeam esse Alausam, negandum est. Nam & nomen, & alia etiam quæ de Clupea leguntur apud ueteres conueniunt pleraq;: nempe in amnibus capi, fluuiatilibus ferè omnibus præferri, (quod si non omnibus, Tyberinis tamen conuenit:) aristosas esse & spinis plenas: magnum esse piscem. Thrissam minorem Græci Trichidem uocant, uel Trichiam: utroq; uocabulo παρὰ τὰς τρίχας facto, ut Eustathio placet, hoc est, ut ego interpretor, à capillari spinarum, quibus abundant exilitate: quæ nisi mandentibus molestæ essent, cum nobilissimis piscium certarent. Sed Trichis fortè

Thrassa. potius Sardina fuerit. Thrassa uel Thratta Rondeletio, eadem Thrissæ uidetur, ex Athenęo: qui tamen hoc non dicit, sed mox post Thrissæ mentionem: nunc etiam (inquit) quę ad Thrattam pertinẽt, dicamus. nihil autem aliud, quàm pauca authorum qui hunc piscem nominarũt, testimonia subiungit. Quod tamen Aristoteles scribit: Animalia quædam toto genere uaria sunt, ut Panthera, ut Pauo: & piscium nonnulli, ut quæ Thrattæ uocantur, (De generat. animal. 5. 6.) Thrissis conuenire uidetur. hæ enim paruę adhuc ternis & aliquando quaternis rotundioribus nigris in la-

Trutta. teribus ac tergo utrinq; insigniunt maculis, ut Bellonius scribit. Sed forsitan Thrattæ potiùs Truttæ nostræ fuerint: cum & nomen quadret, & uarietas non in minori tantùm ætate, nec tribus aut quatuor solùm maculis, sed pluribus illis, Truttis per omnem ætatem omnibus conueniat. Adde hactenus nullum aliud Truttæ nomen uetus proditum esse, (præterquam à nobis πυρῶντος: sed unus piscis in diuersis regionibus diuersa nomina habet:) & ipsum Truttæ nomen, Gallis Italisq́ usitatum, non omnino recens aut barbarum esse existimandum est, cum à Plinio Valeriano medico quoq; sit usurpatum. Stephanus Grammaticus Thrattam scribit esse gentile nomen à Thracia, fœminini generis: & præterea auis ac piscis. credibile est autem hos pisces à Thracia denominatos, ubi nimirum fluuij frigidiores & montani sunt, in quibus Truttę siue Pyruntes, nascuntur.

Ad Alausam redeo: quam paruam adhuc Galli Pucellam (Pucelle) nominant, ueluti transpositis literis pro Clupella. Ennij è Phagiticis carmen Apuleius recitat: Omnibus ut Clupea (*aliâs Clypea*) præstat Mustella marina. quod qdẽ hactenus à nemine satis consideratũ uideo. quod si ita legas, ut recitauimus, nullus cõmodus sensus uidetur. quare deprauatum suspicor, (ut etiam alia quædã Ennij ab Apuleio citata,) & pro omnibus, repono amnibus, id est, fluuijs: hoc sensu, In amnibus præstantior est ut Clupea, ita etiam Mustella marina, hoc est, quæ è mari ascendit: ut piscem utrunq; è mari amnes subire sentiat, & in ijs meliorem fieri: id quod de Alausa constat: & similiter de Lampreda quoq;, si Mustelam mar. pro Lampreda accipiamus. Ego quanquam Lampredam, Mustelam esse, & marinum dici posse quòd è mari in fluuios ascendat, non negauerim: aliam tamen quoq; Mustelam marinam agnosco, quæ ut marina cognominetur, quoniam in mari semper manet, dignior est. itaq; Ennium ita potiùs sensisse dixerim: Vt Clupea optimus piscis est in amnibus, ita in mari Mustela: siue eo nomine Aeliani Galen, (id est, Mustelam,) siue Asellũ Galariam, (id est,

(id eſt, Muſtelarem & ſimilem Muſtelæ,) aliúmue cognatum piſcem intellexerit. Quòd ſi quis legere mauult, Omnibus è Clypea (tanquam id ciuitatis nomen ſit: nam & ſequentibus piſcibus addit locorum nomina è quibus præſtant,) præſtat Muſtela marina, non contendero. Eſt autem Clupea ciuitas Africæ propriè dictæ, in promontorio Mercurij ſita.

Naſcitur in Arari Galliæ fluuio magnus quidam piſcis, Clupea (Κλυπαία) nominatus ab incolis: qui creſcente Luna albus eſt: decreſcente, totus nigreſcit: & corpore nimium aucto à proprijs ſpinis interimitur. In huius capite lapis reperitur, ſimilis grumo ſalis, qui optimè facit ad quartanas, ſiniſtro lateri corporis alligatus, decreſcente Luna, Calliſthenes Sybarita apud Stobæū. Quæ an Alauſæ in Arari accidant, uiri naturæ ſtudioſi, quibus cognoſcendi hæc facultatem fluminis illius uicinitas præbet, obſeruabunt. Hæc ex ueterum lectione de Clupea mihi animaduerſa ſunt.

Iam quod Saluianus anguſtius eſſe Attili os ſcribit, quàm ut uel mediocrem Clupeam ad fauces eius petendas admittat: conſiderandum alijs diligentiùs relinquo: præſertim Padi accolis. Plinius quidem minimum hunc piſcem faciens, Calliſtheni qui Clupeam magnam facit, aduerſatur. An idem pro ætate ut maior & minor eſt, diuerſa nomina ſortitur? Frigidum hoc, quòd ſine dentibus morſu exanimare non poſſet. Bellonius: Alauſam (inquit) lineam aſperam & ueluti cultellato mucrone ſcindentem (*ſub uentre: ſicuti Harengus, Sardina, Liparis, Apua, Phalerica, & Celerinus Oceani*) gerit. qua Attilum ingentem Padi piſcem exanimat. ea uerò acutior eſt in puſillis piſcibus. Id ſi uerum eſt, non Plinium (ut facit) teſtē citare debebat: ſed erroris potiùs eum inſimulare, qui Clupeam Attili uenam quandam in faucibus mira cupiditate (ſanguinis nimirum eius ſugendi) morſu appetere tradit. Eſſe quidem infeſtum hunc piſcem Attilo, eò faciliùs crediderim: quòd Sturioni etiam (cui cognatus eſt Attilus) cum Alauſa diſcordia quædam intercedat: quod ex Io. Kentmanni Albis fluuij piſcium deſcriptione didici. **Zige**, inquit, piſcis (id eſt, Hircus) ab accolis appellatus (*alij* **Goldfiſch** *nuncupant*) à Sturione compulſus Albim ſubit. ¶ Eſt autem **Zige** piſcis, uel ipſa Alauſa, uel adeò ſpecie naturaq; ſimilis, ut meritò eodem nomine appelletur.

GRAECI hodie Phriſſa uocant.

AFRICANI Iarrafa, ut ſcribit Scaliger.

ITALI Chiepa: Romæ Laccia uel Lachia.

HISPANI Saboga.

GALLI Aloſe, Burdegalenſes Coulac, Maſſilienſes Halachia. Minorem uerò in hoc genere Pucelle nominant Galli, alibi Ficte uel Fenicte, Andegaui Conuerſum: alibi Gautte.

GERM. **Alſe/Elſe/Aelſe/Vint: Leüßfiſch**/malim **Laußfiſch**: & circa Argentinā **Meyenfiſch**, (quod nomen alibi in Rheno Leuciſci fl. generi, Haſelam noſtri uocant, tribuitur,) **Mannemer hengſt**. E mari Baſileā uſq; aſcēdit. Idē puto eſt **Verinch**, niſi ętate forſan & magnitudine tantùm differat. Idem etiam, aut omnino cognatus, **Zige** uel **Zieg** in Albi dictus piſcis eſt: cui nomen hoc ab hirco inditum eſt propter uiroſum ſaporem. aliqui à colore capitis, & oculorum præſertim, **Goldfiſch**, id eſt, Aureum nominant, ut audio: quo nomine dictum in Marchia, cætera ſimilem, ſed latiorem eſſe aiunt.

ANGLI **Schadde**, minorem uerò **Pylcher** uel **Pylcharde**.



CAPITONIBVS hunc piſcem adnumero, propter ſimilem (ut ex pictura quam Kentmannus miſit conijcio) corporis formam. differentiæ uerò cauſa anadromum cognomino, quòd ex Oceano Albim ſubeat. Naſutus uidetur, prominente & carnoſa ſuperiore oris parte, ut in noſtris fluminibus is quem Naſi nomine deſcripſimus ſuprà: cui etiam reliqua corporis ſpecie per omnia adeò ſimilis eſt, ut diſcrimen nullum animaduertam, ne colorum quidem ferè: niſi quòd Albinus hic Naſus (aut Simus) magis albicat, noſter uerò magis fuſcus eſt. Sed noſter planè fluuiatilis eſt, Albinus è mari aſcendit: quem uel ab Albi **ein Elbnaſen**/ uel à mari **ein Meernaſen** appellare licebit. Preterea noſter uilis & plebeius eſt, Albinus uerò inter laudatos, preſertim aſſus. Hoc etiam notandum, cum Albinus alio nomine Blicca (**Blick**) dicatur, longè alium piſcem eodē nomine à noſtris uocari, de quo dicemus inter Lacuſtres. Zertæ quidem nomen, etiam Polonis uſitatum audio. Germani quidam (ni fallor) **Zorte** per o. proferunt.

EPERLANVS, uel Epelanus uulgare Gallicum nomen eſt. In oſtijs fluuiorū (inquit Rondeletius) in Oceanum influentium, ut Rhotomagi & Antuerpiæ, frequēs eſt piſcis qui Eper-

Ian dicitur à nitido & ſplendido colore, quo unionem (*perlam*) refert. Idem uiolæ odorem reſipit. Eius duplex eſt genus. alius marinus eſt & litoralis, qui aſinos paruos refert, &c. alius fluuiatilis. Sic ille. Sed fluuiatili nomen idem, genus omnino diuerſum eſt. ¶ Saxatilis eſt Epelanus noſter, Sequanę litorum alumnus, partim marina, partim fluuiatili gaudens aqua. Glabro eſt corpore: unde falsò quidam Aſellorum generis eſſe iudicarunt: capite ad Merlucium accedēte, &c. Aliqui ab odore Violam poſſe uocari cenſent, Bellonius: qui ſaxatilibus marinis eum adnumerat, ego anadromis malui.

Viola.

GERMANICE uocari poterit **ein Meer ꝛ rötele.** Planè enim cognatus ei uidetur piſcis, quē **Rötele** noſtri nominant (eſt autem Vmbra lacuſtris minor) à colore, quo forſitan differt, rubicundo: reliqua enim conueniunt, figura, magnitudo, pinnæ, dentes in maxillis & lingua, mollities carnis, ſuauitas ſaporis, lapides in capite. Audio **Hagen** apud Germanos inferiores dictum piſciculum, ſimilem eſſe Eperlango.

ANGLI, apud quos copioſiſsimus eſt, **Schmelt** appellant ab odore. Turnerus Anglus Gobij genus eſſe putat. Smelta (inquit) noſtra, piſcis litoralis, gregatilis, circa litora parit, & in fluuios ſubit, ubi pingueſcit, nec perpetuò in fluuijs degit: ſed uère tantùm, quo tempore copia longè maxima ultra Londinum aduerſo flumine natitat. Raròaut nunquam ultra ſpithames longitudinem excreſcit.

Iallus.

Liceat & Græcum nomē fingere tam nobili piſci, ut ita Græcis ab io (id eſt, uiola) dicatur Iallus, ſicut à thymo Thymallus denominatur. ¶ Lege etiam ſuprà in fluuiatili Eperlano Parte I. huius Ordinis.

Figura hæc Lampetræ ad piſcem Baſileæ captum expreſſa eſt: ab ea quam Rondeletius dedit nonnihil uarians: præſertim caudæ pinna.



LAMPETRA uulgò dicta eſt à lambendis petris, (aliâs Lampreda:) quòd integrum ferè diem ore ſuo ſaxis (quemadmodum & picatis nauium clauis) ſic inhæreat, ut ea lambere uideatur, Bellonius. Lampetras duas Saluianus exhibet. Ex his maiorem, bicubitalem ſemper inueniri tradit, & maculoſam. minorem uerò uix pedalem eſſe, abſq; maculis, ſubcineraceam. inter has autem colore & magnitudine medias nullas inueniri (*circa Romam:*) unde probabilius uidetur, eas non ætate tantùm & magnitudine, ſed etiam ſpecie differre. Ea uerò (inquit) quam **Pryck** Germani appellant, eiuſdem generis ſpecies quædam tertia eſt, media inter prædictas conſtituenda, &c. Reperiuntur tum in mari tum in fluminibus. minores nanq; frequentiores, maiores uerò rariores, ineunte uère flumina mari proxima ſubeunt: in illiſq; toto uerno tempore commoratæ, in mare deinceps æſtate incipiente reuertuntur, &c. Sic ille. De minima Lampetra ſiue Muſtela, dictum eſt ſuprà Parte I. quoniam alijs pleriſq; (præterquam Saluiano) fluuijs & riuis propria uidetur. ¶ Muſtela marina ſimiliter ut terrena, omnium cadauerum, in quæ incurrit, oculos exeſt & conficit, ut audio, Aelianus: tanquam nomine inde facto. ego à colore nomen Muſtelis noſtris hoc eſt, Lampredæ & cognatis piſcibus, inditum ſuſpicor: quòd prona pars ferè fuſca uel ſublutea in eis ſit, ſupina albicet, ſimiliter ut in terreſtribus: quas etiam corporis longitudine quodammodo referunt. Muſtelinum colorem interpretantur ſubliuidum ac lentiginoſum, cuiuſmodi in ueſtibus cruore commaculatis appareat. Adde Muſtelas marinas barbatulas eſſe, ut terreſtres: & ſimiliter ferè fluuiatiles illas, quas Triſias uocāt. Scaris Plinij tempore principatus dabatur. Proxima his (inquit) menſa eſt generis duntaxat Muſtelarum: quas (mirū dictu) inter alpes lacus quoque Rhetiæ Brigantinus ęmulas marinis (aliqui legunt Murænis) generat. Brigantinum quidem lacum eſſe, qui uulgo ab urbe Conſtantia denominatur, quēq; Rhenus penetrat, certum eſt: in eo nullas Lampredas reperiri audio. neq; mirum: nam cum è mari ſubeant tum maiores tum mediocres Lamprede, catarrhactas Rheni ſuperiores, quæ nō longè infrà illum lacum ſunt, ſuperare nō poſſunt, ut neq; alij ulli piſces, præter Anguillas fortè. Sed hac de re inquirendū diligentiùs. quòd ſi nul-

E mari aſcendit.

Muſtela.

si nullæ (ut puto) in eo lacu Lampredæ unquam inueniuntur, Plinius alium piscem eo nomine intellexerit, Trissiam nimirum uel Botatrissiam Insubrum, quæ hodieq; in lacubus Sabaudorũ Mustela uocatur. Cæterùm Ausonij Lampreda, quando ita doctissimis nostri seculi uiris placet, esto Mustela: & Græcè etiam γαλῆ ποταμία nominetur. ¶ Lampetram Græci Galeonymum & Galexiam appellarunt: Latini Mustelam, à maculati huius nominis quadrupedis tegminis similitudine, Bellonius. Rondeletius Galexiam uel Galeonymum Galeni, Sturionem esse suspicatur: qui fortè nec Sturio, nec Lampreda est, sed è Mustelarum in mari manentium genere piscis. Lampetra (inquit Saluianus) Græcis incognita est, cum, Galeno teste, qui Galexiam nominat, in Græco mari nullibi nascatur. Romę autem Galexiam uocari scribit Galenus, cum hoc minime Romanum sit nomen, nec ab ullo scriptore Latino usurpatum, (ut neq; Græco quod sciam,) & Galeno ipsi hoc uno in loco: ad imitationem nimirum Latini nominis (*ab ipso alijsúe Græcis in Italia habitantibus confitto nomine.*) Gale. n. Mustela est, (unde γαλεξίας fortè factũ, aut γαλεείας, sicut ab Aster, Asterias,) Hæc ille. ¶ Lampetra ex genere est cartilagineorum piscium, qui longi lubriciq; sunt. Eam non rectè uocari à recentioribus quibusdam Lumbricum marinum, Rondeletius docet. Lamprede quidẽ nomen à Lumbrico detortũ uideri potest: idq; eò magis, quoniã non omnes modò populi qui Latinæ linguæ uestigia retinuerunt, Lampredam ferè appellant, Itali, Galli, Hispani: sed etiam Germani, &c. ¶ Aliqui Vermem aquatilem nominarunt, propter hæc Plinij uerba: In Gange Indiæ Statius Sebosus haud modico miraculo affert, uermes branchijs binis sexaginta cubitorum, cæruleos: qui nomen à facie traxerunt. His tantas esse uires, ut Elephantos ad potum uenientes mordicus comprehensa manu eorum abstrahant. Color cæruleus Lampetræ (inquit Rondeletius) item mores quadrant. nam petris & nauibus ita hærent Lampetræ, ut auelli non possint. neque repugnat cubitorum sexaginta longitudo: in India enim omnia grandiora sunt. Vermem tamen aquatilem hunc esse aut dici non probat Rondeletius. Caret enim (inquit) omnino pinnis, ut Muræna. atqui non idcirco non debet uermis dici, quòd pinnis careat, sed eò magis etiã. In dorso quidem pinnas dirigendæ natationis gratia habet. In India Cluias fluuius rectà ad Oceanum fertur: cuius accolæ nobis dederunt uermes, ex ipso fluuio extractos, femore humano crassiores, omni genere piscium sapore præferendos, Alexander Magnus in epistola ad Aristotelem. Hi uermes nimirum Lampredæ uulgò dictæ fuerint, aut eis cognati pisces: Σκώληκες ποτάμιοι. At Gangeticus ille sui planè generis & diuersus fuerit: cui nec branchias, nec brachia bina, sed dentes binos Ctesias apud Aelianum tribuit, similem alioqui uermi in ligno nascenti faciens, &c. ut in Historia aquatilium nostra, ubi de Vermibus aquaticis dictum est, copiosè exposuimus. ¶ Licebit Lampredam, etiam βδέλλαν, id est, Hirudinem marinam appellare, Strabonis exemplo: qui scripsit in quodam Libyæ fluuio nasci Bdellas septenûm cubitorum: quæ branchias habeant perforatas, ita ut per eas respirare possint. Nam Lampetræ ore ita saxis & nauium clauis hærent, ut optimo iure βδέλλαι, ἀπὸ τοῦ βδάλλειν, id est, à sugendo, dicãtur, quemadmodũ sanguisugę, Rondeletius. Eandem, Murenam fl. (à marina toto genere diuersam) appellatam fuisse ex Dorione perspicuum est: qui μύραιναν ποταμίαν ait unicam habere spinam, similem Asello Gallariæ, Idem. Cæterũ Oppianus hunc piscem proculdubio Echeneidem ab effectu nominauit: quæ Latinè Remora dicitur. Descriptio quidem eius undiquaq; conuenit: naues autem eam in mari remorari, experientia nostra comprobatum. Interim non me latet aliam esse Aristotelis, Historiæ 2. 14. & Plinij 9. 25. Echeneidem, Idem. Si Lampetra esset Echeneis, multi in Ligeri lintres cursum tenerent ab his retenti: quod quis aut uidit unquam aut accepit? Io. Brodæus.

Galeonymus *Galexias.* *Lumbricus mar.* *Vermis aq[uatilis].* *Hirudo mar.* *Muræna.* *Echeneis.*

Nauibus quidem in mari plerunq; animal aliquod adhærere existimandum est, ut aliquod genus Cochleæ, uel Lampetram, uel aliud: quod cum nauis uel in portu manet, uel cursu recto fertur, nemo animaduertit: at ea impedita & occultam aliquam ob causam detenta, inquirentes aliàs aliud animal adhærens, inuenerunt, in quod morę causam, cum aliam nescirent, reiecère: itaq; alij alias Echeneides describunt. ¶ Lampredas sunt qui à fulgore (*nitore nimirum cutis ceu oleo delibutæ*) Lampyrides uocent, sed auctorem nullum habẽt, Barbarus. ego Lamprias appellare malim, si fingendum est uocabulum Græcum (ut Anthias dicimus) non à splendore, qui uisu percipitur, sed conuiuali. λαμπρότατα enim et splendidissima sunt conuiuia, in quibus huiusmodi dij uisuntur. hi enim dij sunt τοῖς ἐγγαστρίδοις, ut ita loquar: hoc est, illis quorum deus est uenter. ¶ Tineas fontium, quas Plinius frigoris eorum indices facit, ego non Lampetras, ut aliqui, sed insecta illa aquatilia interpretor, quæ uulgò Scrophulas Galli uocant, nostri Gyzen. ¶ Alabes, Ἀλάβης, (ut Chremes, Chremetis,) Straboni piscis est Nili: Plinio Nilidis lacus. Alebetæ (inquit, malim Alabetes) Coracini, Siluri, reperiuntur in Nilide lacu, quem Nilus efficit. Apparet autem à leuitate & lubricitate nomen ei factum, sicut & alabastro. & cum Lampetra piscis lubricus sit, & nomen ferè conueniat, (a. initiali detracto, & m. ante b. adiecto, recentiores quidẽ Græci plerunq; μ. ante π. preponũt, ut μπόλμπεις, p pulueris,) ut p alabeta, dicatur Lãbeta: si hũc piscẽ in Nilo reperiri mihi cõstaret, omnino Alabetem esse conijcerem. ¶ Archestratus præ omnibus anguillis laudat eam, quam inter pisces solam ἀπύρηνον esse dicit: Lampredam fortè intelligens, quæ ut in summis delicijs est, ita omni ossium spinarumq; duritie caret. Loco enim spinę dorsi, cartilaginem habet: eamq; teneram adeò, ut in cibo etiam appetat. In minoribus Lampredis memini me loco spinæ dorsi neruũ unũ

Lampyris. *Lamprias.* *Tineæ fontiũ* *Scrophulæ.* *Alabes.* *Anguilla apyrenos.*

cauum continuum reperisse. Apyrena quidem è malorum Punicorum genere πυρῆνας, id est, nucleos habent nec duros nec magnos. Quòd si Apyreno l. liquidam ueluti articulum præfigas, facilè in Lampyrenam & Lampredam mutabis. Sed satis de nominibus. *Fistula Lampredæ.* Hoc in huius piscis natura mirabile, quòd præter aliorum piscium morem, fistulam in capite supremo medioq́ gerit: qua, ut cete quæ pulmonibus respirant, & aerem trahit, & haustam aquam reijcit. eamq́ ob causam in summa aqua fluitat, facileq́ suffocatur, si inuitum sub aqua diutius retineas. ¶ Albertus Magnus pro Lampreda Murænam dixit. ¶ Lampetra flaua capitur in mari Oceano inter Angliã & Noruegiam, sed rarò: cætera similis uulgari.

ITAL. Lampreda.

HISPAN. Lamprea.

GALL. Lamproye. Circa Monspelium Lamprezze. Sabaudis ad Neocomensem lacũ, Lambri. Fœtus eorum Burdegalenses Pibales appellant, Rondeletius. Aliter Cæsar Scaliger: Santonica (inquit) uox est Piballa: pisciculus tenuis, uermiculi specie, Anguillarum more natans, colore candido. maritimæ naturæ consulti aiunt esse Anguillarum prima rudimenta: adultiores Pimperneaus uocari. perfectas communi nomine agnosci. Sic illi. Fieri autem potest utrunq; ut falla tur, & Piballa Gallorum non alius sit piscis, quàm Flandrorum Pymperele: uel ut Angli uocant, Pype oyle / Sprall oyle: Miseni ad Albim Spirahl. Hic enim piscis est longus, subfuscus, specie qua reliquæ anguillæ; lubricus, rostro & capite acuminato. E mari in Albim ascendit: nec durat, sed contabescens moritur.

GERM. Lampred/Lampret/Lempfrid/ Basileæ Lampheryn/grosse Neünaug: Vide in Lãpreda media. per inferiorem Germaniã Lambreij: Coloniæ Lampereij.

ANGLICE. Lampreye/Lampraye/Lamprell/ Lampron: uel a nyne eede eale, id est, Enneophthalmis Anguilla.

POLONICE & Bohemice Neynok uel Naynog, uocabulo Germanico.

Iconem hanc ut ab Argentinensi pictore accepi, posui, maiorem quidem quàm uellem.

LAMPREDA media (uulgò dicta.) Nomina Latina eadem quæ superiori, huic conuenient. minor est quàm præcedens, maior quàm sequens. Italis & Gallis ignotam puto. Hæc quoque è mari fluuios subit. Lege quæ suprà scripsimus cum maiori uel simpliciter dicta Lampreda.

GERM. Argentinę uocatur ein Bärle/Berlin/ Berling. Francofordiæ & apud inferiores Germanos ein Pricke uel Brick, quod nomen à Lumbrico dempta prima syllaba factum uideri potest. Ad Albim ein Neünaug, hoc est, Enneophthalmus, quasi *Enneophthalmus.* nouem oculis insignis. præter enim duos oculos propriè dictos, branchiæ paruæ, rotundæ, detectę, septenæ, ocellorum quadam specie apparent. Nostri hoc nomen priuatim minimæ Lampredę tribuunt: sed ut nominis huius causa, eadem & similiter in Lampredis omnibus apparet: ita hoc nomen quoq; generale & commune cõuenerit omnibus, ad species uerò designandas magnitudinis differentia exprimenda fuerit.

ANGL. A Kleane Lamprelle/ a smal Lamprelle.

A. Ein

A. Ein Salm. B. Ein Lachs.

A. Icon est Salmonis ante partum, hoc est, uerni & æstiui, non satis probè expressa. B. uerò autumnalis & hyberni Salmonis, sub partum & à partu, (qui rostro recuruo ac maculis pluribus facilè dignoscitur,) effigies est, meliùs depicta quàm alterius; quæ emendari ad huius exemplum poterit; aliud enim non differt puto, nisi quòd rostrum ei incuruum non est, &c.





Salar, id est, Salmo paruus. Ein Selmling.

SALMONIS nomen apud Plinium legitur. Græcis incognitum fuisse, & ideo Græco nomine carere, nihil mirum, cùm Græci ueteres in Oceanũ non penetrarint. In Oceano enim tantùm nascitur, *(nos in fluuijs tantũ nasci, quos ex Oceano subit, ostendimus:)* qua de causa fluuios tantũ eos subit, qui in Oceanum influunt, Rondeletius. Bellonius etiam Sulmonẽ scribit, in prima per u. quod non probârim. ¶ Salmonis nomen à Germanis Rheni accolis uel Gallis Aquitanis Latini acceperunt. uideri autem potest à sale deductum nomen: quòd hi pisces in magna copia saliri, uel sale muriaq; inueterari soleant, in tomos cõcisi: perinde atq; in mediterraneo Thynni: quos & magnitudine referunt, & robore corporis, uiq; saliendi, (ut si Latinum esset uocabulum, à saltu factum uideri posset:) & natura migrandi ad summa fluminum, ubi pariunt: ac inde reuertendi. quemad modum Thynni ex mediterranei inferioribus partibus aduerso mari in Pontum ascendunt, inde à partu reuertuntur. Thynnum asili inhærentes agitant, Salmonem hirudines & lampredæ. A Salmone diminutiuum recentiores aliqui faciunt, Salmulus, quem & Salmunculum dicamus licet: is paruulus Salmonis fœtus est, ut Cordyla Thynni. idem ab Ausonio Salar dicitur, adultior iam Sario, media inter Salarem & Salmonẽ ætate: alij legunt Fario. & omnino uerisimile est Truttam quæ uulgo Forina dicitur, ab Ausonio Salmonem, sed ętate minorem existimatum, ut (Parte 4. huius Ordinis) in Trutta diximus. Trutta quidem tam multa Salmoni affinia habet, ut nullum aliud piscium genus ei rectius comparetur. *Anchorago.* Anchorago Rheni piscis à Cassiodoro prædicatur: qui uel Salmo uideri potest, è Rheno præstantissimus, & certo tempore rostrum anchorę instar incuruans: uel Trutta lacustris, quam cum idem patitur, Ynlanck appellant Germani ad ostium Rheni in lacum Acronium se infundentis: sicut & nostri quà Limagus fl. lacum intrat. paritura enim fluuios subit, sicut & Salmo: & formam rostri similiter mutat. eundem piscem in lacubus Carinthiæ Rheinanck uocari puto, tanquam à Rheno & anchora composito nomine. Non hæc uerò solùm, sed & alię quędam in fluuijs & lacubus Truttæ sic afficiuntur: & eo tempore deteriùs se habent, inq; cibo minùs gratæ sunt, sicut & Salmo: itaq; etiam nomina mutant, uel omnes, uel aliquæ. *Esox.* Salmonem aliqui alio nomine Esocem uocant: ego Lucium potiùs Esocem iudico. ¶ Salmonis, ut dictum est, Græcũ nomen uetus nõ extat: qui uoluerit, Salangẽ appellet: quoniam *Salanx.* Σάλαγξ boni piscis nomen legitur apud Hesychium: neq; præterea quinam sit explicatur. aut potiùs à saltu, (unde & Latinè aliqui dictum putant Salmonem,) Ἅλμων nominetur: uel à migrandi natura, κατανάδρομος, sed id epitheton potiùs quàm nomen fuerit. uel εἶδος πυρῶντος, ἀλιπυρῶς, id est, Truttæ species, marina Trutta. uel dromias dromásue fluuiatilis. Aristoteles enim in mari dromades uocat Thunnos, aliosq; gregales, qui aliunde in Pontum excurrunt, & uix uno loco conquiescunt.

ITALI ut Salmone carent, ita etiam nomen eius à Gallis aut Germanis mutuentur oportet.

GALLI nominant Saulmon. Magnos, Salmones uocant: paruos, (Galli & Aquitani) Tacons. pręterea marem à fœmina distinguunt. hanc enim ob rostrum magis aduncum, hami modo, Beccard appellant, Rondeletius. Aliqui fœminam à ferendis *(portandis)* ouis, Bortiere. differt hęc à mare aduncitate labri inferioris, Bellonius. Est Truttæ species (inquit Cæsar Scaliger) eo in fluuio, quo Normanni à Britonibus separãtur: cuius inferior mandibula, extrema cuspide curuata, sursum uersus conditur in foramine superioris. Quem rostri uncum falsò quidam in Salmoneo genere fœmellis designauit. Non enim sexus in genere, sed speciei notam esse patet: quòd hîc sine illa, ut ita dicã, pyxidatione, quotidie ouis fœtæ certo anni tempore capiuntur. Sic ille. ¶ Nostri piscatores in masculo tantùm Salmone rostrum inferius insigniter recuruari aiunt, in fœmina perparum: nescio quàm rectè.

GERMANIS circa Rhenum & alijs Salmo (ein Salm) tempore uẽris æstatisq; nominatur, usque ad diui Iacobi diem, qui est uicesimus quintus Iulij. deinde mutato nomine ein Lachs in utroq; sexu (quanuis marem aliqui priuatim apud nos sic uocant, fœminã uerò Lyder uel Lüder) usque ad diui Andreæ diem, qui postremus est Nouembris. Salmo igitur uernus æstiuusq; est: Lachsus uerò autumnalis & hybernus, sub partum scilicet & à partu: quasi lassum dicas, longa iam natatione aduerso flumine & partu exhaustum: uel à genitura quam nostri Leich appellant, quasi λεχώς. circa Rostochium Laß nominant. Saxones & Miseni Salmonis nomine non utuntur: sed Lachß appellant tempore, sexu & ętate quibuscunque. per autumnum quidem & hyemem

mem cum sub lapidibus & saxis delitescens contabescit & maculis ruffi seu ęnei coloris impletur, ab ijs ipsis Kupferlachs uocitatur. ¶ Salmunculos, id est paruos & uix digito longiores Salmones, nostri aliíque nominant Selmling: Miseni Canitzen/Kanitzle/Kuntzle/ab ipsa paruitate puto: unde & Georg. Agricola Latinè Salares nanos uocauit.

ANGLICE. Salmon uel Samond. priuatim uerò dum melior in cibo, & suauiore ac friabiliore carne est, uocatur a Kribbe Salmon, hoc est, friabilis Salmo. at postquam carnem deteriorem habere, & rostrũ curuare cœperit, porco grandinoso ab eis comparatur, uocaturque a Kyp per Salmon: quod Germanus diceret ein Kupfersalm.

ILLYRICE Losos: quo nomine Poloni & Bohemi utuntur. inuenio & aliud Polonicũ Losos tzarny.

SILVRVM piscem primus nostro seculo Io. Manardus Ferrariensis medicus, agnouit: quod in epistolis eius apparet, ubi Vngaricum eius nomen profert, sed malè. à Manardo Bellonius, qui tamen Silurum à Glanide (Plinij errorem secutus) non distinguit, nec satis diligenter describit, barbularum mentione omissa. Ipsum uerò piscem omnibus adhuc ignotum, & multis lõgisque eruditorum controuersijs agitatum, primum ego pictum exhibui, & in nostris regionibus ostendi, uarijsque nominibus (quæ nunc subijciam) quis sit interpretatus sum. Bellonius fortè uerũ Glanidem descripsit, utpote in Strymone Thraciæ fluuio captum piscem, ubi hodieque Glagnum appellant. in eo enim Glanides agitare tradit Aelianus, Siluros uerò in Mæandro & Lyco Asiæ, & Istro Europæ flumine. Equidem conijcio omnia quæ de Glanide scribuntur, Siluro etiam conuenire, & duas unius generis proximi species esse: hanc maiorem & nigriorem, illam minorem & albiorem, sicut Pausanias etiam scribit: quanquam Siluros non nominat, de ijs tamen eũ sentire dubium non est. (Lege quæ suprà scripsimus in Glanidis mentione, sub finem Partis IIII. huius Ordinis.) Dentibus etiam Silurum à Glanide non differre putauerim. quanquam Silurus à nobis exhibitus non magnos dentes, sed paruos & confertos habet, ordine uno in maxilla seu labro inferiori, duplici autem in superiori: præterea in palato fauces uersus, utrinque denticulorum congeries quædam apparet, quibus ab inferiori parte nulli occurrunt: sed inferior oris pars, (interior quidem, non prima statim quà branchiæ quaternæ ad eam quæ loco linguę est partem adnascuntur,) limæ instar exasperatur. hæc dum scriberem, Siluri caput aridum, manibus tenebam. Aristoteles Glanidi durissimos dentes esse scribit, ut uel hamum rumpat morsu. id quod Silurum etiam facere posse non dubito: non tã singulorũ dentiũ robore ac duritie, quàm stipatorũ (ut dixi) congerie. alibi ἀγκιστροφάγον appellat, quòd hamũ deglutire soleat: nã sic Aelianus interpretatur. & hoc quoque Silurum nostrum facere constat. quem in historia nostra non dentes habere dixi, sed labia limæ instar exasperata, sic enim ab alijs acceperam. ac rursus ex aliorum uerbis, idque meliùs, dentes ei attribui, paruos & instar pectinis illius quo laneæ uestes depectuntur. Caput quod habeo parui Siluri est, in maioribus dentes etiam maiores ualidioresque fieri par est. Ouorum custodiam ut Glanidi (mari) Aristoteles tribuit, ita Siluro pisci Albertus Sumum Illyrico uocabulo appellans: & rursus incrementi tarditatem, Aristoteles Glanidi, Albertus Siluro, &c. Vtranque feram esse uoracissimam, et in quęuis oblata animalia grassari, authorum testimonijs liquet. Itaque simillimos esse hos pisces, & species planè congeneres non dubitamus, adeò ut non sit mirum ab aliquibus tantam similitudinem non distinguentibus nomen unius alteri attribui cum olim tũ hodie. Aristoteles Glanidis tãtùm meminit: Plinius ex eius uerbis Silurum interpretari solet, cũ alibi distinguere uideatur. Gaza quoque Silurum transtulit. Aelianus Glanidem in Strymone capi scribit, Silurum in Lyco & Mæandro: at alibi Istriani etiam Siluri mentionem facit. Bellonius Glanidem Nilo attribuit, ueteres Siluri tantùm in eo fluuio meminerunt. Athenæus Latũ in Nilo piscem similem esse tradit Glanidi Istri, tanquam hic in Nilo non capiatur. Verùm Bellonius Glanidem à Siluro prorsus non distinguit. Saluianus cum Iouio Silurum ridiculè putat esse Sturionem: & uerũ Silurum, utpote in Danubio captũ, ut ait, pro Glanide pingit. Bellonius Silurũ, siue potiùs Glanim, cartilagineis ouiparis adnumerat cum Sturione & Attilo: quod quàm rectè fiat, considerandum est. fortè enim non cartilagineus, sed spinosus Silurus est. nos Glanim suprà inter fluuiatiles simpliciter posuimus: Silurum uerò hîc inter anadromos, quoniam è mari flumina subire, inque eis parere, manere, & proficere ex Io. Kentmanno didici. ex ueteribus quidem uterque fluuiatilis tantùm esse uidetur. Glanidem quoque cum natura adeò cognata sit, è mari subire uerisimile est. Reperitur hodie Silurus non solùm in Mœno Germaniæ fluuio, ut Plinius prodit: sed in eo, ut in Rheno quoque (Pausanias in Rheno & Istro gigni scribit) quem ingreditur, perrarò: frequentiùs autem in alijs Germaniæ fluminibus plerisque, maioribus præsertim, ut Danubio, Albi, Viadro, Vistula Sarmatiæ: item Lyco & Tibisco, qui Danubio miscentur: (Ausonij tempore etiã in Mosella, quæ in Rhenum descẽdit, capiebatur.) Item in lacubus aliquot Heluetiorum & Sueuorum, ut Moretano Bernensium, & Iuerdunensi Sabaudorum, & Acronio quem à Constantia denominant: & minorib. quibusdam, ut prope Rauenspurgũ et Waldsee oppida: in quos fortasis ex Acronio lacu per Schuss fl. ascendunt. sed quomodo è mari ascendentes illuc perueniunt? rarissimi quidem in Rheno capiuntur, & ut per Rhenum ascendant, per Catarrhactam eius superiorem, qui prope Scaphusiam

Effigies Siluri, quam olim accepi. eiusdem uerò postea accuratiùs expressas icones Iulius Alexandrinus Ferdinãdi Augusti medicus è Danubio, Iohannes Kentmannus ex Albi, & Carolus Egellius clarißimus Rauenspurgi medicus è lacu uicino, ad me dederunt: ei quam hic exhibeo similes, sed colore magis nigricante, & oblongiore angustioreq́; uersus caudam corporis filo.



Alia

Alia eiusdem (parui adhuc) icon, è lacu Bipennatium, ditionis Bernensium, [illegible] à Benedicto Aretio missa.



Alia è piscina piscatoris cuiusdam Argentinæ, uidetur autem cauda eius attrita propter piscinæ angustiã, aut aliam ob causam. barbulæ uerò, quæ quotannis ei decidunt, nondum plenè renatæ. Hodie quidem aliam eius formam esse dicunt, quàm cum mihi depingeretur. Aetatis certè locorumq́; discrimina, mutationem aliquam adferunt: neque idcirco species diuersæ fuerint, ut primùm existimabam, iconibus tam diuersis ad me missis. postea enim cum pisces ipsos Augustæ, Argentinæq́; uiderem, aliter iudicaui. An tamen species diuersæ in Germania reperiantur, diligẽtiores olim considerabunt.



est, eluctari non poterunt, ut neque Salmones, nec alij pisces præter Anguillas. itaque uel è mari non uenient in Acronium, in quo tamen rarissimè inueniuntur, & forsan è piscibus paruis huius generis olim iniectis, aliqui sunt prognati. uel si è mari migrant, eâdem qua anguillæ corporis agilitate Catarrhactam illum euincent. Argentinæ piscatores duo ciues (quorum alteri nomen est Iacobus Baltner, alteri Iacobus Lamp) in piscinis suis Siluros alunt: uterq; singulos, aut alter binos. eorum duos ante annos quadraginta in Rheno captos aiunt, uix digiti longitudine, & ab eo tempore ad pedes sex cum dimidio excreuisse, alterum saltem. Vnius iconem Petrus Stuibius affinis meus iuuenis doctissimus ad me misit, qualem exhibeo.

Silurus Latino nomine caret, neque mirum cum nullus in Italia reperiatur: quanquam ne in Græcia quidem fortè, sed aliunde importabatur salsus. Græco quidem nomine Silurus dictus uidetur à caudæ agilitate, qua Anguillam & Thrissiam uulgò dictam refert. In quibusd codicibus Græcis pro Σίλουρος legitur Αἴλουρος facili lapsu, & qui non malè cecidit. Aelurus enim Felem significat: uidetur autem nescio quid felinum hic piscis aspectu, barbulis, & caudæ mobilitate præ se ferre. Sunt qui cauda pisces ab eo percussos ori admoueri dicant. Barbulas modò antè se exerit, ceu ad explorandum, modò ad latera comprimit. Forsan & ad uenationem eis astutè utitur, ita ut suis Rana piscatrix, quam etiam oris rictu & uoracitate refert. Ex minimo, ut diximus, ingens euadit. Maximi libras (unciarum 16.) circiter xx. ultra c. appendũt in Albi. & pinguitudo in magnis per dorsum uel duos digitos crassa, ceu in porco, apparet. Apud Bohemos uulgò fertur, piscem pisci prædam esse, at Siluro omnes. Nostra memoria in Tibisco, dissecto huius piscis uentriculo caput humanum cum manu dextra & tribus annulis aureis repertum fama est constans: ut ipse ab homine Vngaro fide digno accepi, &c. Publica apud Pannones fama est, inquit Ioannes Manardus, aliquando captum in cuius uisceribus humana manus ornata anulis inuenta sit. Saluianus puerum in Danubio apud Possoniam natantem ab hoc pisce deuoratum refert. ¶ Borboram Albertus Magnus hunc piscem uocat: aut potiùs speciem illam Mustelæ, quam Thrissiam uulgò nuncupant, Botatrissiam Itali, præsertim lacustrem. Cum autem duodecim annos excesserit (in-

Aelurus. *Borbota.* *Barbota.*

Solaris. quit) hic piscis, in uastitatem ac longitudinem maximam crescit, & Solaris uocatur, quia in Sole libenter in ripis fluminum iacet. Eadem uerba apud Isidorum, & innominatum de nat. rerum scriptorem leguntur. Apparet autem eos similitudine deceptos esse, quoniam Barbotta siue Trisia similimus est Siluro paruo piscis, ita ut uix dignoscatur, teste Bellon. Solaris nomen à Siluro corruptum esse putârim. Barbotta uel Barboth nomen Germanis aliquibus in usu est de Thrisia nostra. Est & Barbotta piscis barbatus circa Tanaim dictus, ex Antacæorum genere: quem ichthyocollam Bellonius nominat, & similem ei (*barbis nimirum & capite*) Silurum facit. Athenæus Latum in Nilo piscem tradit albissimum suauissimumq́ esse, similem Glanidi qui in Istro capitur. quibus uerbis genus hoc Antacæi potiùs, quàm Latum de genere Coracini ab alijs dictum intelligere eum diuinarem, si an ulli Antacæi in Nilo caperentur mihi constaret. Vngari quidem Silurum ipsum à latitudine Harcha nuncupant. ¶ Sumus nomen, quo Albertus pro Siluro uel Glanide utitur, factum est ab Illyrico Sum. Idem Albertus: Aliquando (inquit) iacentes ac dormientes pisces in fundo percutiuntur tridente, ut in Danubio Ruffi, Husones, Sturiones. Quinam uerò piscis sit Ruffus in Danubio, rescire nondum potui. Stephanus Lauræus Ferdinandi Aug. medicus, de hoc nomine ac pisce Posonij ad Danubium cum inquisiuisset: respondit omnino uel Scurionem uulgò ab Vngaris (Schuureg) dictum, ex Antacæorum genere, cuius subruffa sit caro, Ruffum Alberti sibi uideri: uel potiùs quem uulgò Harcha nominent, (id est, Silurum,) cuius in uentre cum aliæ maculæ, tum ruffæ appareant. neque enim in Danubio post Husonem & Sturionem, piscem alium magnum cognosci, præter duos illos quos diximus, & insuper Tok ex Antacęis.

Sumus.

Ruffus.

ITALICVM nomen non habet. nam in Italiæ fluuijs, inquit Saluianus, nullibi (quod sciam) habetur. Sic ille. Quod si uerè scribunt Grammmatici quidam, Glanin esse fluuium Cumæ in Italia, à quo etiam piscis Glanis uel Glanus dicatur, Saluiani Glanis, idemq́ ei Silurus, à nostro Siluro diuersus, cognatus tamen ei, in Italia reperietur: quod mihi non est uerisimile. est & alius in Italia eodem nomine fluuius circa Tiberim, & tertius Iberiæ, authore Stephano.

GALLI etiam neque piscem hunc, quod sciam, neq; eius nomen habent: nisi quòd ad Iuerdunensem lacum Sabaudi, Saluth eum appellant, nomine ad Silurum alludente.

GERMANICA eius nomina in alijs locis alia sunt: Salut in Bernensium ditione, quod nomen an ipsi à uicinis Sabaudis acceperint, an contrà, nescio. Acronij lacus accolæ & Sueui uocãt Waller/ Wäller/ Wällme: alij aliter proferunt, Wale/ Walle/ Walarin. uidentur autem omnia hæc nomina facta à Latino Balæna: quòd ut hæc in mari, ita Silurus in dulcibus aquis magnitudine excellat, sicut etiã Ausonius canit. Saxones, Silesij, & maritimi Germani Welß uel Wilß appellant. Danubij accolæ ein Schaid, siue à damno quod uoracitate sua infert: siue à figura uaginæ gladij, præsertim equestris: quę latior initio, paulatim in angustum desinit. Viennæ dum paruus est, & pedem aut cubitum non excedit, appellatur ein Sick: adultior ein Schaid. Sed ab alio quodam accepi, piscem Sick uel Tück uel Tick in Danubio capi, non quidem circa Viennam, sed inferiùs circa Budam. molem eius libras (XVI. unciarum) XXV. appendere, corpus ut Husonis, minus, multis ceu stellis uarium, &c.

ILLYRICE Sum uocatur apud Polonos & Bohemos: quo nomine in mari etiam Balænam & Cetum in genere interpretantur.

VNGARICE Harcha (quod ita proferunt, ac si scriberetur Hartscha uel Harcza, à Germano,) à latitudine dorsi aut oris forte.

Icones require in pagina sequenti.

ACIPENSER, Aquipenser, Oxyrynchus. sed hoc nomen etiam alijs quibusdam piscibus tribuitur. Vulgò Sturio, uel Stora. Est autem de genere Antacæorum, è quibus ichthyocolla, id est, glutinum habetur. Hic idem est, ut ego iudico, quem Plinius in Danubio Porculo marino simillimum dixit: libro nono capite decimoquinto, de maximis piscium scribens: ut sunt (inquit) inter marinos Thunni: & in quibusdam amnibus haud minores (scilicet Thunno,) Silurus in Nilo & Mœno, Esox in Rheno, Attilus in Pado: & in Danubio maior, (*scilicet Thunno, aliqui hîc pro maior legunt Mario, quòd non probamus,*) Porculo marino simillimus. Dorionis Oniscum gallariam & Galeni Galaxiam esse Sturionem, Rondeletius sentit. mihi non uidetur. Vide superiùs in Lampreda. Ridiculè quidam Silurum ueterum, putant esse Sturionem nostrum.

ITALICE Sturion. Sturiones minores, qui cubitalem magnitudinem non excedunt, Porcellete uulgò uocant Itali: grandiores uerò Sturioni, differunt autem ætate solùm, non etiam specie, ut quidam suspicantur, Saluianus.

GALLICE Estourgeon, Burdegalensibus Creac.

HISPANICE Sullo, quasi Suillus. alij Sollo uel Solho scribunt.

GRAECIS recentioribus Xyrichi, (id est, Oxyrynchus:) Cyprijs Morona, quod nomen Itali Husoni nostro tribuunt.

GERMANICE Stor/ Styr/ Styrle.

Sturionum

Sturionum has duas icones Venetijs nactus ſum: ſecundum Moronam nominant.

STVRIO *primus.*



STVRIO *ſecundus.*



ANTACAEVS Boryſthenis à Rondeletio exhibitus. Similis eſt huic figura Attili in Bellonij libro: niſi quod unicam in dorſo pinnam habet, & caudam nonnihil differentem. ſed aliter Attilum Rondeletius pingit. De Antacæi nomine, lege cum ſequente piſce.

GERM. Ein art der Haußen oder Stören in dem fluß Neper.

ANTACAEI *illius quem Germani Huſonem uocant, effigies alia, è Pannonia nobis tranſmiſſa: & melior, ut apparet, quàm Rondeletij.*

Exos. ANTACAEVS alius, ut à Rondeletio pictus eſt, roſtro quidem non acuto ſicut Oxyrhynchi alij, quibus tamen cognatus eſt. Idem Exoſſem hunc piſcem appellat: uerè quidẽ quòd oſsibus careat, ſed non probè, tanquam ex Plinio: cuius uerba ſunt lib. 9. cap. 15. de maximis piſcibus loquentis, hæc: Sunt inter marinos Thunni: & in quibuſdam amnibus haud minores (*ſcilicet Thunno,*) Silurus in Nilo & Mæno, Eſos in Rheno, Attilus in Pado: & in Danubio maior (*ſcilicet Thunno*) Porculo marino ſimillimus. & in Boryſthene (*inquit*) memoratur præcipua magnitudo (*id eſt, piſcis præcipuæ magnitudinis,*) nullis oſsibus ſpinisue interſitis. Hæc ille. intelligendum eſt autem Boryſthenitem hunc piſcem, uel eũdem cum Danubiano illo qui Porculo marino ſimilis eſt, non cum Eſoce Exoſſéue, ut Rondeletius accipit: uel potiùs ſui hunc quoq; generis eſſe, & à præcedentibus omnibus diuerſum, nimirum Huſonem uulgò dictum: ut Porculo marino ſimillimus Sturio ſit: Eſos uerò Rheni, ab utroq; diuerſus. Huſo quidem eſſe non poteſt, cum is in Rheno nũquam inueniatur, nec alijs in Oceanum ſe exonerantibus amnibus. Mihi certè Eſocem, Lucium piſcem eſſe animus inclinat. Vbi Plinius ſcribit, ut recitaui, et in Danubio maior, aliqui pro maior legunt Mario, tanquam piſcis nomen: quam lectionem Rondeletius reprehendit: quanquam ad Italicum (Morona) nomen hoc accedat, &c. Quærendum an hic idem ſit Latus Nili, cuius Athenæus meminit, albiſsimus ſuauiſsimusq; quoquo modo apparetur, Glanidi (Siluro opinor dicere debuit) Iſtriano ſimilis. Vide ſuperiùs in Siluro.

Antacæus. ¶ Antacæus nomen commune mihi uidetur, et huic & ſimilis formæ piſcibus (etiam Sturioni) imponẽdum. debet autem penultima per æ. diphthongum ſcribi. Antacæorum piſcium maximorum in Iſtro Aelianus & Athenæus ex Sopatro meminerunt: q tanquã albiſsimi ſuauiſsimiq; celebrantur. Antacęi Delphinis magnitudine pares circa Boryſthenis & Mæotidis oſtia ad Gangamam (ſic enim locum appellant) ligonibus effodiuntur, Strabone teſte: fortè quòd glaciem ligonibus ſcindant. Aelianus quidem Antacæos magnos in Iſtro ſub ſaxa ſubijci, aut in imam arenam ad uitandum frigus abdi ſcribit. Antacęis nomen uidetur amnis dediſſe in Męotim lacum Aſiatica parte influens, Hermolaus. Antacites

tacites Sarmatiæ fluuius haud longè Tyramba oppido in Mæotim exit, à quo Antacęi pisces, &c. Vadianus. Plinius Antacas populos circa Męotin Colchis uicinos facit. Vngari piscē Tock uel Tockhal appellant, non alium opinor quàm Husonem, aut omnino cognatum ex Antacæorum genere, nomine forsan per aphæresim facto ab Antacæo. idem aut similis Germanicè Sick/ uel Tick/ Tück/ à Germanis Danubij accolis nominatur: quanquam alius Silurum paruum Viennæ sic nominari nobis retulit: & forsan propter aliquam similitudinem, (capitis & barbularum aut aliam,) ut & Silurus & Huso, Barbotta uulgò uocatur, in diuersis tamen locis: ita etiam Germani aliqui idem nomen Tück utriq; attribuunt, alij in alijs locis.

Bellonij figura ab hac, quam ex Rondeletio dedimus, differt, pręsertim cauda. Pontico uulgo (inquit Bellonius) Collanus hic piscis dicitur, Bononiensibus Copsus, Italis Colpiscis, & uulgo Colabuccus. (*Germani dicunt Mundtleym/ id est, oris glutinum.*) Ferrarienses (apud quos ꝓ Sturione, nequissima ichthyopolarum impostura interdum uenditur, quum eius caro multùm inferioris sit notæ) piscem Iudaicum nominauerunt. alij Copesce. Hæc ille. Audio & Moronam Italis uocari: quod tamen uocabulum Cyprijs & alijs nonnullis Sturionē significat. ¶ Pado peculiaris est in Italia, Sturioni & Attilo cognatus. Herodoto Antacæus dicitur, Pomponio Magnus Borysthenis incola. Alijs quibusdam ueteribus Ichthyocolla, per synechdochen. partis enim ex hoc pisce ad conglutinandum usus est. Ab ijs qui Tanaim incolunt, uulgò Barbotta uocatur, quòd quaternis ueluti barbis ad labia sit communitus, Bellonius.

GERM. Hauß/ (Bellonio teste,) Huß: unde & Husonem Latinè recentiores quidam uocarunt: non quidem per hyperbolen, quòd cuiusdam paruulæ domus magnitudinē referat: sed quasi hys uel hysca, unde & Illyricè Vuyz appellatur: nimirum à pinguitudine seu lardo quo porcum refert, sicut & alij oxyrynchi. Errant qui Bolch Flandris hunc piscem uocari scribunt: ut illi etiam qui Silurum, asellorum enim Oceani generis est, quem ita nominant.



ANTACAEVS stellaris, si libet, appelletur hic piscis: cuius iconem, qualis Straubichij in Danubio captus est, Geryon Seilerus summus & celeberrimus Augustanæ reip. medicus ad me dedit. Pictura in linteo satis magno expressa colorem ubiq; ferè cœruleum ostendebat, uenter candidior ad roseum inclinabat. Spinæ in dorso, & stellæ (quæ spinis delapsis relictæ uidētur) pallidi coloris erant. puncta etiam passim uel è pallido albicantis, uel fusci Indiciue coloris. Cognatus hic fuerit quē in eodem flumine Tück appellari diximus paulo ante, ab Vngaris Tock. Idem quoq; aut similis uideri potest Zucca Caffæ, cuius in ichthyocolla meminit Bellonius, z. pro t. posito. Alius puto, sed similis est, quem ijdem Vngari Schuureg, quidam Germanicè Zürich (ab Oxyrhyncho, ut conijcio, deprauato nomine) uocitant, aliqui recentiores Latino nomine ad uernaculum formato Scurionem per Sc. non per St. de quo nonnihil etiam in Siluro diximus. Quidam mihi retulit Tick piscem in Danubio infra Viennam circa Pestum & Budam capi: mole corporis ad XXV. (sedecim unciarum) libras: cute uaria undiquaq;, & stellata similiter, ut in hic exhibita à nobis icone, sed rostro differre, quod longius & gracilius sit, anserino ferè simile. cætera Husoni similem esse piscem, sed minorem, ideoq; ab imperitis Husonem paruum esse putari. Hic an sit Galeus Rhodius, quærendum. *Galeus Rhod.*

ATTILVS piscis Pado peculiaris, cartilagineus: Sturioni cognatus, Antacæorum uel Oxyrynchorum generis: & anadromus, ut conijcio, sicut & reliqui Antacæi.

Attilus quum ad certam magnitudinem excreuit, squamas hispidas abijcit: quas per quinque uersus dispositas gerit, in summa scilicet dorsi spina, ex utroq; latere geminatas, & sibi quasi parallelas: extremus uersus pinnas attingit. Contrà Sturio semper hispidas squamas suas tota ætate retinet, Cælius Calcagninus.

ITAL. Adello, Adeno, Adena, Adano, Ladano, Attina.

Misit ad me olim etiam Ant. Musa Brasauolus Ferrariẽsis medicus nobilißimus Attili effigiem, quæ cum hac Rondel. pulchrè conuenit: nisi quod spinosos illos dorsi clypeos plures, latiores, & contiguos habet.



GERM. F. Ein grosse art der Hausen oder Stören/wirt allein in Italia im̃ Pado gefunden.



GALEVS Rhodius, γαλεὸς ῥόδιος. Ego (inquit Rondeletius) hunc Galeum Rhodium, siue Vulpem Rhodiam esse existimo: quem Archestratus eundem esse cum Acipensere credebat, non sine ratione in hanc opinionem inductus. est enim piscis iste Acipenseri siue Sturioni persimilis, non solùm corporis specie et partibus, sed etiam gustu ac sapore, dempta unica differentia, quam non nisi ij percipient, qui exquisito gustatu fuerint. hac non animaduersa, facilè Galeus Rhodius cum Sturione confundetur, quod Archestrato euenit: cuius sententiam refellit Athenæus. Acipenser enim (inquit) paruus est, & porrectiore rostro, & figura triangulari magis quàm ille. Et paulò pòst: Archestratus de Rhodio Galeo loquẽs, amicis patrio more consulens, ait: Galeum in Rhodo, quem Vulpem uocant, si tibi uendere noluerint, uel mortis periculo rape. Nominant illum Syracusani κύνα πίονα, id est, Canem pinguem, Hæc ille. Conueniunt autem hęc omnia nostris piscibus, Sturioni inquã, & illi quem hîc exhibemus. is enim Sturionem totius corporis figura, tergi ossibus acutis & clypeorum modo efformatis, alijs item in lateribus dispositis, pinnis, cauda, ore in supina parte sito, omnino refert. &, quemadmodum Sturiones, relicto mari amnes subit. Reperitur enim in Pado & in Rhodano, & pro Sturione uendit: à quo tamen distinguit ab exercitatis, capite crassiore, & rostro breuiore obtusioreq́ꝫ: tum gustu. resipit enim ferinũ quid, quod de Sturione dici non potest, carneq́ꝫ est duriore: à quo sapore Galei & Vulpis nomen habet. Galei enim & in eorum genere Vulpes, ferini sunt saporis & ingrati. Si tamen in dulci aqua diu natauerit, in cibis haud aspernandus est. Hæc Rondeletius. ὁ πίων κύων, nominatur etiam ab Epicharmo. ¶ Antacęis cognatus est. uide mox in Italicis nominibus.

ITALICE Cops à nonnullis uocatur: quo nomine figura expressum hunc piscem misit ad me doctissimus medicus Antonius Musa Brasauolus. Alij nominis affinitate decepti Copso appellant. est enim id nomen alterius piscis, (*illius quem Germani Husonem, Bononienses Copso uocitant: alij Itali Colpesce,*) Rondeletius. Apparet quidem Cops nomen per syncopen factum esse à Colpesce: hoc uerò à colla et pisce compositum. Colla enim siue glutinum ichthyocolla dictum, ex diuersis eiusdem generis piscibus fit, quos Antacæos generis nomine omnes appellârim, ut in Husone dictum est. quanquam etiam ex alijs quibusdam fieri aut solet aut potest.

GALL. In Rhodano captus pro Sturione uenditur, sicut dictum est.

GERM. Ein art des Stören/wirt in Italia gefangen in dem Po/vnd in Francreych in dem Rottẽ: dem Stör so gantz ånlich/das er darfür verkaufft wirdt/hat ein kürtzeren kümpferen schnabel/ ein dickeren kopf: vñ wiltelet starck.

FINIS ORDINIS I. TOMI II. DE PISCIbus fluuiatilibus.

ORDO II. TOMI II. DE RELIQVIS DVLCIVM AQVARVM ALVMNIS ANIMALIBVS: CVIVS HAE SVNT PARTES.

I. De piscibus Lacustribus.

II. De animalibus Crustaceis.

III. De Testaceis.

IIII. De Insectis.

V. De Amphibijs tum quæ pedibus nituntur, uiuiparis, ouiparisque: tum quæ ijs carent.

D. M. S.

SIGISMVNDO LIBERO BARONI IN HERBERSTAIN, NEYPERG, ET GVTTENHAG, VIRTVtis ac meritorum ergò immunitate donato.

P. P.

ITALA me primo tellus sub flore iuuentæ
Aurata patriæ donatum torque remisit.
Maximus Aemilius Cæsar, uirtute fideque
Fortè mea adductus, Patrum me protinus Aulæ
Consilio adscripsit. requies hinc nulla laborum
Facta mihi: magnis de rebus iussa peregi.
Fœderibus iunxi reges: pacisque tuendæ
Accendi studio, latè quà Rhenus inundat
Danubiusque pater, uagus Albis, & Istula, quaque
Dura Borysthenides colit impiger arua colonus,
Et gelido manat Tanais de fonte niuosus:
Rha leni placidas quaque agmine lambit arenas
Nauigijs penetrans lustraui cæca Rubonis
Crononisque fluenta, & inhospita Tesqua peragrans
Legatus mandata tuli, Regumque superbas
Accessi sedes: gemino subiecta Trioni
Balthea tranaui freta, magni Regia nostræ
Danorum domini lætata salutis honore.
Quis gestis rebus me Cimbrica Chersonnesus
Excipit, & patriæ reddit, charisque propinquis.
Post ubi mortalis defuncto munere uitæ
Carolus acer auo successerat, hunc quoque, dulcis
Impulsus patriæ precibus, de more salutans
Indomitos adij populos, & ditia regna
Hesperiæ. Reducem dein Ferdinandus ab Aulæ
Consilijs statuit, latè quo regna tenente
Arctoos iterum Reges Populosque reuisi.
Hinc mihi pro meritis serisque nepotibus auctum
Libertate decus, quod nulla aboleuerit ætas.
At postquàm inuasit Solymannus mœnia Budæ,
Accensum furijs, uim perniciemque minantem
Pannoniæ, Orator compressi, diraque retro
A nostris suasi iugulis auertere tela.
His nunc defunctus curis post fata quiete
Sopitus placida, iusti dum buccina somnum
Iudicis excutiat, dormiscam. Viue uiator,
Exemploque meo patriæ seruire memento.

Ioh. Rosinus.

MAGNIFICO ET ILLVSTRI VIRO D. SIGISMVNDO LIBERO BARONI IN HERBERSTAIN, NEYPERG, ET GVTTENHAG, VT GENERE ita uirtutibus & doctrina nobilissimo, Conradus Gesnerus Tigurinus S. D.

QVVM his diebus, nobilissime heros, admirandi cuiusdam Ceti effigiem, & Sulaci (ut Mosci Tartariq; appellant, ego ex veterum Græcorum lectione Colon) caput cum suis cornibus probe depictum, ab amplitudine tua accepissem, me præstantiæ tuæ (quod iandudum optabam) non prorsus ignotum esse, nõ parum mihi gratulabar, atq; ex animo gaudebam. Nam libros etiam meos, animalium historiæ præsertim, in cognitionem tuam venisse: eosq; non indignos tibi visos, quibus aliquod ornamentum ex rebus tuis (quas non dubito multas ac raras te possidere) accederet, eosq; iudicio tuo non penitus displicere, hoc argumento facilè mihi persuadebam. Et cùm commodùm sub prælo essent nostræ Aquatilium animantium Eicones, cum diuersarum gentium nomenclaturis, iam usque ad Lacustrium piscium ordinem typis impressæ, (cui Testata etiam & Crustata, Insectaq; dulcium aquarum animalia, deniq; Amphibia subiunxi,) mox eam partem sub illustri nomine tuo, tãquam optimi doctissimiq; patroni, in manus hominum prodire, par esse iudicaui. Quanuis enim prolixius et luculẽtius aliquod animi grati testimoniũ, quæ tua in omni virtutum & doctrinæ genere excellentia est, tibi deberi intelligerem, ad id verò præstandum longiori tempore opus esse, omnia interim vitæ momenta nobis incerta & innumeris mutationibus obnoxia fluctuare, præsentis ac extemporalis gratitudinis qualemcũq; declarationem non iniucundam magnificentiæ tuæ futuram arbitratus sum. In eodem quidem genere quo beneficentiam tuam expertus essem, gratiam referri, non improbatum abs te iri spero. Animalium enim historia te oblectari, cum ex ijs quas misisti picturis, tùm Vri & Bisontis (quorum effigies iussu tuo pulcherrimè typis excusas (L. V. Vuolfgangus Lazius olim ad me misit) conijciebam. Hanc opinionem mihi augebant Commentarij tui rerum Moscouiticarũ, quibus maximã laudem & admirationem tui apud omnes eruditos homines excitasti, ac nominis immortalitatẽ tibi comparasti. in ijs enim ut de Vro et Bisonte, ita alijs quibusdã raris animalibus quandoq; verba facis. Itaq; maiori fiducia hanc tantillam huius Operis partem amplitudini tuæ dedicaui: quam ut ab homine tui nominis et honoris apprime studioso profectam benigna fronte accipias, & si quid ampliùs ad quãcunq; Animalium historiæ partẽ illustrandã cõferre potes, quod non dubito, maturè cõferas, etiam atq; etiã oro & obtestor. Inter cætera autem rem summopere gratam, & huic in tuum nomen inscriptæ parti conuenientem mihi præstiteris, si nomina piscium lacustrium, qui apud vos & in Pannonia reperiuntur, diligenter mihi tanquam in tabula consignari curaueris, idq; vernaculis tum Germanicis tum Vngaricis aut etiã Sclauonicis nominibus è regione positis, ubi id fieri poterit. In pulcherrima quidem illa Pannoniæ chorographia, quam excellentissimus Lazius edidit, lacus præcipuos inuenio duos, vnum in vicinia Austriæ Ferteu, quem Germani dicunt Newsidlersee, *& versus Styriam Balaton, Germanis* Platsee. *In horum singulis quinam piscium uiuant, scire aueo: ut aliquando Additionibus aut Emendationibus ad nostros de animalibus libros, aliquid ex tua libertate ornamenti accedat. Spero etiam si quid circa fluuiatiles pisces, Danubij præsertim, in scriptis meis desideràris, liberè ac libenter præstantiam tuam me admonituram, ac si quid addi poterit, communicaturam liberaliter. Vale doctissime heros, & grauissimo patrocinio tuo me dignare. Tiguri Heluetiorum, anno Virginei partus M. D. LX. decimo Kalend. Iunij.*

DE

DE PISCIBVS LACVSTRIBVS IN GENERE.

De Lacuum alumnis piscibus Rondeletius priore loco quã de fluuiatilibus agere uoluit. Cũ enim (inquit) à mari marinisq́ stagnis discesseris, lacus & amplitudine & latitudine cæteras aquas superant, & ex his riui plurimi, sæpius etiam fluuij exoriuntur, uel eos præterfluunt, (*perfluunt fortè dicere uoluit, pro transeunt & permeant.*) Nos contra fluuiatiles lacustribus prepoſuimus: quoniam cum piscium alij fluentibus amnium aquis proprij sint, ut Thymallus, Trutta: alij stagnantibus lacuum, ut Albulæ nobis dictæ: alij communes, ut Cyprini, Lucij: ij qui Lacubus proprij sint, paucissimi inueniuntur: plures qui fluuijs: plurimi fortè qui communes, prẹsertim si anadromos propriè dictis fluuiatilibus non adnumeres, ut qui inter ipsos & marinos ambigant. Deinde riuos ac fluuios ex lacubus oriri non dixerim, nisi paucissimis fortè locis id cõtingat: sed contrà. nam in Heluetijs cum plurimi altissimiq́ montes sint, & amnes plurimi per ualles decurrant, permulti etiam lacus, dilatata & stagnante fluminum aqua, passim uisuntur: quorum alij longitudine, alij latitudine, alij profunditate alios superant: sunt enim qui ad centum aut ducentos passus profundi celebrantur aliquibus sui partibus. Verùm hi omnes ferè non riuos aut fluuios efficiunt, sed ab eis ceu corriuati efficiuntur. ¶ Sunt autem (inquit idem Rondeletius) lacuum perpetuę et perennes aquæ, stagnorum non item. nam hyeme collectæ, uel plurimùm auctæ, æstate siccantur. Lacus ferè omnes piscium optimorum tam sunt feraces, ut in mediterraneis marini fluuiatilesq́; non desiderentur: ueluti in Italia, Germania, Allobrogibus. Quorum aliqui sunt lacubus quibusdam proprij & peculiares: qui in nullis alijs aut lacubus, aut stagnis aut paludibus aut fluuijs reperiuntur, ut qui Carpio in lacu Benaco dicitur. In Arethusa genus esse piscium, quod transcurrentis Tigris non miscetur alueo, testis est Plinius: sicuti nec ex Tigri pisces in lacum transnatant. Alij sunt lacubus cum cæteris aquis communes. De proprijs dicemus, & communibus non omnibus quidem, sed de nonnullis duntaxat. Cæteros uiris doctis & lacuum magnorum accolis pertractandos relinquo. Hæc Rondeletius. Nos lacustrium piscium ordini eos tantùm adscribere uoluimus, qui lacubus proprij sunt, et in magnis solùm lacubus reperiũtur. Minorum enim lacuũ pisces omnes communes sunt. nam lacubus proprij in gurgitibus ferè solùm degunt, hoc est, profundissimis locis: (minorum uerò lacuum tanta profunditas non est:) quamobrem pelagijs rectè comparantur tum loci tum alimenti ex eis ratione: quoniam in alta & pura aqua degunt, riparijs, ut illi litoralibus, salubriores. ripæ enim lacuum impuriores plerunq; palustres & limosæ sunt.

Lacubus igitur proprij sunt, quorum historia deinceps sequetur. Communium alij semper aut simpliciter communes dici possunt, quãuis non in eodem tractu. nam in lacu nostro Cyprini tum propriè dicti tum lati, & Percæ, Tincæ, Lucij, Plestyę, Rutiliq́ uiuunt, in Limago fluuio nulli istorum: cum in Rheno Basileæ statim alibiq́ omnes isti capiãtur. Bramæ (uel Prasmi) in his tantùm fluuijs reperiuntur, qui tardè fluunt, turbidaq́ sunt & crassiore aqua, (qualis est Araris, & multi in Gallia Belgica,) nec in ijs ad eam unquam magnitudinem accrescunt, ad quam in lacubus & stagnis, Rondeletio teste. Alij diuersis temporibus, modò in fluuijs, modò in lacubus degunt. nam Leucisci illi quos Laugele nostri uocant, in lacu nostro hyemare solent, cũ per æstatem tam in lacu quàm in fluuio reperiantur: in fluuio quidem paulò maiores. Similiter qui Hasele nominantur, (Capitoni fl. Ausonij similes, sed minores,) autumno ascendunt è flumine in lacus partem profundam: & Martio mense rursus descendunt, ut in flumine uel riuis pariant. Differunt autem oculorum colore à lacustribus qui in fluuijs sunt. Truttæ lacustres contrà sub autumnum è lacubus in flumina pariturae ascendunt. Fluuij omnes opinor quo propiores mari sunt, & tranquilliores minusq́ puri, eò magis piscium genera quædam in eis reperiuntur quæ nostri lacubus propria esse putant: exceptis ijs quæ in profundis tantùm lacubus agitant: quorum multis hoc commune est, ut in dorsi parte posteriore pinnulam paruam & adiposam, Salmonum instar, habeant: sicut Albularum genera, & Vmbræ Vmblæue, Trutta & Carpio Benaci. Illorum qui è mari amnes subeunt, nullum in lacubus cõsistere puto: sed etiam si intrauerint, ut Salmones, altiùs semper eniti, perpetuo ascensu: excepto Siluro: qui in lacubus manet, augetur, & parit. Sed in Verbano quoq; Clupeam è mari aduenam piscem capi audio: de quo inter fluuiatiles anadromos diximus.

Tinca, Lucius, Squalus ac Barbus in multis lacubus reperiuntur: aliqui in paucis duntaxat, ut qui Albo dicitur uulgò ab Italis, in Thrasymeno & alijs fortè paucis, Saluiano teste. Albularum, ut nos uocamus, genera, in maioribus solùm & frigidioribus lacubus degunt, ut nostro, Lemano, Acronio, & ijs in quos Athesis illabitur: & Allobrogum lacubus Burgetij & Aequebeletij: & Sarmatiæ quodam lacu, ut audio: in Italiæ lacubus nullæ. At in tepidioribus, Chalcidum uel Sardinarum genera Thrissis cognata reperiuntur, quibus carent frigidiores: ut Celerini Allobrogibus dicti: Agoni in Lario, Verbano, & Benaco, tribus Italiæ lacubus: Liparides (ut Bellonius nominat) in Conio uel Pisciaco Macedoniæ lacu. Sarachi, qui Agonis ijdem existimantur, in lacubus Epiri. Hi omnes asperam in uentre, ut Harengi, lineam habent. Sunt qui eadem nomina cũ fluuiatilibus habeant, specie uerò differant, ut Mustelæ quas Trissias uel Botatrissias Itali uocant: Truttæ, Astaci, Cotti. ¶ Sunt & Conchæ quædam maiusculæ lacubus ac stagnis peculiares: item Cochleæ, Strombi, & Vmbilici parui, &c.



LAVARETVS hic piscis à Rondeletio uocatur, Gallicum uocabulũ imitato, id quidẽ à munditie & candore factum ait, quòd nunquam sordidus sit, sed bene ablutus. Nos Latinius fortè Lautum, cum propter hoc ipsum, tum quòd in mẽsarum lautitijs celebratur, appellabimus. Lacuum Allobrogum (inquit) proprius est, ut Burgetij, & Aequebeletij. nec ullus est qui in Italia, Germania, Gallia, aut alibi uspiam uiderit. Bellonius tum ex prædictis lacubus, tum etiam Lemano Lugdunum aduehi scribit. Ego Lauaretum ac similes ei lacustres pisces, uno generali nomine Albulæ complecti uolui: quod ita fingere libuit, quoniam ferè omnes huius generis species & squamis candidi, & carne alba sunt: quanquam nostri priuatim speciem unam Albelen uocant, & aliam Wyßfisch, &c. Ex his Albularum formis diuersis, unam esse Lauaretum Allobrogum non dubito: præsertim nobilem illam quæ Constantię Adelfisch appellatur, & apud nos ein Wyßfisch od Wysser Blawling. Piscis idẽ nondũ adultus Cõstãtię ein Sandgangfisch, nostris ein Blitzling nominatur. Cum Lauareto quidem hic piscis conuenit candore, & nobilitate, in genere Albularum: & descriptione tota à Rondeletio posita: nisi quod fel eius iecori deesse non puto: hoc enim Lauareto suo Rondeletius negat: Bellonius uerò hepar album ei attribuens, unius tantùm lobi, in eius dextro latere fellis uesiculam adsutam esse scribit. Genus hoc totum an Cephalos aut Leuciscos lacustres appellare possimus, considerandum. Lauaretum priuatim Albulam nobilem uel Albulam candidam appello. Vide plura mox in Albula cœrulea.

ALBVLA cœrulea, F. Bezola Rondeletio, nomine Sabaudis usitato. Bisula Bellonio, qui Lauareto proximè posito eam comparat. Mihi quidem species duæ unius generis proximi uidentur. Lege præcedentia proximè.

GALLICE. Bizole uel Bissole Sabaudis in Lemano.

GERMANICE. Species hæc Albularum (fortè & genus totum) alicubi nimis communi nomine Bratfisch dicitur, ab eo quòd ad cibum ferè assari soleat. alibi meliùs Felcken/Felchen/ (quidã nuper Latinè Falcones temere nominauit:) & à subcæruleo colore Blawfelcken/Blawling/ (quanquã nonnulli etiam Leucisci fl. secundam speciẽ sic uocitãt.) itẽ Balhenen/Baal/Albóck/ Renchen. Albularum cuiuscunq; generis pisciculi parui adhuc, à nostris nũcupatur Migling: à Dunensibus in agro Bernensium Bůchfisch: alibi Stüben: ad Lucernensem lacum cum digitales iam sunt, Nachtfisch: deinde post annum, Edelspitzling/ postea Edelfisch: deinde ein halbgewachsne Balhen, postremo ein Balhen. Constantię uerò ad Acronium lacum primo anno dicuntur Seelen, (alij leuciscos fl. secundi generis adhuc pusillos sic uocant:) Lindauiæ Mydelfisch, secundo Stüben, tertio Baalen/Balhen uel Gangfisch/ uel Wattfisch, (in ueteribus quibusdam instrumentis & scriptis publicis Latinè sed indoctè conscriptis, Vadipisces nũcupantur.) Quarto Renchen, Lindauiæ. Quinto Halbfisch, ibidem. Postremo gantze Felchen uel Blawling. Rursus nomen Gangfisch commune est ad tres species. quidam enim dicuntur Constantiæ Sandgangfisch, ijdemq; adulti Albulæ nobiles, Adelfelchen. alij Grüngangfisch, ex quibus Albulæ cœruleæ fiunt, Blawfelchen. Alij Wyßgangfisch, id est, Albulæ candidę quæ nomen nõ immutant: neq; ad aliarum magnitudinem accedunt, cum longissimus ex eis dodrantem parum excedat. Cœrulei nostri quo tempore Percarum fœturam ceu pascua sua secuti è superiori lacus parte descendunt, circa initium Maij, Weydfisch dicũtur, hoc est, Pascales pisces: Randecker uerò nominant piscatores quidam illos, qui oblongi & graciles sunt.

Audio Albulas nobiles in Acronio lacu minùs profundè, propiusq; ripam agere quàm cœruleas, & reti inclusas ubi se senserint, ad aquæ superficiem tendere: cœruleas contra, deorsum. Nostras uerò cœruleas, tanquam specie diuersas, nobilibus magnitudine & natura similes, in superficiem quoq; similiter ferri, &c. Ita in diuersis lacubus diuersæ, & quibusdam fortè peculiares huius generis species sunt.

Bizole generale nomen est circa Lemanum lacum: & species comprehendit Blanchets, Pallaes, Ferra, Bondalle: fortè & Groen de ue, id est, Rostrum uituli. hunc enim piscem similem esse aiunt Bizolæ, nisi quòd rostro differt, quod nescio quomodo uitulinum repræsentet.

Aiunt

Aiunt præterea quoddam Bizolarum genus in Lemano Grauenze dictum, à cæteris dignosci quadam asperitate cutis utrinq; proximè dorsi spinam: Nouembri et Decembri maximè capi cum in signibus lactibus, idq; in sinibus humilioribus, id est, non altis, quos sinus isti uocant bennas.

Aliud etiam in eodem lacu Bizolarum genus uulgò Bondalle nominant. hæc ab alijs Bizolis (ut Io. Ribittus me docuit) hoc differt, quod & pinguior est, & crassiore gutture, adeò ut gutturosam uocent Bondallam, idq; præcipuè Augusto mense.

Hunc piscem nostri uocant *ein Butz*: Constantienses **Kirchlin** uel **Kilchen**: & paruos in eo genere **Kilchenstüb**, quos tamen maiores esse aiunt Hegelis nostris, qui in toto Albularum genere minimi sunt.

ALIA species Albulæ lacustris, magnitudine cubitali, ut scribit Rondeletius. Farra (inquit) uel Ferra, uel Pala ab accolis Lemani dicitur: carne candida & suaui, quæ Lauaretorū Truttarumq; carni non cedit. Effigies quidem eius à Lauareti effigie, ut Rondeletius ambas exhibuit, nihil differre uidetur. Amicus quidam noster in Catalogo Lemani piscium, Palā & Ferram species Bizolæ diuersas facit: & Ferram longissimè à ripa capi scribit.

GERMANICE. **Ein grosse art der Felchen/oder der Wyßfischen / oder Wyssen Blawlingen.**

ALBVLA parua, quæ à nostris simpliciter Albula uocatur: à Sabaudis ad Lemanum Blanchet, ni fallor. Non solùm autem paruitate à cæteris Albulis differt, sed sui generis piscis est: quemadmodum & Albula minima à nobis dicta.

GERMANICE. Albele, in Tigurino lacu & Gryphio uicino. Nondum adulta, ut Bezola quoq;, (& alij huius proximi generis pisces,) communi nomine uulgò apud nos Migling uocatur. Simillimi (si nō ijdem) his uidentur pisces qui in lacu ad Constantiam Wyßgangfisch, id est, Albulæ candidæ uocantur.

Icon hæc Albulæ minimæ bene facta est, nisi quòd pinnula parua in extremo dorso desideratur.



ALBVLA minima, in lacu Tigurino frequens.

GERMANICE Hägele uel Häglìng. Friburgi Heluetiorum (ut audio) Pfärren: quod nomen ad Sabaudicum Ferra, diuersæ tamen in hoc genere speciei nomen, accedit.

Truttæ lacustris imago proxima pagina sequetur.

TRVTTARVM fluuiatilium simul & lacustrium differentias exposui suprà Ordinis I. Parte quarta. hîc Truttæ lacustris illius quam Truttam Salmonatam in Burgundia uocant, quòd & magnitudine et colore carnis Salmonem proximè referat, effigiem damus. Piscis est magni precij, pinguis & lautus: nec nisi in magnis lacubus capitur. sub autumnum in flumina ascēdit, ut pariat, & rostro tum incuruato, sicut Salmones, nomen quoq; mutat apud Germanos.

GALL.

GALL. Troutte Salmonate Burgundis.
GERM. Ein Seeförine. Sub autumnũ ut dixi, incuruato rostro, uocatur ein Ynläck Anchorago Cassiodori fortassis. Lege superius in Salmone.

Carpio Benaci.

Trutta lacustris, de qua præcedente pagina leges.



CARPIO Benaci. Græcè circũscribo τρώκτου λιμναίου εἶδος: id est, Truttæ lacustris species, est enim figura, partiũ numero, et carnis substãtia Truttis similis hic piscis, Benaco lacui peculiaris. Est aũt (ne quis similitudine nominis fallatur) piscis hic toto genere diuersus à Cyprino, quem uulgò Carpam uel Carpionem nominant.

Carpio Benaci, & si propè adeò ad Truttæ accedat similitudinem, ut proximæ species censeri debeant, ab ea tamẽ euidentibus internoscitur notis. prominentiori enim rostro, maioribus oculis, candidiori ac turgidiori uẽtre, ac subnigriori dorso est, &c. Saluianus.

ITALICE. Ferunt olim hunc piscem in Italia Pione appellatum: deinde cũ quidam, cui cariùs piscis hic uenditus fuerat, facetè dixisse se car pione emisse, inde uocari cœptum pro Pione, Carpione.

GERMANICE uocari poterit, ein Gardtförine: uel per circunscriptionem ein Seeförinen art im Gardtsee.

Vmblæ minoris icones duæ, ut à diuersis pictoribus non eodem tempore nobis delineatæ sculptæq́ sunt. In utraq; hoc peccatum est, quòd dentes non exprimuntur.



VMBLA uel Vmbra lacustris minor. Vmbla uulgò dictus piscis in Lemano lacu, à quibusdam literatis uulgi appellationem sequentibus Vmbilicus uocatur. Sed Vmbla fortè dicta est, quasi Vmbra. habere enim eum aliquam similitudinem cum Vmbra fluuiatili puto, (Bellonius scribit Vmblæ fl. iconem idcirco se non apposuisse, quòd ad Vmblam proximè accedat:) & utrunque Truttarum generi cognatum esse. à Truttis tamen propriè dictis differunt mollitie & substantia carnis: & quòd lapillos in cerebro habent: quodque maculis seu punctis carent: fortè & alijs notis, si quis accuratè obseruet. Vmbla alia maior est, eaque duplex: alia minor, quam hîc proponimus. Omnes lacustres sunt, & in magnis tantùm lacubus inueniuntur: in nostro Tigurino minor tantùm: in alijs quibusdã minor simul & maioris species una, ut in lacu Tuginorum, quẽ Aegeresee nominant, & Lucernano. in alijs fortè, omnes tres, (minor, maior, & maxima,) quod tamen nondum constat mihi. in Lemano maiorem & maximam reperiri testis est Rondeletius: in quo minor (puto) non reperitur. Omnes (ni fallor) dentatæ sunt, tum maxillis, tum etiam lingua: nisi in ea spinas quàm dentes dicere malis. Omnibus (ut puto) color aliqua ex parte rubicundus, unde & nomina Germanica eis obuenerunt. Rondeletius maiores tantùm describit, quas Vmblas uel Salmones Lemani nominat. ego ad Truttarum genus magis quàm Salmonum, eas accedere arbitror. Vt carne molliori & tenera omnes sunt, aptique inueterari: ita etiam omnes natura imbecilles, & extra aquam statim intereunt. Vmblis (præsertim minori nostræ) cognatus uidetur Eperlanus Oceani piscis, figura, magnitudine, colore, pinnis, dentibus, mollitie & suauitate carnis, lapillis in cerebro, &c.

Salmones Lemani.

GALL. Sabaudis circa Bielam dicitur Rouson, à colore ut coniicio.

GERM. A nostris alijsque Heluetijs, **Rötele**: circa Bielam (seu lacum Bipennatium) **Rottele**. nostri alium piscem **Rottele** uel **Rottene** uocant: quem nos Rutilum appellauimus. In lacu Bauariæ **Pitzling** dictus, non alius quàm Vmbra minor fl. nostra mihi uidetur.



SALMO Lemani lacus, ut Rondeletius uocat: ego Vmblam (uel Vmbram) lacustrem maiorem potiùs dixerim. Ore est magno (inquit) non solùm in maxillis dentibus armato, sed etiam sex magnis in lingua: corporis specie Truttis uel Salmonibus similis, &c. aliquando duos cubitos longus Lugdunum aduehitur. Vide superiùs in Vmbra lacustri minore.

GALL. Sabaudis ad Lemanum, Vmble: circa Bipennatium lacum Routte, nomine à Germanis sumpto.

GERM. Heluetijs **Roote**, circa Bielam **Rott**. In Lucernano lacu brachij ferè longitudine excrescit, magis albicat quàm minor, debilis & infirmus piscis. nam si uel parum lædatur, mox ueluti moribundus supernatat.

SALMO Lemani alter, ut Rondeletius uocat: ego Vmblam Vmbramúe lacustrem maximam nominare malim. Lege superiùs in Vmbla lacustri minore.

GALL.



GALL. Lemani lacus accolæ appellant Vmble Cheualier, (id est, Vmbram equestrem,) fortasse ob magnitudinem, præstantiam & robur.

GERMANICE circunloquor ein andere Rooten art/die grössten Rooten. In lacubus nostris reperiri non puto.



CYPRINVS clauatus, à Rondeletio dictus. A Mediolanensibus (inquit) Pigus uocatur piscis, Græcis ueteribus (ut arbitror) incognitus: quamobrem nomine Græco, atque etiam Latino uacat: etiamsi Plinius huius mentionem fecerit, sed absque ullo proprio nomine. Duo lacus (inquit) Italiæ in radicibus alpium: Larius & Verbanus appellantur: in quibus pisces omnibus annis Vergiliarum ortu existunt, squamis conspicui, crebris atque præacutis, clauorum caligarium effigie: nec amplius quàm circa eum mensem uisuntur. Vulgi ergo appellationem sequentes, Pigum nominare possumus: uel, quia ex Cyprinorum est genere, à clauis, qui è medijs squamis existunt, Cyprinum clauatum uel aculeatum rectè uocabimus, ut hoc maximè discrimine à cęteris distinguatur. Hæc ille. Ego Pigum appellatum conijcio, quòd clauis siue aculeis suis pungat, qua si Picum. nam et aui Pico, rostro pungenti, inde nomen esse factum arbitror. Tolosani rostrum uocabant beccum: & nostri uerba becken & bicken pro tundere & pungere, ut aues rostro solent, usurpant. Albertus hos pisces Vergiliades uocat: quoniam, ut scripsit Plinius, Vergiliarum ortu apparent. ¶ Scardua, & Incobia ex Pigis, & Plota, Salena, Benedictus Iouius de piscibus Larij. ¶ De Cyprinis alijs diuersis suprà inter fluuiatiles diximus.

ITAL. Circa Verbanum Pic à uulgo nuncupatur. alijs Pigo uel Picquo: uel etiam Picho, ut Saluianus scribit.

GERM. F. Ein Thornbrachsmen oder Steinbrachsmen/oder Steinkarpfen art auß dẽ Kumersee/oder auß dem langen see.

Albi piscis iconem elegantẽ Saluianus exhibuit: nos omisimus, quòd Capitoni fl. persimilis sit: Albus tamen paulò longior est, proportione latitudinis suæ: rostro acutiore, oculis maioribus: ac dorso magis repando, quod repente ac plurimum à capite extuberat: pinnis subnigris, squamis amplioribus: magnitudine eâdem.

PISCIS hic lacustris (inquit Saluianus) Albo in ITALIA uulgò dicitur, id est, Albus: non est tamen Alburnus Ausonij, qui piscis fluuiatilis est. Eius quidem antiquorum Græcorum Latinorumúe neminem, mentionem fecisse scimus. Albus hîc quanuis Squalo (*Capitoni fl. nostro simpliciter dicto*) persimilis est, ab eo tamen euidentibus quibusdam notis facilè internosci potest, &c. In lacubus tantùm reperitur, ut Trasymeno & alijs non multis.



AGONVS, ut Rondeletius & Bellonius uocant: Latino nomine ad uulgare Italicũ facto: uel ut alij, Aquo. Mollis aquo dẽptis uiuere nescit aquis, Benedictus Iouius (Benedicto Pauloq; Iouijs Aco uocatur, Saluianus.) In lacubus quibusdam Italiæ capitur: Chalcis Aristotelis, ut Rondeletio uidetur: quanquam Oppianus & Athenæus marinã suam Chalcidẽ faciunt. ¶ Chalcidem piscem lacustrem esse puto, qui in Allobrogum lacubus satis frequenter capitur, Lugdunumq; defertur, & Celerin nuncupatur, ob maximam similitudinem quam habet cum pisciculis paruis, Thrissis similibus, quibus abundat Oceanum mare, Celerinos Galli uocant. Eandem esse puto quæ in Italia Sardanella uocatur à maxima cum Sardinis similitudine: cuiusmodi etiam fert Larius lacus, quæ à Mediolanensibus Agonus nominatur, Rondeletius. Celerinos duos Dalechampius medicus Lugduno ad me misit: longos, digitos decem: latos uerò, duos uel paulo plus: oculis magnis, squamis mediocribus, linea sub uẽtre aspera sicuti Thrissa & alij quidã: in Burgeto lacu, ut uocant, captos, marinis figura & gustu omnino similes, nisi quòd aquæ marinę sapor, aquę lacustris dulcedine nõnihil elutus esse uidet. ¶ Hic piscis (inquit Saluianus) ad Alausæ, atq; uulgaris Italorum Sardæ (quam Græci Trichian & Trichiáda appellant) proximè adeò accedit similitudinem, ut ab eis nulla ferè alia nota, quàm magnitudine differre uideatur. illa enim minor, hac uerò maior est. quare cũ Athenæo authore, Chalcis, Thrissa & Trichias, similes existant: Acones (sicuti & Sardonos & Harengos uulgo dictos) Chalcidum generi attribuimus.

ITALICE. Accone, Aquone: & alibi fortè Sardanella. Vide in præcedentibus. Agonos Romæ nomen mutare audio, postquam salsi sunt, & uocari Sardenas uel Sardellas: aut fortè, ut alij proferunt, Salenas. Vide in Sardina mar. Ordine I.

GERMANICVM nomen non habeo, nec in ullo Germaniæ lacu hos pisces capi existimo. Appellari possunt, **Welsche Agunen/Agunen auß dem Kumersee.** nam qui in Constãtiensi lacu quem Rhenus efficit, **Agunen** uocantur, pisces diuersi sunt, à nostris **Laugelen** dicti, secunda (ut reor) Leucisci species Rondeletio. ¶ **Ein kleine Häring art/mit einem rauchen strich am bauch.** Plura lege mox cum Chalcide altera: & suprà in Harengo, Ordine I. Marinorum.



CHALCIS altera Rondeletij. Epirotæ (& Græci) eundem cum superiore piscẽ Sarachum appellant, quem in lacubus suis capiunt. Huius generis quidam sunt minores, Sardinis uel Thrissis paruis tam affines, ut uix internoscas, sicut pictura demonstrat. Alij ad magnarum Thrissarum magnitudinem accedunt, Rondeletius & Bellonius.

Sunt ex Græcis qui Sarachos uulgò Stauridas uocent.

GERM. **Ein andere oder frömbde Agunen oder Häringen art in süssen sehen.**



LIPARIS lacustris Bellonij. Est in Macedonia (inquit) lacus, quem uulgus Conium uel Limnũ Pischiac nuncupare solent: in quo Liparides affatim capiuntur: quæ toto habitu Sardinam referrẽt, nisi uentrem magis in latitudinem distentum haberent. His meritò à pinguedine nomen est inditum, quòd uel leuiori ignis calori appositi pisciculi, toti ferè in pinguedinem resoluantur. Lineam sub uentre asperam ac transuersam habent, &c. De hac nimirum Rondeletius sentit, cum scribit: Audio ab his qui nunc Græciam incolunt, Alosam quandam λιπαρὶν (meliùs λιπαρίδα) uocari. Linea ei in uentre aspera est, sicut Chalcidi, Thrissæ, etiã alijs quibusdam. De alia Liparide inter marinos diximus, Ordine I.

GERM. F. **Ein art der Alsen/oder Häringen/oder Agunen/ wirt in Macedonia in einem sehe gefangen/überauß feißt/ mit einem rauchen strich am bauch wie die anderen yetzgenañten fisch.**

PISCIS quidã incognitus, qualis proponit in Tabula Oceani Europæi ab Olao Magno edita, in lacu albo cognomine: qui maximus remotissimusq; ad Septentrionem est, & partim ad Moscouitas, partim ad Suecos uel eis subditas gentes pertinere uidetur. nec aliud additur ab Olao, nisi in eo lacu, (qui cum à mari undique sit remotus, aqua dulci plenus uidetur,) piscium auiumq; species innumeras reperiri.

DE Mustela lacustri, quam uulgò Trisiam uocant, dictum est superiùs inter fluuiatiles, Ordinis I. Parte IIII. in qua LVCIOPERCAM quoq; exhibui, hoc est, Nagmaul uulgò dictum, qui in Bauariæ lacu Ambronis dicto capitur: quoniam in Danubio quoq; capi uidetur, quanquam alio nomine uulgari Schill.

SVNT lacus dulcium aquarum in montanis Lapponiæ, CCCC. miliarium Italicorum longitudine, latitudine uerò C. & ampliùs: in quibus tanta est Luciorum (quanuis & aliorum piscium) copia, ut non solùm alendis hominibus per quatuor amplissima Septentrionalia regna sufficiant, sed etiam latiùs, sale soleq; siccati nauigijs, uelut lignorum magnæ strues in amplam Germaniam uendendi exportentur. Itidem de lacubus Finlandiæ censendum erit, Olaus Magnus.

ANIMALIVM IN DVLCIBVS AQVIS ORDINIS II. PARS II.

DE CRVSTACEIS.

QVAE crusta integuntur animalia in mari multa uariaq; sunt: in dulcibus uerò aquis duo genera tantùm, nobis cognita.

Astacus fl. talis apud Heluetios & Germanos est, maior scilicet, & simpliciter dictus Krebs / *uel* Edelkrebs. *eo enim minor est, & colore diuersus qui Saxatilis cognominatur,* Steinkrebs. *Rondeletij uerò Astacus fl. nostro latior ac breuior uidetur: & caudæ quoque figura differre.*



ASTACVS fluuiatilis: non, ut pleriq; hactenus putarũt, Cancer fluuiatilis. Cancris enim corpus rotundum est, teste Aristotele, sine cauda: uel cauda corpori applicata, non extẽsa. Astacus corpore longo est, Locustis simili, quod capite et collo tabellis distincto constet, Rondeletius.

GRAECIS hodie uulgo Caranis uel Caranidia dicitur, à Caride (id est, Squilla) nomine detorto, Bellonius. Matthiolus Senensis Gammarides à Galeno uocari putat, mutuato cum Romam uenisset à Latinis id uocabulum, quòd eo carerent Græci. At Rondeletius καμμαρίδας à Galeno nominatas à Cammaris Squillarũ generis nihil differre putat. ¶ Sunt qui apud ueteres Cammarum dictum rentur: nos Cammarum, maximum duntaxat esse, Squillarum generis, ostendimus.

ITAL. Romæ Gammarella & Gambarus: circa Padum Cammaro seu Gammaro, est autem in Pado rotundiore & magis crenato quàm in Sequana nostra corpore, Bellonius.

GALLICE Escreuisse.

GERM. Krebs. Flandricè Kreuits.

ANGLICE Creuis/Creuise/Crauysshe.

ILLYRICE Kak.



CANCER fluuiatilis, Καρκίνος ποτάμιος.

Cancro fl. carent Galli & Germani: & non sine errore Astacos fl. in Cancrorum uicē usurpant. Reperitur frequens in Sicilia, Italia, Hetruria, Creta, Nilo, Cilicia. Symeon Sethi fluuiatilem Pagurum uocat, & Galenus Euporiston 3.

ITAL. Grancio, Granzo. ¶ Granchio Venetijs: & ubi crustam exuerit, à corporis mollitie uulgò uocatur Mollecca. è quorum genere sunt etiam quæ appellantur Macinette, Matthiolus.

GERMANICE dici potest ein Krab/ Krabbe/ Süßwasserkrabb. nam Angli Cancrum mar. propriè dictum uocant Crabbe: quem nos differentiæ causa uocabimus ein Meerkrabbe. Astacos uero, Krebs: & ex ijs marinos, Meerkrebs.

ANIMALIVM IN DVLCIBVS AQVIS ORDINIS II. PARS III.

DE TESTACEIS.

Cochleæ fl. à Rondeletio exhibitæ.

COCHLEAE paruæ: quales flumina & lacus generant, quarum testa longiuscula in acutum desinit, Stromborum modo. Reperiuntur quidem in ripis lacuum nostrorum Cochleæ perexiguæ: quarum aliæ latiores sunt, aliæ oblongiores acutioresq́ꝫ. illas, Vmbilicos lacustres: has uerò, Strombos appellaris. Sed Strombi lacuum nostrorum cornicula non protendunt: foramina quædam in eis tanquam oculi apparent. Pars circa os & uentriculum ruboris aliquid & sanguinis habet.

GERM. Wasserschneckle.

CONCHAE Scoticę margaritiferæ. Inter plurima apud nos Concharum genera, (inquit Hector Boethius Scotus,) quædā paruæ, ac uulgari usu recentes palato suauissimæ sunt, non nullæ maiores, eaq́ꝫ forma & quantitate, qua sunt quæ purpuram habent: sed his illius nihil inest, saporis tamen sunt etiam homini delicato haud spernendi. At eæ quæ torno fastigiatas à capite testas habent, maculisq́ꝫ aspersas, longo interuallo reliquas (ut etiam fœtum sileam) superāt. Quippe adeò nonnullis in locis sunt delicatę, ut nō immeritò apud ueteres gulę primatum obtinuerint, & uiduarum uulgò cupediæ sint dictæ: quanquam in quibusdam fluminibus, idque præsertim Dea Donaq́ꝫ esui ineptæ iudicantur. Hæ magno apud nos numero repertæ, limpidissimis amnib. ac nul-

ac nullo unquam limo turbidis, qua profundissimi sunt, agere gaudent, in eisq́ꝫ solis Margaritas concipiunt, &c. Sunt etiam eiusdem ferè generis Conchæ in oris Hispanicis, quarum testas qui peregre à diuo Iacobo redeunt, adferunt, sed haud fœcundæ, propterea quòd aqua salsa uiuant. Nam & circunquaque in litoribus Scotici maris ingens natat, sed sterilis multitudo. Hæc ille.

MVSCVLVS aquæ dulcis. reperitur autem maximè in aqua stagnante, ferè nunquam in rapidis fluminibus.
GALL. Moule.
GERM. ein Muschel auß süssen wassern.



CONCHAE longæ species in dulcibus aquis: cuius testam altera parte eius interna expressam hîc exhibemus. alterā nō uidi, sed binas similes esse puto, & ginglymo articulari. Superfi-



cies externa scabra est: qua adempta interior læuis candicat margaritiferæ conchæ instar. Bellonius cum testam apud me uidisset, Pinnam fl. uocandam putabat, quòd & erecta stet, & margaritas contineat.
GERM. Ein Langmuscheln iñ süssen wassern/soll Perle halten.



COCHLEA terrestris: Limax à limo, authore Festo. Κόχλος ἢ κοχλίας χερσαῖος. Λεῖμα, animal simile Cochleæ, Hesychius.

A Græcis hodie uulgò κοχλίος uel σάλιγγας nominatur. Quanquam autem aquaticum non est hoc animal, quoniam tamē pleræq; omnes Testaceorum differētię aquatiles sunt, à maiore suorum congenerum numero, separare nolui: sicut & Cochleam nudam, quæ proximè sequitur.

ITAL. Lumaca, Lumacha, Limaca: & apud Tuscos, Chiocciola: Venetis Bubalo uel Boualo.

HISPAN. Concha uel Caracól.

GALL. Limasson, Escarcot. ¶ Prouincialibus & Hispanis Scaragol uel Cagarolo, Rondel.

GERM. Ein Schneck/Schnegg/Schnegel. Flandris Slecke.

ANGLICE. A Snayle.

ILLYRICE. Hlemyzd, uel Hlemayzd.

In Liguriæ alpibus pomatiæ, (πωματίαι,) id est, operculares cognominatæ cochleæ, à Dioscoride inter optimas & stomacho utiles numerantur. De ijsdem sentire Plinius uidetur, cum scribit: Est & aliud genus minùs uulgare, adhærente operculo eiusdem testæ se operiens. obrutæ semper terra hæ: & circa maritimas tantum alpes quondam effossæ, cœpēre iam erui & in Veliterno. Matthiolus Senensis pomatias cochleas, uulgares nostras maiores, quæ præcipuè in cibum ueniunt, nominauit, nec ego dissenserim.



COCHLEA nuda maior, quæ ruffo plerunq; colore est, quandoq; nigro. Cur autem hoc loco exhibeatur, lege quæ scripsi proximè cum Cochlea terrestri.

GRAECE σέμελος uel λίψαξ dicitur, sic enim lego apud Hesychium: Σέμελοι, κοχλίαι, οἱ ἄνευ κελύφους, ὃς ἔνιοι λίψακας. Recentior quidam etiam Sesilum (Σέσιλον) Cochleam nudam interpretatur, ueterum (quod sciam) nemo.

ITAL. Lumacho, Limaga, Limagot.

GERMANI quidam hoc genus appellant Wägschnecken/ut Carinthij.

Sunt etiam paruæ quædam nudæ, ut quæ gregatim folia sectantur, & hortos infestant, cinerei aut fusci coloris. Et hæ quidem semper nudæ sunt, quod sciam: Ariones uerò Aeliano memoratæ, non semper.

ANIMALIVM IN DVLCIBVS AQVIS ORDINIS II. PARS IIII.

DE INSECTIS.

Nimis crassa hæc figura est: quæ uix setæ equinæ crassitiē excedere debuerat.



VERMIS aquaticus, quē recentiores aliqui Setam aut Vitulum aquaticum nominant. Hic etsi exanguis Insectorúmne generis sit, dubitari potest, quoniam pellis una continua ei est, nec ita ut Lumbrici mouetur.

Vituli quidem nomen unde factum sit ei nescio: nisi ab eo fortè quòd à uitulis per ætatem incautioribus, nonnunquam in aqua bibatur, magno etiam uitæ periculo. Alij Setam aptiùs uocarunt, siue à simplici & tenuissima corporis oblongi figura, siue quòd è seta equina in aquis putrefacta nasci existimetur. Caput ei nullum esse uidetur: serpit etiam & natat in utranq; partem: unde Amphisbænam aquaticam dixeris, uel à pili setæúe similitudine, Trichiam, à recto Trichias. *Amphisbæna aquat. Trichias.* Fortè (inquit Albertus) è pilis nascitur equorum. hi enim in aqua stāte positi uitam & spiritum accipiunt, & mouentur, sicut multoties experti sumus. Haustus hic uermis ab homine cū cruciatu, languore (& tabe) uitam aufert: contactu alioqui innoxius. Sic ille. Ego in puro etiam & frigido fonte hunc uermem inuenisse memini: & aliâs in horto super folio quodam. Eosdem & in mari degere putarim. Sunt enim in mari (inquit Rondeletius) uermes huiusmodi, ut nulla alia pictura, quàm linea una continua exprimi posint. nam adeò indiscretas partes externas & internas habent, ut pili tantùm crasiores siue carnosi esse uideātur: quos animalia esse neges, nisi motu cieri agitariq; conspexeris. *Ololygon.* ¶ Ololygon, ὀλολυγὼν, ut Theon Scholiastes Arati scribit, animal est palustre, simplex, indistinctum, oblongum: terræ intestino simile, sed multò gracilius: frigiditate gaudens: ignoratum Aristoteli, qui ololygóna uocat tantùm maris Ranę, fœminā ad coitum allicientis, uo-

tis uocem. Sed ololygón pro uoce Ranæ, per onomatopœiam factum est nomen. pro animali uerò palustri, quod iam diximus, fortè παρὰ τὴν ὀλιγότητα, ut ὀλολυγὼν ineptè, alterius nominis inuitante similitudine, pro ὀλιγὼν dicta sit, hoc est, Minutula.

GERM. Wasserkalb, id est, Vitulus aquaticus.

Icon hæc Hirudinis maioris & uariæ est.



HIRVDO. Græcè βδέλλα, ἀπὸ τοῦ βδάλλειν, id est, à sugendo: quemadmodũ à Latinis quibusdam Sanguisuga, Rondeletius. Prisci quidem Hirudinem semper dixêre, posteriores Sanguisugam quoque. De Hirudine marina dictum est suprà.

ITAL. La Sanguisuca, Sanguetola, Magnata.

GALLICE Sansue.

GERMANICE Aegle, duabus syllabis, Aegel. Inferiores Germani, ut Flandri, Lake, uel Lyckelake uocant.

ANGLICE Horse leche/ uel Horselich/ quòd medeatur equorũ cruribus admota, nã Horse eisdem Equus est. alij uocant Lowch leache/ Blud sucker.

POLONICE Pijauuka.

Phryganium nudum. *Idem sua theca inclusum.*



PHRYGANIVM Bellonij, uermiculus fluuiatilis & marinus. Phryganij quidẽ nomen quod semel usurpauit Plinius, quodnam esset id animal ignorare se professus, an rectè aquatico huic uermiculo tribuerit Bellonius, iam non disceptabo. ipse quidem sic appellare uoluit: quòd (ut ipse loquitur) phrygana, id est, fremia, cremia, siue festucas, suæ thecæ, filo tanquam araneæ ab eius ore dependente, agglutinans atq; alligans circunponat. Senos (*imò ternos*) utrinq; pedes habet, quibus in aquis etiam rapidissimis incedit. animal tenue, oblongum, paruæ Erucæ simile, quod auidissimè appetunt Truttæ. eodem sua theca exempto, pisces inescantur.

GALLI uocant Charree.

GERMANI Kerderle, uel Kärder: quo nomine omnem quoq; piscium escam uocare solent: et genus unum eorum quod lapidibus infernè adhæret, Steinbyssen, quasi Dacolithos. Et aliud ab his diuersum genus, quod in fundo lacus nostri nec lapidibus hærens, nec thecis inclusum inuenitur, Rückle, quasi Eruculas: alij Querclen & Wasserleüß, id est, Pediculos aquaticos.

Bellonius Tineas aquaticas, de quibus mox dicemus, Pediculos aquaticos posse uocari ait.

LIBELLAM fl. libuit appellare hoc insectum, à similitudine quæ illi est cum fabrili instrumento, & cum Libella marina. Hæc bestiola parua est admodum, T. literæ figurã referens, Rondeletius. Videtur autem uermibus illis aquaticis, quos Phrygania Bellonius uocauit, cognata.



GERM. F. Ein sunderliche art der Kerdern: ein Wag kärderle/ ein Wägle.

Tineæ aquaticæ, quanquam uulgaris animalculi, iconem in præsentia non habuimus.

LIMVS aquarum uitium est, si tamen idem amnis Anguillis scateat, salubritatis indicium habetur: sicuti frigoris, Tineas in fõte gigni, Plinius. Hermolaus Lampetras uocat fontanas Tineas. ego uerò has Plinij Tineas esse puto, quas nostri Gytzen appellãt, alibi Gypsen/ Stabysen/ Meschen uel Mäschen/ & Wasserschaben: ex quib. postremũ Tineas aquaticas significat. Reperiunt in fontib. nõ quibusuis, sed bonis & frigidis dũtaxat, præsertim Martio mẽse. Sunt aũt uermi *Tineæ.*

culi perparui: et quoniã cõglobari conuoluiq; tanq; in arcũ solent, minores etiã apparẽt, ut fallãt aliquando bibẽtes. Colore albicant. Pedibus nitunĩ plurimis cõtiguis, per totius ferè corporis alueũ, si bene memini ab ore etiam ueluti pedes prominent; ut Multipedes uel Aselli aquatici nominari mereantur: aut etiam Pediculi, ut Bellonio placet. Pedes molliores sunt, quàm ut extra aquam ingredi queant: nisi fortè non mollities in causa est, sed pedum contiguorum multitudo, quos nisi in aqua non facilè diducunt. In aqua mouentur & currunt corpore non recto & æquali, sed in alterum latus inclinato. Retrorsum quoq; incedunt, si bene memini. Cauda oblonga in aculeum desinit. Oculi sunt perexilia puncta alba, cùm centro nigro longè minutissimo. Cum potu hausti periculum creant, ut aliqui putant, etiam uitæ. Ventrem ijs qui biberint inflari audio. Iidem sunt uermes Gallicè dicti Scrophulæ aquaticæ (uulgò Agroueles, uel Escrouelles:) hæ si aliquando cũ aqua ab imprudentibus hauriantur, scrophulas (siue strumas chœradésue) ulceratas & exedentes nullo tumore, in gutturis cute, procedente etiam aures uersus interdum malo, & fauces aliquando penetrante, oriri putant. hinc & uermibus ipsis nomen impositum. Hoc scrophularum genus à regibus Gallorum & Anglorum solo contactu curari aiunt.

Scrophulæ aquat.

CANTHARIS uel Pygolampis (etsi noctu lucere non puto) aquatica. Tales in paludibus & fossis circa lacum nostrum per superficiẽ aquæ motu irrequieto huc illuc circa eũdem ferè semper locum mira celeritate se trajciunt: nec in summo tantùm sed etiam profundiùs feruntur. Magnitudine & forma cimices referunt. Cruscula sena habent subruffa. Vaginæ è nigro uirides, præsertim ad Solem, & splendentes, alas tegũt, sed non totas: ad caudam enim alarum extremitas prominet, quæ cum in aqua celeriter feruntur, ut solent, mirabili candore splendoreq; conspicua argentum uiuum quodammodo refert. unde & Pygolampides aquaticas si quis appellet, nomen ipsorum naturæ conueniens posuerit. In aerem si prorepserint, uolare etiam possunt.

GERM. F. Wasserkäferlin/Glyßling.

CICADA fluuiatilis.
Cernuntur in riuulis bestiolæ Cicadis terrenis persimiles, quas ob id Cicadas fluuiatiles nomino, Rondeletius.
GERMANI Cicadæ terrestris nomen non habent: fingi autem potest ein Baumgryllen: & Cicadæ aquaticæ, ein Wassergryllen.

SQVILLA fluuiatilis Rondeletij. Insectũ hoc (inquit) tenui crusta integitur. Cauda in duo lõga et tenuia ueluti fila desinit. cũ Squillis marinis magna ei figuræ affinitas. quare non uideo quo aptiore nomine donetur, quàm Squillæ fl. Sic ille. Sed fortè Gryllus fl. commodiùs nominabitur.
GERM. F. ein Wassermuheime.

ANIMALIVM IN DVLCIBVS AQVIS ORDINIS II. PARS V.

DE AMPHIBIIS.

ET PRIMVM DE QVADRVPEDIB. VIVIPARIS AMPHIBIIS.

ANIMALIVM Amphibiorum alia uiuipara, alia ouipara sunt. Viuipara, ut Castor, Lutra, Hippopotamus. Castorem quidem & Lutram, aliasq; paucas, inter Quadrupedes etiam exhibui. nec repetijssem hìc, nisi tam paucus eorum numerus fuisset. Ouiparorũ alia pedibus gradiuntur, ut Crocodilus, Lacerti, Testudines, Ranæ: alia sine pedibus serpũt, ut Hydri. Aues palmipedes, ut anates, mergos, laros, &c. piscibus aut aliter in aqua uictitantes, in terra uerò parientes, & in aere uolantes, unde meritò amphibiæ dicuntur: & fidipedum quoque amphibias, ut Ardeolas &c. quoniam permultæ sunt, inter Auium icones, in suis classibus propositæ, repetere hoc loco noluimus.

FIBER, Castor. Κάστωρ. Canis Ponticus. Kiranides Castorem alio nomine Canem fluuiatilem nuncupat: alij potiùs Lutræ hoc nomen attribuunt. & æquiùs quidem. quandoquidem Lutra pisces inuadit: Castor non item. Plura uide cum Iconibus Quadrupedum.
ITAL. Biuaro.
GALL. Bifre, Bieure.

GERM.

GERM. Biber.
ANGLICE Beuer: quãquam in Anglia reperiri negant.

Icon hæc Fibri, Rondeletij est, nos aliam in Libro Quadrupedum dedimus.

Lutra.

LVTRA, uel Lytra, uel etiam Lutris, ut Gaza uertit. Aristotelis ἐνυδρὶς, ἐνυδρίδος, oxytonum fœmininum. Herodoto ἔνυδρις, ἐνύδριος, paroxytonum fœmininum. Aelianus de animalibus 14.21. κύνας ποταμίους, id est Canes fluuiatiles nominat. Seruius quidem Castorem, Canem pōticum uocat. Plura leges cum Iconibus quadrupedum. *Canis. fl.*

ITAL. Lodra, Lodria, Lontra. GERMANICE Otter.
GALLICE Loutre, Leure.

MVS aquatilis quadrupes Bellonij. Magna est ei (inquit) cum Rattis, hoc est, maioribus nostris muribus similitudo: hoc dempto tamen, quòd fœminæ tres excernendis excrementis (urina, fæcibus, fœtu) meatus extrorsum distinctos præ se ferant. Maximos amnes natando traijcit. herbam depascitur. si quando à consueto sibi loco recesserit, ijsdem frugibus uescitur quibus & cæteri mures. Ad Nilum & Strymonem sub noctem sereno tempore deambulantes, Mures huiusmodi permultos ex aqua in ripam concedere, & aquatiles plantas erodere, atq; audito strepitu rursus in aquas demergi multoties conspeximus. Hæc ille. Aquatilium Murium Aristoteles in Mirabilibus meminit: & Theophrastus citante Plinio. Scio in mari etiam pisces quosdam Mures dici: & Murem aquatilem, pro Testudine quoq; accipi: sed Theophrastus disertè Mures terrestres in Lusis Arcadiæ quodam fonte degere tradit. In Scatebra Casinate fluuio frigido, ut in Arcadiæ Stymphali, enascuntur aquatiles Musculi, Plinius. Audio & circa Treuerim reperiri. ¶ Aquaticos mures multos uidimus ad stagna Ligurum Taurinorum. Fœmellę tria sub cauda sunt foramina, à uesica, ab aluo, à matrice, Scaliger. GALL. Rat d'au.

ITAL. Sorgo morgange: id est, Mus mergus.
GERM. Ein Wassermauß/ oder Wasser ratz. ANGL. Watterratte.

Hippopotamus ex Colosso, qui Nilum Aegyptium Romæ in Vaticano refert.



Hippopotamus numismatis Adriani. Facies est Adriani imperatoris. Sphingi innititur sinistra: dextra tenet Cornucopiæ: circa basim Crocodilus & Hippopotamus. in quibusdam etiã Ibides adduntur. Figura tota Nilũ repræsentat.

HIPPOPOTAMVS nomen Græcum est, ἱπποπόταμος: quod tamen Latini etiam pleriq; omnes usurpant. Herodotus duabus dictionibus ἵππον ποτάμιον, hoc est, Equum fluuiatilem, dixit.

xit. Obſcurus de naturis rerum ſcriptor Equonilum, Albertus diuiſis dictionibus Equum Nili, & Equum fluminis. ITALI (inquit Bellonius) præſertim qui Conſtantinopoli degunt, Bo marin, id eſt, Bouem marinum (*quanuis in mari non degat*) nominant. TVRCAE & GRAECI, utriq; uocabulis ſuæ linguæ Porcū marinum. Etenim uetus Hippopotami nomen prorſus ubiq; hodie obliteratum eſt, & ne in Cairo quidem in Aegypto cognitū amplius. Verum aūt Hippopotamum ſe exhibuiſſe idem confirmat ex antiquis Aegyptiorum et Romanorum ſtatuis, & priſcis imperatorum Romanorum numiſmatis: in quibus Hippopotami tam exactè repræſentantur, in porphyrite, ære, auro, argento: ut eundem eſſe quem uiuū Conſtantinopoli uidi (inquit) nihil omnino dubitationis mihi relinquatur. ¶ Hippopotami hiſtoriam (inquit Scaliger) ex nauigationum Commentarijs, quæ cum ueterum ac recentiorum fide conferri queat, adſcribā. Hippopotamo Gambræ ꝓuinciæ magnitudo Vaccæ, pedes bifidi, crura breuia. Dentes utrinq; ſinguli, ex inferiore mandibula ſurrecto flexu, ſeſquipede maiores, candore ſplendoreq; ebori pares: eo præſtantiores, quòd ut ebur nunq; palleſcunt amiſſo candore. Materiam quoq; firmiorem tradūt. Aethiopicis, Aegyptijs, Africanis, Aſini proceritas. De corij duritia alibi à nobis dictum eſt. Conſtat è Luſitanorū nauigationibus, pedeſtris lanceæ perferre ictū ſine noxa. Illud controuerſiæ præ ſe fert ſpeciē. Aiunt quidam pilo carere. In Hiſpanicis libris inuenio & nigros et balios. Et Plin. pilū dat. Legimus in ijſdē narrationibus, deprehēſos in terra duos paucorū Luſitanorū euaſiſſe tela. Mox in mare cū ſeſe recepiſſent Hippopotami, uiroſq; nauigiū cōſcendiſſe cōſpicati eſſent, facto impetu nō ſolū aggreſſos audaciſsimè, ſed etiā mordicus latera nauiculę corripuiſſe. Neq; ictib. deterritos abſceſsiſſe, ſed maleficij deſperatione. In alia nauigatione, remigantiū lembū dorſo ſubuertere conatos, ut præda ueſcerent. In Aethiopia Troglodytica uocant, Gomar. Huic orationis fluxui nuper ſcopulus obiectus eſt ab ijs, qui cicurē Byzantij ſeſe ſpectaſſe dicūt. Lōgè nanq; aliā pingunt ſpeciē. Eſſe corpore ſuillo, pedib. digitatis, cauda ſuilla aut teſtudinea. Pedes quoq; ad Teſtudinē potiùs referunt. Capite uaſtiſsimo. Hiatu tā laxo, ut planè ſit illud, quod Ariſtot. de quibuſdā feris, λυκόϝωγός. Sine ulla iuba. Vt ſi uelint dedita opera deſtruere Ariſtot. hiſtoriā, non meliùs poſſint: qui Hippopotamo inter cætera os aſcripſit paruū. Quomodo his ſimul & Herodoto Plinioq; credemus? quorū alterū in Aegypto, ubi diu fuit, Hippopotamum uidiſſe credere par eſt. alter in publicis ludis Romæ ſpectare potuit. Tum ij neq; Nauigationibus aſſentiri queunt, de pedū ratione: neq; ſibi ipſis, qui in alio libro ſuillos pedes attribuūt. De exertis quoq; dentibus apud hoſce, nihil audias. obtuſos enim ꝓdunt. Hæc omnia Scaliger. Io. Leo Africanus noſtro ſeculo de Hippopotamo ſic ſcripſit: Niger ac Nilus flumina hiſce beluis referta ſunt: quæ forma Equū, magnitudine Aſinū, depiles tamen, repræſentant. In aquis perinde ac in terra degūt, noctu ſaltē in terrā enatantes. Cymbis inſidiantur, quæ mercibus onuſtæ ſecūdo Nigro ferunt, quas dorſi frequētibus gyris agitatas demergunt. De Boue aūt marino, qui fortè Hippopotamus Bellonij eſt, ſic: Duriſsima pelle circūdatur Bos marinus terreſtri omnino ſimilis: cæterū ſtatura inferior Vitulū ſemeſtrē refert. Reperitur in fluminibus Nilo ac Nigro, & à piſcatoribus captus diu extra aquā uiuus permanet. Vidi in Alcairo catena publicè collo deductum, quem ad Aſnam Nili ciuitatē quadringentis paſſuum millibus ab Alcairo diſsitam captum aſſerebant. GERM. dici poterit: **ein Egiptiſch Waſſerroſſz/ein Waſſerochß oder Waſſerſchweyn in Egipten.**

SYMBOLVM hoc Pierius Valerianus his uerbis interpretat. Celebratiſsima eſt ſpecies illa quæ uiſebatur olim Hermopoli: ea ſcilicet pictura, ut Hippopotamus eſſet, ſupra quem ſculptus erat Accipiter cū Serpente dimicans. Cuius argumēti ſignificatū id eſſe tradunt Aegyptiarū literarum periti, ut Typhonē ab Oſiride ui domitū, cum de principatu certamen conſeruiſſent, intelligendū autument: per fluuialem equum Typhonē ab Oſiride ui domitum, per anguē principatum interpretantes: (*per Accipitrem uerò uim & principatū: quo ille uiolenter ſibi quæſito, ſæpe per improbitatē tum ipſe turbari tū alios perturbare ſua ſponte uoluerit, Plutarchus in lib. De Iſide & Oſiride:*) atq; ita improbitatē potiores ſibi partes aſſerere conantē, uirtuti demū cedere ſubinnuāt. Eàdem de cauſa cū ſacra faceret eo die, quo Iſidis aduentus è Phœnicia celebrat, fluuialē equum religatū libis inceſſere per ludibriū cōſueuerant. Non diſsimulârim hic Aureoli tyranni tumulū ad pontē Aureolum Inſubriæ ſupereſſe, à Claudio Cæſare ſex elegorū uerſuum epitaphio nobilitatum, in cuius conditorij parte prima Hippopotamus ſit inciſus, quē Serpens cauda mordicus comprehenſa cōplectitur. Id puto ſignificare, tyrannidem tandē temporis ſpacio domitā, &c. Hæc ille in Hieroglyphicis, ſub lemmate, Improbitas edomita. Porrò pedéſne & ungulæ Hippopotami in hoc Pierij ſymbolo meliùs expreſsi ſint, an in ijs quas Bellonius exhibuit iconibus, oculatus tantùm teſtis aliquis probè dijudicarit.



Qui nouum orbem obiuerunt, in flumine Gambra nuncupato, testantur piscem procreari Vituli marini speciem similitudinemque gerentem, præter caput, quod equinum existit: amphibium: eâdem qua bos fœmina corporis uastitate: sed cruribus longè gracilioribus, bisulcis pedibus: dentibus duobus ad latera eminentibus, qui magnitudine ad duos palmos (*dodrantes, Gillius*) accedāt, instar Apri armatum. Nec alibi quàm hac in regione huiusmodi animal inuenitur, Aloysius Cadamustus Nauigationis ad terras ignotas Capite 44.

Dentes Hippopotami Bellonius equinis comparat: eosdemque ualidos, oblongos & obtusos esse dicit. unde in mentem mihi uenit dens nescio cuius animalis, quem nuper amicus meus Christianus Hospinianus, uir eruditus, in torrente quodam (ni fallor) agri Tigurini à se inuentum mihi donauit, &c. formam & magnitudinem hîc delineaui.



DE QVADRVPEDIBVS OVIPARIS.

Quadrupedes ouiparæ omnes utraque crura (anteriora et posteriora) antrorsum flectunt, nisi quòd parum ad latera declinant, Aristoteles Historiæ 2.1. hoc in Chamæleonte & alijs quibusdam pictores nostri non obseruarunt.

CROCODILVS, Κροκόδειλος, Νειλοκροκόδειλος, Δρυολείτης.

ITAL. Crocodilo.

GALL. Crocodile.

GERMANICE Crocodyl/oder Rokodrill.

Crocodilus Africę quorūdam fluminum, presertim Nili incola est bestia. ¶In India quoque multi sunt, Germanicè dicti Allegarden/ ut scribit Hamburgensis quidā in historia Nauigationis suæ. atqui Allegarde nomen Germanicum non est, sed factum (ut conijcio) ab Hispanico Lagárto, quod Lacertū significat.

Palladius quoque Crocodilum, Lacertam, quasi generis uocabulo nominat.

Crocodili Aegyptij Chāpsæ (χάμψαι) uocātur. Iones appellauere Crocodilos, illi generi Crocodilorum (*Lacertorum quorundam*) quod apud eos in sepibus gignitur, quantum ad corporis speciem, cōparantes, Herodotus. ¶HEBRAICA & ARABICA Crocodili nomina legimus hæc: Zab, Hazab, Thab, Tenchea, Tisma, Altensa, Temsa. ¶In Arsinoitica præfectura mirè colitur Crocodilus: et est sacer apud eos in lacu quodam seorsum nutritus, & sacerdotibus māsuetus, & Suchus uocatur, Strabo. Vox quidē Suchus accedit ad Scincus, quod nomen est Crocodili terrestris minoris.

Crocodili terr. icon sequente pagina exhibetur.

CROCODILVS terrestris quinam sit re uera, nemo hodie docuit. Ego genus illud Lacerti (cuius pellem ex America allatam doctissimus Ioannes Ferrerius Pedemontanus ad me misit) esse arbitror: qui etiam à Io. Leone Africano Descriptionis Africæ libr. 9. Dub Arabicè nominari uidetur. Vide infrà in

Cordy-

Caput ad similitudinem nostri seu uiridis Lacerti factum est, reliquum corpus ad exuuium.

Cordylo Rondeletij. Quoniam autem Scincum quoq; aliqui Crocodilum terrestrem uocarunt, hunc maiorem, illum minorem, discriminis gratia cognominabimus. ¶ Mitto ad te (inquit Io. Ferrerius) pellem Lacerti, quam ad me attulit ex Bresilla regione ultra Tropicum Capricorni Gul. Henrison Scotus: qui illuc cum domino Nicolao Villagagnonio equite Rhodio ante biennium nauigauit, & nuper ad nos redijt. Pellis ipsa ferè ad unam ulnam Gallicam longa est, sed capite caret. Huiusmodi Lacertis illic uescũtur promiscuè omnes. Et, ut refert meus Scotus, carnes illæ nõ minùs sunt gratæ palato, quàm apud nos Testudines nostræ habentur. Sic ille. Pellis ad me missa quatuor dodrantes cum tribus digitis longa est: lata digitos decem. Crus anterius, longum digitos quinq;: posterius, octo. In anteriore digiti quini, situm & fissuram digitorum hominis referentes. in posteriori erant distorti, ut fit in sceletis, sed uidebantur totidem: tres medij æqualis ferè originis: ex quibus interior, breuior: exterior, oblongus erat. duo extremi, inferiores origine, de quorum situ nihil afferere possum propter corij luxationem. Cauda lõgissima in summam tenuitatem abit, interuallis candidis & fuscis distincta. Corpus totum φολιδωτὸν est, multis, paruis, splendidis & læuibus squamis obtectum: quæ in medio uentre maiores & candidæ sunt. Digiti pedum unguesq;, omnino gallinaceos referunt. Alicubi legisse me puto, animal esse amphibium. Dub animal (inquit Io. Leo Africanus) in desertis agens, forma Stellionem refert, aliquanto tamen densius, longitudine brachium, latitudine quatuor digitos explet. Aquam non potat, & si quis aquam in os infundat, euestigio moritur. Oua excludit ad modum Testudinis, atq; ueneno caret. Ab Arabibus in desertis capiuntur. Quin & ego à me comprehensum iugulaui, parum tamen emittit sanguinis. Assatus pelle detracta comeditur saporem, ac gustum Ranunculæ exprimens. Lacertã uelocitate repræsentat, & si inter uenandum, in specum subterraneum cauda foris remanente pellatur, nullis uiribus extrahi potest: uerùm ligonibus dilatato foramine à uenatoribus capitur. Triduo mactatus dum igni apponitur, non secus mouetur ac si recens necatus foret.

SCINCI iconem & historiam in libro De Quadrupedibus ouiparis dedimus.



CORDYLUS Rondeletij. κορδύλος. Bellonio Crocodili genus terrestre est, haud ita procerum: Aegypto (inquit) & Arabiæ peculiare, reliquis animalibus infensum. Lacertam proceriorem ac maximam esse dixeris: à qua tamen præter duritiem ac cutis firmitudinem hoc distat, quòd caput crurumq; articulos atq; adeò pedum digitos squamosos gerat. A Nilotico Crocodilo hoc differt, quòd caudam habeat in clauæ modum tuberculis elatioribus asperã, qua corpora, quibus insultat, atrocissimè diuerberare creditur, Hæc Bellonius. Aliqui hodie ficto nomine Caudiuerberam nominant. ¶ Rondeletius Crocodilum terrestrem hoc animal non esse ostendit: putat autem Cordylum Aristotelis esse: cui soli Aristoteles branchias & pedes tribuit. Bellonij icon, quam & Rondeletius posuit, branchias repræsentare uidetur, in Caudiuerbera (quã Græcè Vræo

Caudiuerbera.

Vræomastix.

mastigem dixeris,) non probè, ut credo: nam in descriptione earum non meminit, ut neq; doctissimus Thomas Erastus noster, qui cõtrectatum à se sceleton mihi descripsit. Hoc nimirum imposuit Rondeletio, ut Cordylum esse conijceret. Sed neq; Salamandra aquatica, Cordylus est, ut Belloni us putauit. ¶ Caudiuerbera quam uidi (inquit Thomas Erastus) Crocodilo similis erat, sed decuplo ferè minor. Lacertæ speciem putant. Maxillam inferiorem mouet: Ore & capite Testudini similis. collo breui, inferiore parte media inflato, &c. Cauda rotunda, in circulos diuisa miro quodã modo. Squamæ in ea durissimæ sunt, uidenturq; osseæ, quadrangulæ ferè & planæ, nisi quòd cauę sunt leuiter, ut caudam efficiant rotundam: ita una alij coniuncta est, ut tegulæ, &c. sicuti in rudi hac pictura apparet.



Io. Leo Africanus libr. 9. Descriptionis Africæ, Dub Lacertum describit, lõgitudine brachij, latitudine quatuor digitorum, &c. qui assatus pelle detracta comedatur, &c. capi in desertis, uene no carere. Is nimirum Crocodilus terrestris fuerit. Et mox, Huic simile est (inquit) animal Gua ral, sed paulò grandius: quod in capite pariter & cauda uenenũ gerit. quibus partibus præcisis Ara bes eo uesci solent. Deforme & tetri coloris est: quam ob causam eius carnẽ gustare semper inhorrui. Sic ille. Quærendum autem an Guaral sit Caudiuerbera nostra: & eadem Aeliani Phattages, φαττάγης: de qua ille sic prodidit: Apud Indos nascitur bestia, Crocodilo terreno similis, magnitudi ne Melitensis catelli: cuius pellis adeò aspera densaq; cortice est (φολίδα Græcè nominat) ut detracta ei limæ usum præbeat, & uel æs dissecet, ac ferrum exedat. Indi Phattagen uocant.

Crocodilus terrestris. *Phattages.* *Cordylus.*

Verum quidem Cordylum amphibium hactenus nemo ostendit. unde suspicor peregrinũ esse animal: & fortè idem quod apud Babylonios uel Indos reperiri tradũt authores, amphibium animalculum absq; nomine: quod pinnulis ceu pedibus (quos nimirum aliqui simpliciter pedes ꝓpter formæ aut usus similitudinem uocarunt) graditur: & quanuis branchias habeat, cibi tamẽ gratia in siccum egreditur, cauda subinde mobili: capite Ranæ marinæ simile, reliquo corpore Gobiis. E fluuijs in terrã exiens saltat, & in aquã redit sicuti Rana. Quare cõposito ex pisce & Rana nomine, Pisciranam aliquis accommodato eius naturæ uocabulo appellârit. branchias enim & posteriora ut piscis habet: caput, naturam amphibiam, & saltum, ut Rana: fortè & caudam Ranę imperfectæ (quam Gyrinum uocant) non dissimilem. ¶ Cordylus uocatur etiam Scordylus, & Scordyle. Cæterùm Cordyle, uel Cordula, partus est Thunnorum.

GERMANICE circunloquemur: **ein Arabische art der Heydoyen / dem irrdischen Kokodill nit vngleych / hat schüppen auff dem kopf / in den gelencken der schenckeln / vñ auff den zeehen der füssen / rc.** *Ein Stertrürer /* id est, Caudiuerbera. **Wonet allein auff dem land / als ich acht / ist doch hie har gestelt / darumb das es etlich für ein wasserthier gehalten.**

DE TESTVDINE IN GENERE, DEQVE MARINIS TESTVDINIbus, diximus suprà in fine Ordinis XII. Marinorum, qui est de Cetis: de terrestri uerò inter Quadrupedes ouiparas terrestres.



TESTVDINEM Lutariam (inquit Rondeletius) Aristoteles ab ea quæ in dulci aqua uiuit, non seiunxit: quam Murem aquatilem conuertit Gaza: quæ dicitur ab Aristotele Μῦς, uel fortasse ἐμύς. Hæc quam hîc exhibemus, in palustribus & limosis aquis, fossisq; urbium & castellorũ mœnia

mœnia ambientibus, uiuit. Testudinum (inquit Plinius) est tertium genus, in cœno & paludibus uiuentium. Latitudo his in dorso pectori similis, nec conuexo incurua calyce, ingrata uisu. ἐμύς, ζῶον ἐν λίμνῃ καὶ ἐν πηγῇ γινόμενον: οἱ δὲ, χελώνην τὴν ἔχουσαν οὐράν. Similis est terrestri, nisi quòd cauda ei longior est, perinde ac in Muribus: à qua Muris aquatilis nomen accepisse crediderim. Testa colore est nigro: aliquot particulis ueluti tabellis pectinatim iunctis constat. Pro arbitrio pedes, caudam, caput, modò exerit, modò recondit. Partes internas easdem habet, quas marina, renes quoque & uesicam Rondeletio: quas tamen partes Lutariæ suæ Plinius negat.

GALL. Tortugue d'aigue à nostris uocatur, id est, Testudo aquatilis, Bellonius.

GERM. **Ein Schiltkrott in süssem stillem wasser/als ettlichen gräben vmb die stett vnd schlösser: in pfützen vnd kleinen sehen.**

LAT. Rana. ITAL. Rana.
GALL. Grenouille. GERM. **Frösch/Frosch/Hopzger.**



Mirambellum oppidum est Santonicę præturæ. In eius agro tantum pluit Ranarum, ut cumulatim totæ uiæ tegerentur: oppidani neque domo efferre pedem, neque ubi uestigium ponerent, haberent, Scaliger Exercit. de subtilitate 323. ubi pluuiarum insolitarum, ut Ranarum, terrę, lapidum, ferri, materiam proximam non è terra hauriri, sed in ipsis nubibus statim oriri, contra Cardanum disputat. Falsò (inquit) lapidis pluuiam creas tu ex puluere hausto à nubibus, atque in lapidem condensato. & Ranarum ouis in aerem sublatis ranunculas excludi scribis, quibus pluat, quod æquè uanum est. Quippe deductis ex hiatu nouo rupium limpidissimis aquis: ut postridie non gyrinos, sed perfectas ibi Ranas uidimus, in lapidea fossa, quæ ante uillam erat, nullis pridie ouis apparentibus: sic in aere licet eidem Naturæ non ex ouis generare. ¶ Plura de Ranis simpliciter dictis, leges infrà in Diuisione Ranarum ad numerum 7.

RANARVM DIVISIO.

- Ranarũ aliæ
  - Procreãtur ex semine, ut
    - Terrestres
      - Calamitæ 1.
      - Rubetæ
        - Bufones propriè dicti. 2.
        - Alię quædam sub terra uel stercore degentes. 3.
        - Gibbosæ. 4.
        - Cornutæ quædam dictæ. 5.
        - Fossiles 6.
    - Aquaticæ
      - Fluuiatiles edules
        - Virides } 7.
        - Nigricantes } 7.
        - Flauescentes } 7.
      - Palustres uenenatæ
        - Maiores 8.
        - Minores 9.
  - Alio quodam modo proueniunt: ut
    - Temporariæ, uel æstiuæ. 10.
    - Διïπετεῖς, cœlitus uel cum pluuia demissæ. 11.

Diuisionis explicatio, secundum numeros.

1. Calamitæ sunt uirides, paruæ, quæ & arbores scandunt: quanquã Plinius uidetur distinguere, cum aliâs, tũ quòd Calamitas mutas & perniciosas facit: arboreas uerò, uocales, nec meminit earum ueneni. Ego inter diuersas Ranarũ picturas habeo missam ab Argentinensi pictore subuiridem quandam paruam, non ita pulchro colore ut Calamites est, sed subobscuro: quæ si non ad Calamitas, fortè ad temporarias referri debet.

2. Bufones propriè dicti similes sunt palustribus & uenenatis Ranis, sed maiores, &c. quare iconem eorum à se omissam Rondeletius scribit. qui tamen non simpliciter terrestre hoc genus facit, sed amphibium ex Plinio: Ranæ rubetæ (inquit) in terra & humore est uita. & Aetio, qui eas ex palustribus terrestres fieri tradit. Quærendum an potiùs non una Rubetæ species, eademque ambigua sit, sed duæ diuersæ: quarum una semper terrestris, altera semper palustris sit. Possunt tamen aliquæ per æstatem, dum aquę suppetunt, ac tepor sinit, in aquis agere: deinde autumno & hyeme in terra se occultare; quod aquaticæ omnes faciunt, præter temporarias opinor.

3. Rubetæ quæ sub terra uel stercore inueniuntur, (inquit Rondelet.) Ranis similes sunt:ro stro acutiore,cruribus breuioribus:cute tota tuberosa,maculis multis cinereis notatæ, oculis mul tùm prominentibus & uirescentibus,&c. Hæc ille. Hæ minores sunt Bufonibus: & Rubetę ter restres minores uocari possunt. Inferiùs in numero 5. genus aliud ei cognatum describemus.

4. Rubeta gibbosa,cum Quadrupedibus ouiparis à nobis descripta est.

5. Cornibus exasperari Rubetarum dorsum,quod Plinius scribit,hactenus non uidi. Gibbosæ tamen Ranæ à nobis dictæ,ossa in dorso cornuum ferè instar eminent. Alia ratione recentiores quidam parum Latini scriptores,Ranam quandam cornutam uocant,à sono uocis,quo cornu seu tubam imitetur quodammodo. In Gallijs est Bufonis genus quod cornutum dicitur, à uoce. Verno tempore prodeunt,& uocem instar tubarum binæ inuicem emittunt.coloris cinerei fusci,(tetri,) in uentre uerò crocei. per totam quoq; Germaniam altissimè clamāt: & falsum est extra Galliam mutas esse. In paludibus putridis degunt, Albertus & author de naturis rerum. Has puto minores Rubetas (uel Ranas uenenatas) palustres esse,de quibus mox (ad numerū 9.) dicam.

Reperiuntur & terrestres argutissima uoce, quam tubæ aut campanæ instar audiri ex longinquo aiunt:satis frequentes circa nobilem Tigurini agri arcem Kyburgam; raræ aut nullæ in uicinis regionibus. Hæ duplo ferè minores sunt cōmuni Rubeta,cæterò similes. Vna mihi allata,(deprehensa sub trunco,ubi se abdiderat, ut lateret per hyemem: Septembris initio,) tergo erat lurido,aspero,uentre ex fusco albicante,oculis aureolis,(sed aureo colore per medium diuiso:) clunibus cruribusq;,sed pręcipuè digitis posterioribus,pilosis. Eas non in aquosis,sed aridis locis degere audio:uère uocem suam emittere & æstate.cum uesperi clamant, noctem sequentem sine pruina futuram certò sperari:autumno & hyeme non audiri. Genus hoc cognatum existimo Rubetæ terr.minori,de qua diximus numero 3. sicut & fossilibus Rubetis,de quibus nunc dicetur.

6. Rubeta fossilis uel saxatilis appelletur,de qua Georg. Agricola sic scribit: Rana uenenata quam metallici nostri ex ignis colore qui insidet ei πυρίφρυνον, (Feüwrkrott/) nominant,in saxis perpetuò quasi condita & sepulta iacet. Altiùs intra terram gignitur: & reperitur modò in uenis, fibris, saxorum commissuris cum hæ excauantur: modo in saxis ita solidis, ut nulla foramina quæ uideri possint,appareant,cum cuneis diuiduntur. In lucem elata primò turget ac inflatur:mox de uita decedit

7. Fluuiatiles,Ranæ (βάτραχοι) simpliciter dictæ,degunt in aqua pura,fluuijs,fontibus, riuulis:suntq; edules. Hæ paruæ & informes adhuc nigricāt. Grandiorum aliæ uirides sunt,alię nigricant,aliæ flauescunt, Rondeletius. Inueniuntur autem in paludibus quoq; & stagnantibus aquis. Aquaticæ illæ quæ præ cæteris in cibum admittuntur,uirides sunt,nigris passim aspersæ maculis. Sunt & subliuidæ atq; subcinereæ quædam aquaticæ: quæ partim uocales & ędules sunt, partim mutæ,& non eduntur,ut Georg. Agricola scribit.

8. Palustres Ranæ,uenenatæ cognominandæ:ut ab innoxijs,quæ & ipsę in paludibus reperiuntur,discernantur, βάτραχοι ἕλειοι Græcis medicis: Aristoteli fortè τελματιαῖοι βάτραχοι, Gaza Ranas lutarias uertit. Has Dioscorides Rubetis siue Phrynis coniunxit,tum ob corporis figuram nō dissimilem,(magnitudine quidem inferiores sunt:) tum ob uim æquè perniciosam, Rondeletius: ex cuius libro figuram quoq; eius mutuati ponemus.

9. Proximè dictis minores sunt,quæ à nostris Güllenkröttle, id est, lacunales Rubetulæ dicuntur: & Mönle, inde puto quòd dorsi uentrisq; coloribus Salamandras aquaticas (quas indocti Scincos putant) repræsentent. Hæ semper sunt paruæ; & uiuunt in lacunis & aquis corruptis, sicuti de cornutis suis Albertus scribit,cuius uerba proximè recitaui, (nec puto has ab illis differre:) uentre pallido siue citrino,punctis quibusdam discolore; & suo quodam sono uocis utuntur. Has Aristoteles in Problemat. Ranas paruas Rubetis similes appellat,(μικροὺς βατράχους φρυνοειδεῖς,) quarum multitudo annum morbosum futurum significet: quanquam has Rondeletius διιπετεῖς facit.

10. Latent hybernis mensibus in terra Ranæ omnes,exceptis temporarijs istis minimis,(Germani uocant Reynfröschlin,) quę latent in cœno,& reptant in uijs ac ripis. Hę enim quia non ex semine genitali,sed ex puluere æstiuis imbribus madefacto oriri uidentur,diu in uita esse non possunt, Georg. Agricola. Fortè autem temporarię æstiuæq; Ranæ, non unius generis sunt,sed tū ex fluuiatilium genere,tum Rubetarum,præsertim minorum palustrium: aut saltem utrisq; similes. Lege etiam superiùs ad numerum 1. huius diuisionis.

11. Διιπετεῖς,quasi à Ioue,id est,cœlo cum pluuia demissæ. De his leges etiam suprà, Scaligeri uerba,quæ cum Rana fluuiatili recitauimus. Plinius quidem Ranas diopetes (alij dryophytes legunt) cum Calamite alicubi confundit. Rondeletius φρυνοειδεῖς et διοπετεῖς easdem putat:ego Phrynoides in ipsa terra ex eius putredine generari dixerim: διιπετεῖς (*sic enim malim per ι. in antepenultima,quàm per ο.*) uerò in aere & nubibus gigni,utrasq; automatas.

Aquatilium Ranarum icones hoc in libro posuimus:terrestrium uerò,in libro De quadrupedibus ouiparis,ut Rubetæ minoris, & Gibbosæ, & Calamitæ.

RANAE

RANAE fœtus caudatus, Græcis Gyrinus, Nicandro Gerynus. Ranarum aquaticarum (tum uiridium, tum illarum quæ subliuidæ sunt) fœtus (*nati scilicet recens ex ouis*) sunt primò carnes paruæ, rotundæ, nigræ; dein oculis tantùm et cauda insignes: quas Nicander quia caudam mouent, *μολουρίδας*: Aratus, quia rotundæ, *γυρίνους*: alij Græci *βατραχίδας*, quasi dicas ranunculos, nominant. quorum postea figurantur pedes, priores ex pectore: in posteriores finditur cauda, Geor. Agricola. Ab his factum est prouerbium, Rana gyrina sapientior. Ranę quidem cum tribuatur loquacitas (inquit Erasmus) quæ stoliditatis solet esse comes, minimum mentis inesse oportet gyrinis, quos uix deprehendas animal esse, nisi mouerentur. Plato in Theæteto de quodam: Nos illum (inquit) propter sapiẽtiam tanquam deum admirabamur: at ille nihilo magis antecellebat prudentia quàm Rana gyrina.

GERMANICE Roßzkopf/ Kaulkrott/ Kulpoge.



RANA palustris uenenata, uel Bufo aquatilis. In palustribus locis & putri fœtidoq; limo oppletis nascitur, Rubeta siue Phryno terrestri minor. Venenum eius mala symptomataq; eadem sequuntur, quæ Rubetæ, ut tradunt medici. Vide suprà in Diuisione Ranarum ad numerum 8.

GALLICE Crapau d'eau.

GERM. Ein Wasserkrott / wonet in lachen/ pfützen/ vnd faulen wasseren/ den irrdischen krottẽ änlich/ aber kleiner.



LACERTVS aquatilis, Salamandra aquatica, Lacerta palustris uel lutaria. Qui Cordylum Aristotelis existimant, falluntur. Medici & Pharmacopolę imperiti, pro Scincis eos supponũt, pro remedio uenenum. Vidi hîc impudentes Pharmacarios (inquit Scaliger) ante aduentum nostrum ex Cordulo oleum pro Scorpionum oleo parasse.

ITALI quidam Salamandram hanc bestiolam uocãt, similiter ut terrestrem: alij Marasandolam, transpositis nimirũ literis, & forma diminutiua: nisi quis à Marasso (sic Viperam uocant) deductum hoc nomen malit. Bergomi Cercalinam: circa Vincentiam Salamandram uel Tarantulam.

GALLI. Tac, Tassot.

GERMANI Wassermolle.



HYDRVS, id est, Serpens palustris aut fluuiatilis Rondeletij. Ὕδρος. Gaza Natricem conuertit. Vocatur & Chersydrus, quoniam in aqua & in terra degit: & Enhydris Plinio. Enhydris (inquit) uocatur à Græcis coluber in aquis uiuẽs. Aristoteli uerò Enhydris (Ἐνυδρὶς) est Lutris uel Lutra quadrupes. Qui primùm Hydrus est serpens, postquam aquas reliquerit in terra Chersy- *Natrix.* *Enhydris.* *Chersydrus.*

drus fit. Hydra fœmina est Hydri. Aelianus Hydras in Corcyra procreari dixit, serpētes uel affla tu uenenosas: qui Chelydri uel Dryini uidentur. Boa serpens est aquatilis, quam Græci Hydron uocant, à qua icti obturgescunt, Festus. Hydrum Gaza è Theophrasto Colubrū uertit nimis com muni uocabulo. Angues aquarum sunt, serpentes terrarum, dracones templorum, Seruius in 2. Aeneidos. sed authores hæc omnia multò communiùs accipiunt. ¶Hydra (inquit Io. Leo Afri canus) serpens est curtus, cauda tenui, & circa collum gracilis. in Libyæ desertis agit. Virus habet perniciosissimum: necp aliud morsui remedium ferunt, quàm eam membri partem excindere, pri usquam uirus in reliqua membra penetret.

Boa.

ITALICE Marasso de aqua.

GERMAN. Georgius Agricola Boam facit domesticam & uernaculam Natricē: & Germanicè interpretatur, **ein Unke.** Hydrum uerò Chersydrum & Natricem, **ein Nater/** alij **Wassernater/ Wasserschlang/ grawe Wasserschlangē.** Eliotæ ANGLO Chelydrus est **a Sea snayle**, hoc est, Marinus serpens. Non probo. Meliùs **Watter ader.**

POLONICE Vuodny uuaz, id est, aquatilis serpens.

¶Reperiuntur apud nos Hydri etiam in calidis thermarum aquis.



HYDRI Chersydriue (ni fallor) genus aliud, quod torquatum cognominauimus. Serpētis hoc genus satis frequens apud nos in terra est: sed in aquis etiam reperiri audio, & apparere interdum per lacum à felibus denominatum nostris, ueloci natatione traijcere. Colore ferè cinereo est, & ad magnam longitudinē peruenit, crassitie minori quàm nigri (uernaculi scilicet, Orophię, Myagri) nostræ regionis serpentes. Nota eius insignis, in collo macula cādicans è pallido, torquis instar, non tamen absoluēs circulum. inter utrasq maculas in summo ceruicis angustum est interstitium, duarum fortè squamularum, ubi maculæ utrinq tanquam trianguli forma in acutum desinunt. Maculæ nigræ splendidæ utrinq singulæ post torquem sunt, &c. Has Natrices torquatas aliqui nostratium **Natern:** alij **Hecknatern**, id est, Natrices mordentes & uenenum infligentes uocant: inferiores Germani, præsertim Flandri **Schnacken.** Iidem uaccarum ubera (ut ueteres de Bois scribunt) ab his serpentibus sugi aiunt, & postridie sequi sanguinem. Eosdem aliquando in dormientium ora irrepere fertur: & homines illos, quos subierint, suauiter canere. elici autem serpentes, si supra lactis feruidi uaporem hiantes se contineant. Non morsu tantùm, sed astrictione etiam partium quas inuaserint, nocere audio: degere fermè in pratis & locis umbrosis: interdū in aquis. uocem edere satis sonoram, similem rubetarum quarundam uoci, sed magis continuam & suauiorem.

Iconem require in pagina sequente.

HYDRA monstrosa. Hydrā septicipitem esse (inquit Nic. Erythræus) tam uerum est, quàm Castorem & Pollucem ortos ouo, Plutonem in inferno regnare, natos è serpentum dentibus armis instructos homines, &c. Hæc autem admonuimus propter nonnullos usq adeò rerum imperitos homines, qui proximis diebus Venetijs Hydram septem capitibus terribilē, ad poetarum exemplum summo artificio fictam, spectantes horruerunt, etiam de tam terrifico mōstro naturam ipsam uehementer accusantes. Hæc ille. Videtur autem de fictitio illo monstro sentire, cuius hîc figuram damus, qualis in charta quadam typis impressa & euulgata est. Inscriptio erat hæc: Anno à Christo incarnato M. D. XXX. mense Ianuario serpens monstrosus, cuius typum imago hæc cum magnitudine, tum colore refert, è Turquia ad Venetos perlatus: deinde Francorum regi datus, sexq millibus ducatorum æstimatus est. Additur & interpretatio authoris innominati, tanquam hoc portentum aliquid rebus Turcicis minetur. Sed diuinator hic primùm résne uera an

Ein sibenköpfige schlang.

ra an ficta esset, quærere debebat. Mihi cum Erythræo planè commentum artis uidetur. Auriculę, lingua, nasus, facies, toto genere à serpentium natura discrepant. quòd si figmenti author, rerum naturæ (quæ in ipsis, etiam monstris plerunq; non undiquaq; degenerat) nõ imperitus fuisset, multò artificiosiùs potuisset imponere spectatoribus.

GERM. Ein Wasserschlang mit vij. köpfen/soll auß der Türckey gen Venedig gebracht seyn worden/ vnnd da offenlich gezeyget/ im jar M. D. XXX. Aber es beduncket die verstendigen ð natur/kein natürlicher/sunder ein erdichter körpel seyn.

FINIS AQVATILIVM ANIMANTIVM ICONVM AC NOMINVM.

ADDENDA QVAEDAM SVIS LOCIS OMISSA, QVIBVS ETIAM PAVCVLA QVAEDAM EMENDANDA INTERSERVNTVR.

Numerus prior paginam, posterior uersum denotat.
A. addendum. L. legendum.

12.26. post hæc uerba, inter saxatiles censeantur. A. Mnesitheus apud Athenæũ Scorpios quoque saxatiles facit: nõ rectè. Philotimus enim eos duræ carnis esse scribit, quod approbat Galenus, (saxatiles uerò duræ carnis non sunt,) & in saxatilium penuria eos substituit. Sed plura de Scorpiis dicemus infrà Ordine V.

In eadem pag. 12. post uersum 31. apponenda fuerat Scari lati uel oniæ Rondeletij icon hæc.



24.24. A. Sacrum quidem piscem grammaticorum alij Anthiam interpretati sunt: alij Callichthyn, alij Callionymum, alij Ellopem, &c. inde nimirum factum est, ut imperitiores aliqui, etiam ex Græcis grammaticis, (ut apud Athenæum libro VII. apparet,) omnia hæc nomina Anthiæ attribuerint. Nos Aristoteli, Oppiano, Dorioni, qui authores de piscibus ex professo scribentes, illos omnes inter se distinguũt, potiùs quàm grammaticis, tot homonymias nobis introducentibus, fidem habebimus. Plura leges infrà in Stromatei specie altera. 28.51. post Saluianus A. Percam quidem fluuiatilem sui generis esse constat, nec subire è mari: quanuis nomen idem habeat cum marina propter aliquam similitudinem. 31.8. ad finem Ordinis II. Marinorum A. VARIATA Io. Caij, cum non maior sit Alburno, quanuis saxatilis, Ordine I. reposita est. Pag. 35. Lemma Hirundinis Rondeletij, sic est legendum. *Hirundo Rondeletij: eam Miluus à Bellonio pictus pro piùs refert, quàm Hirundo ab ipso exhibita. Miluus autem Rondeletij diuersus est. Bellonius quidem Mugilem alatum pro Hirundine accepit.* 36.61. post Lendole, notato commate, A. ut scribit Bellonius: & conueniunt quidem hæc nomina Hirundini ueræ, hoc est, Rondeletij: quãuis à uulgò (quod secutus est Bellonius) Mugili alato tribuantur. 38.32. post hæc uerba, Callionymum uocari scribit, nota geminum, & A. qua de re sententiam nostram superiùs in Anthia requires. 40.41. A. nihil certè uerisimilitudinis hæc effigies habet. 41.53. post, Bellonius. A. Chromis, Pagrus, Erythrinus, Hepatus, Orphus, Anthias, Dentex, Synagris, similes sunt, Gillius ex Athenæo. Huic similitudini adiunxerim Characem, Synodontem, Coracinum, Scarum, &c. 42.2. A. Vide mox in Germanicis. Et mox uersu 3. A. Bramæ mar. nomen ad quosnam pisces extendatur, aut extendi possit, à Gallis, Germanis & Anglis, proximè retro in Gallicis Auratæ nominibus dictum est.

46.59. post, confuderunt. A. De Phagri quidem similitudine cum Dentice, & quòd aliqui ęta te tantùm differre putent, ita ut iunior dicatur Phagrus, &c. leges mox in Synagride. 57.45. A. Mys quidem fortè dictus fuerit, quòd mordeat instar Mûris. nam & Mus, licet paruus, morsu tamen se defendit contra hominem: aut quòd dentes fortè murinis similes habeat. 60.22. pro Callichthye l. Callichthyn. 75.58. A. ¶ Hippurus Oceani, siue idem huic, siue cognatus piscis, describetur à nobis in fine Ordinis VIII. Anarrhichæ nomine.

Pag. 76. Asello Rondeletij subiungi debet icon hæc, *quam sequenti pagina, cum sua inscriptione, requires.*

82.20.

Aselli primi siue Merlucij iconem hanc Venetijs nactus sum, ubi Mollo nominatur.

82.20, pro, Caput I, Os.

Pag. 87. ad finem Ordinis quinti addenda erat piscis hic sequentis cum sua descriptione icon.



Andreas Theuetus Descriptionis Americæ capite 67. quod de Insula Muriũ inscripsit. Iuxta hanc insulam (inquit) & totius Americę oram inuenitur piscis quidam rapax, & Syluestribus (hominibus illic degentibus) terribilis, Leonis aut Lupi famelici instar. Houperou sua lingua nominant. Deuoratis alios pisces, uno tantùm excepto, qui paruo Cyprino æqualis, assiduus illi comes est, siue occulta quadam naturæ consensione: siue quoniam cum eo tutus securusq; degat, ut nihil ab alijs piscibus ei sit metuendum. Huperus ille hominem quoq; in mari piscantem (solent autem illi nudi piscari) si consequatur, demersum strangulat, aut saltem corporis partem quancunq; dente cõtigerit, laniatam aufert. Ab eo Syluestres in cibo abstinent: si quando tamen uiuum comprehenderint, quod faciunt aliquando se ulciscendi causa, sagittis confodiunt. Hæc ille de Hupero, cuius formam non exprimit, ego ex Canum genere esse diuinârim. Et mox de alio eiusdem regionis pisce, cuius effigiem quoq; ex libro eius mu-

Huperus homicida.

tuati hîc addimus. Et cum aliquandiu adhuc (inquit) ijs in locis moraremur, inter alios pisces peregrinos, quorum nullus apud nos reperitur, duos uidi ualde monstrosos, à quorum gutture barbæ instar tanquam gemina caprę ubera dependebant: reliqui uerò corporis speciem adiuncta hîc pictura repręsentat. Hucusq; Theuetus: nos ab ea quam ei tribuit forma Aegomastum uel Mastopogonem nominare hunc piscem poterimus.

Aegomastus. Mastopogon

Pag. 93. pro uersu 42. & duobus sequentibus delendis: ita I. Est in litoribus Noruagicis (inquit Olaus magnus in Historia regionum Septentrionalium: ex quarum Chorographia seu Tabula per eundem authorem edita, iconem quoq; adiunximus) uermis glauci (al' flaui) coloris, longitudine XL. cubitorum, & ampliùs, uix spissitudinem infantis brachij habẽs, is lineę modo, ita ut eius progressus difficulter percipi queat, per mare se trãsmittit, nemini noxius, nisi humanis manibus pressus: unde contactu tenerrimæ cutis eius tangentes digiti intumescunt. Vexatus & detentus à cancris, tortuosum cursum euadendi gratia attẽtat: sed frustra. Cancer enim brachijs suis, quasi den

ticulatis forcipibus, tum etiam pedibus, ita eum stringit, ut nō secus ac nauis anchora demissa, firmetur. Hunc uermem sæpius uidi, ab eius tactu nautarum informatione abstinens.

Pag. 94. pro primis tribus uersibus delendis, sic 'l. Qui naualibus exercitijs (inquit idē Olaus) in litoribus Noruegiæ uel mercaturæ uel piscaturæ operam nauant, concordi testimonio stupendam sanè rem afferunt: Serpentem uidelicet uastæ molis, ducentorum pedum & ampliùs longitudine, ac uiginti pedum spissitudine, in rupibus & cauernis ad oras maris Bergensium uersari: qui uitulos, agnos, porcos uoraturus, ab antris, solùm lucido noctis tempore per æstatem exit: uel polypos, *(sic uocat astacos,)* locustas & genera marinorum cancrorum ut deglutiat, maria trāsmittit. A collo deinceps dependentes pilos cubitalis longitudinis habet, squamasq; acutas, atro colore, & flammeos oculos rutilantes. Hic nauigia infestat, hominesq;, se in sublime instar columnæ erigens rapit, ac deuorat: neq; id sine portentoso spectaculo regni, instante mutatione euenire solet: nempe cum principes fato cōcessuri sunt, uel in exilium turbandi, aut bellicus tumultus euestigio imminet. Hæc ille in Historia. In Tabulæ explicatione hæc etiam ab eo adduntur. Nauim ab hoc Serpente inuolui aiunt tantam, &c. Ibidem uersu 6. Lege: Figuram, qualis in Tabula ab eo edita pingitur, in fine præcedentis paginæ posui. Et mox A. Est & alius (inquit idem Olaus) miræ magnitudinis Serpens, in insula Moos dicta, diœcesis Hammerensis: qui ut cometa Orbi reliquo, sic is regno Noruegiæ mutationem portendit, prout uisus est anno M. (D.) XXII. altè super aquas se extollens, atq; in modum sphæræ se conuoluens. Existimatus est hic serpens, coniectura collecta ex longinquo uisu, quinquaginta fuisse cubitorum: quem expulsio regis Christierni, atq; grauis prælatorum persecutio sequuta est: imò excidium patriæ demonstrauit. Et rursus: Nigri coloris serpentes partim aquas, partim terras inhabitant, partim tubera in paludib. existentia, (Gothicè Tuuar dicta,) partim rupes petrosas aquis contiguas. Hi serpentes de genere aquaticorum sunt, atq; noxij existunt. 117. 41. l. ouipara. 143. 3. post Scazone, A. (quo nomine Cottum fl. alij nuncupant.) Pag. 154. ad finem A. Quanquam autem fluuiatilis & Nilo peculiaris hic piscis existimatur, marinis adnumeraui, eò quòd in fluuijs nullos alios ei cognatos reperiamus, in mari uerò aliquot, ut sequuntur. 160. 54. A. Quæ pulmonibus spirant, squamas non habent, Rondeletius. Pag. 164. addendæ erant Phocæ icones duæ: quę hîc subijciuntur, utraq; à Rondeletio exhibitæ, & ad uiuum diligenter expressæ: una (A.) Phocæ mediterranei maris, altera (B.) Phocę Oceani. De Phocis plura leges apud Olaum magnum.

A.

B.



168. 51. A. Hunc cetum (inquit Olaus Magnus) à nobili quodam Anglo uerè descriptum, litora Noruegiana inter Bergensium ac Nidrosensium oras, cōtinuum ferè domesticumq; hospitem habent.

Ad finem pag. 172. Hoc in loco reponendus est Cetus, quem illustris uir D. Sigismundus Liber Baro

ber Baro ſcitè depictum mihi donauit: ipſe uerò ab egregio uiro Matthia Hofero, ex Oppido Tyben unà cum deſcriptione eius acceperat. Illic à uulgo Balęna exiſtimatur.



Nuper (inquit Hoferus) Kalend. Iunij, (die ſabbati noctu) anni Domini M. D. LV. prope Piranum oppidum, in ualle Siciolenſi, ſinu Tergeſtẽſi Adriatici maris, deprehenſus eſt piſcis uiuus in uado hærens, ita ut propter aquam moli ſuę non ſatis profundã, (quanuis ad quatuor paſſus pro funditas erat) natare non poſſet. Itaq; occiſus bombardis, haſtis, uncis, & alijs inſtrumentis, ad prę dictum Venetæ ditionis oppidum cum plurimis nauibus in aqua deductus, & in litus protractus eſt. Pellis eius ſine ſquamis erat, alutæ elaboratæ ſimilis, colore plumbi. ipſe lõgus paſſus quatuordecim: craſſus uerò per corporis medij ambitũ, paſſus octo. Mandibula inferior, lõga pedes XIIII. dentibus quadraginta quatuor inſtructa: quorum ſinguli longitudine & craſsitudine æquabant maximas pyramides ligneas illas, quibus in Pyramidum ludo (globo ligneo prouoluto ſternẽdis) utuntur: Hi omnes appendebant centum libras, (XVI. *unciarum nimirum.*) Superior uerò mandibula uacua & ſine dentib. inferioris dentes claudẽdos in ſe recipiebat. Cauda lata pedes tredecim, & iuxta proportionem ſatis craſſa, cum appendicibus quibuſdam clypei inſtar rotundis. Oculi paulò minores ferè equinis, aſpectu obſcuro. Caput longum tres paſſus. Rictus latus paſſum unum, et ſimiliter lingua. Pinna etiam *(eo loco quo branchiæ in piſcibus eſſe ſolent)* eiuſdem longitudinis. Membrũ genitale, longum pedes quatuor. Teſticuli magnitudinis pilæ triginta librarum. In ſummo capite foramen dodrantis longitudine, ſed inflexum inſtar nouæ Lunæ: quo aquã eiaculabatur, ita ut mediocrem nauem proximam, repletam demergeret. Incolarum aliqui ſimiles piſces priùs etiam ſibi uiſos aiebant, & nominabant Balænam: (*alia eſt Rondeletij Balæna barbata, &c.*) ætate non excedere triennium, ac multò maiores fieri. Ex huius ceti ſolo capite, extractæ ſunt igne àdipis amphoræ (Emer) centum. continet autem amphora libras centum. Amphorarum quælibet uendita eſt aureis Rhenenſibus quatuor cum dimidio. Vſus eius eſt ad lucernas, & fortè etiam alia quædam. nam partium adeò tenuium eſt, ut per uitreum etiam uas penetret. *(Videtur hoc fidem ſuperare, epiſtolæ pars hoc in loco attrita erat, & in uocabulo uitri, litera deerat: aliter quidem legere non potui.)* Canis, qui fortè ſuperuenerat, cum abunde hunc adipem ingeſsiſſet, ſtatim per corpus & cutim undiq; eundẽ reddidit, tanquam ſudorem: & paulò pòſt eo in loco perijt. Adipis huius color refert Maluaticum (ut uulgò nominant) uinum uetus & clarum. Huius piſcis, generoſe domine, coſtã ad te mitto, unam ex minoribus & capiti proximis, è qua ad Solem ſuſpenſa circiter tres librę adipis extillarunt. Sic ille. Ego coſtam quoq; illam depictam ab illuſtri Barone accepi, dodrantibus quatuor longiorem aliquanto: quanquam rectè menſurari non poteſt, cum in ſemicirculũ ferè inflexa ſit: & ſimul dentem, ſimiliter ferè inflexum, mucrone hebete, digitos octo longum, tres latum.

170.40.A. Phyſeter (inquit Olaus Magnus) ducẽnum cubitorũ eſt, terribilis bellua. in perniciem enim nauigantium, plerunq; ultra nauium antennas ſe extollit, hauſtosq; fiſtulis fluctus ſupracaput collectos ita eructat, ut nimboſa alluuie plerũq; naues fortiſsimas deprimat, aut maximo pͥculo nauigãtes exponat. Os magnũ & amplũ habet, circulare, ueluti Muræna, (*Lampreda*,) quo eſcãuel aquã ſugit, pondereq; ſuo in prorã uel puppim iniecto & impreſſo, nauim deprimit & ſubmergit. quãdoq; etiam dorſo uel cauda nauim, ut minuſculum aliquod uas, crudeliter euertit. Spiſſum & nigrum corium habet toto corpore, pinnas longas in forma latorum pedum: ac caudam bifurcatam latitudine XV. uel XX. pedum: qua circunuentas nauium partes uehementiùs ſtringit. Occurritur ei tuba militari, cuius aſperum acutumq; ſonum ferre nõ poteſt: & maximis uaſis ſeu dolijs eiectis, curſum beluæ impedietibus, uel pro luſu ei obiectis: aut ualidis bombardis, quarum ſono magis, quàm ferreo uel ſaxeo globo terretur. globus quidem uel aqua uel pinguedine obſtante, uim perdit: uel leuiter tantùm uulnerat uaſtiſsimum corpus immenſa pinguedine inſtar ualli munitum. In Noruegiano quidem litore frequentiùs uel uetera uel noua cernuntur monſtra, propter inſcrutabilem aquarum profunditatem. Hæc ille in Hiſtoria gentium Septentrionalium: ubi pro Phyſetere non caput illud ueluti equinum pingit, ſicut in Tabula, ſed Cetum quendam dentatum, (quem in Tabula ſimpliciter Balænam eſſe dixerat,) cum in deſcriptione dentes ei negare

uideatur. nam si escam uel aquam sugit, quorsum ei dentes? quanquam & Lampreda tale os cum habeat, dentibus non caret. exertos saltem dentes habere nō potest quod sugit. Germanicè dici poterit à sugendo, Ein Saugwal mit einem runden maul wie ein Lampred.

Pag. 178. ante Rosmari iconem ponenda fuerat pictura, qua Olaus Magnus Balænam cū adiuncta Orca eam impugnante repræsentauit: quam exhibuimus in magno uolumine nostro de aquatilibus, in Balænæ historia, pag. 137. sed nullo detrimento omissa est, ut hîc quoqꝫ cum ad manum non esset: quoniam plerisqꝫ eius picturis nulla fides.

Pag. 178. Addenda est Rosmari ceti icon hæc cum sua inscriptione, quæ non rectè illic contextus de hoc ceto principium occupat.

Rosmarus.

Tum iconi subijcies uerba hæc: Noruagicū litus (inquit Olaus) uersus loca ad Septentrionem magis uergentia, maximos pisces Elephanti magnitudine habet: qui Morsi seu Rosmari uocātur, forsitan ab asperitate mordendi sic appellati. quia si quē hominem in maris litore uiderint, apprehendereqꝫ possint, in eum celerrimè insiliunt, ac dente lacerant, ut in momento interimant. Caput habent Bouis instar: & pellem hirsutam, *(quare ab Alberto Magno Ceti hirsuti uocantur.)* cuius pili, culmi frumentacei crassitudine, latè diffluunt. Dentibus sese ad rupium cacumina usqꝫ tanquā per scalas eleuant, ut rorulento dulcis aquę gramine uescantur, seseqꝫ uolutando mari uicissim exponāt, nisi interea somno profundissimo oppressi, pendendo in rupibus dormierint, *(& reliqua similiter ut ex Hectoris Boethij scriptis recitauimus.)* Expetitur autem maximè propter dentes, qui preciosi sunt apud Scythas, Moschos scilicet, & Ruthenos ac Tartaros (uti ebur apud Indos) ob duritiem, candorem & grauitatem. Hæc ille. Iconi positæ in eadem pagina. 178. adscribendum, *Eiusdem Rosmari icon alia, qualis Argentinæ in Curia uisitur, expressa in panno: ad uiuum quidem, quod ad caput, cum ad Leonem X. mitteretur è Scandinauia, reliquo uerò corpore ex coniectura aut narratione appicto. Hoc dubitari potest, meliúsne dentes bini exerti deorsum uergentes pingantur, à superiori mandibula orti, ut in hac pictura, qui situs etiam ad reptationem per rupes hanc beluam iuuare potest: an ab inferiore maxilla orti sursum spectare debeant, sicut Olaus & author chorographicæ tabulæ Moscouiæ pinxerunt.* 179. 35. post, confundat, A. Accedit præterea ad Hippopotamum feritate & uictu. nam & homines in litore subitò aggreditur, dentibusqꝫ lacerat: & in siccum pabuli gratia exit: & quòd dentes eius ebori comparantur. tales enim esse Hippopotami Gambiæ fluminis in Nouo orbe dentes Scaliger ex Nauigationum libris repetit. fortè & nomen ipsum Rosmari, Equum marinum significat: (Ross enim Germanis Equus est: Mare etiam Anglis Equum significat, unde Marescalci nomē, &c. Appellemus igitur Hippopotamum Oceani, si libet. nam & in mari Hippopotamum reperiri, recentiores quidam innuūt. putauerim autem circa fluminum ostia frequentiùs reperiri. Et ut pleraqꝫ in Oceano maiora fiunt animalia, sic hanc quoqꝫ belluam, in eo maiorem quàm in fluminibus uiuere, uerisimile est. Rosmarum quidem Equo uel maximo maiorem esse quidā scribit. Sed Hippopotami nomen, quoniā ex Equo & fluuio compositum, eidē marino & Oceani incolæ, non bene conueniet. quare uel Elephantū, uel Bouem, uel Equum, uel Aprum marinum potiùs nuncupare par erit. cum singulis enim istorum aliquid commune habere uidetur.

Equi quidem marini, sicut & Bouis seu Vaccæ tanquam diuersorum à Rosmaro animaliū idem Olaus meminit. Equus mar. (inquit) inter Britanniam & Noruegiam sæpius uidetur, caput habens equinum, & hinnitum emittēs: pedes autem fissos cum ungulis ad similitudinem Vaccę, tam in mari quā in terra pastū quærens. Raro capitur, licet ad magnitudinē Bouis deueniat. Caudam deniqꝫ, ut piscis bifurcatam habet, Sic ille. ego talem esse caudam in quadrupede ulla quanuis aquatica, uix crediderim.

GERMAN. Rosmare/oder Rußor/ Rostinger/Morß bey den Moscouiten genañt.

GALL. Rohart, ni fallor, alicubi à Bellonio uocatur, nomine paucis cognito, præterquam artificibus

tificibus illis qui opera ex ebore, dentibus & ossibus parant.

179.57.A. Animal hoc (inquit idem Olaus in historia regionum Septentrionalium) in Oceano Anglico captum, omnibus sui partibus portentosum fuit. Habuit enim porcinum caput, quartam Lunæ partem in occipite, quatuor pedes Draconis, duos oculos ab utroque latere in lumbis, tertium in uentre ad umbilicum inclinantem: atque in posterioribus caudam bifurcatam instar usitati piscis. Antuerpiam aduectum coram omnibus diuenditum est. Pag. 180. dedimus ex Tabula Olai monstrum quoddam cornutum, quod pluribus ab eo describitur in Historia regionum Septentr. In mari Noruegico (inquit) inusitati nominis (licet reputentur de genere Cetorum) pisces sunt, horribilis formæ, capitibus quadratis: undique spinosis & acutis ac longis cornibus circundatis, instar radicis arboris extirpatæ. decem aut duodecim cubitorum longitudine, colore nigerrimo, prægrandibus oculis, quorum ambitus octo uel decem cubitos excedit. pupilla uerò unius cubiti, rubrum & flammeum colorem referens, qui à longe in tenebrosis temporibus inter undas, ueluti ignis accensus, piscantibus apparet. pilos, ut anserinas pinnas, spissos & longos habet in modum dependētis barbæ. reliquum uerò corpus ad magnitudinem capitis (quod quadratum est) ualde pusillum, cum ultra XIIII. uel XV. cubitos in longitudine minimè habeat. Vna harū beluarum plures naues & grandes, fortissimis nautis refertas, facillimè subuertit & mergit. Huic admirandæ nouitati idoneum testimonium perhibet longa ac clarissima epistola Erici Falchendorff archiepiscopi Nidrosiensis ecclesię (quę totius regni Noruegiæ metropolis est) Leoni X. circa annum Salutis 1520. transmissa: cui epistolæ annexum erat alterius cuiusdam mōstri (*Rosmari scilicet, de quo diximus*) horrendum caput, sale conditum.

Pag. 181. Adde ijs quæ scripta sunt de Vacca mar.

Vacca marina (inquit Olaus in Historia) monstrum est magnum, robustum, iracundum & furiosum. ædens partum sibi similem, non supra geminos, plerunque unum: quem plurimùm diligens, solicitè secum ducit, quocunque tandem per mare se transmittit, aut in terra gressus dirigit. decem mensibus uterum fert. demum hoc animal aliquando CXXX. annis uixisse, per caudæ ipsius amputationem probatum est.

Pag. eâdem ad finem Iconum ex Olai Magni tabula, addatur hæc quoque.

Olaus Magnus in Tabula sua, quam literis distinxit, in B.b. belluam hāc marinam sine nomine pingit: eamque ingentem esse scribit, & dentibus truculentis excelsisque. Nos à dentium figura situque Aprum nominauimus, sed cetaceum, ut à pisce eiusdem nominis discerneretur.

Ibidem subiunge hæc. Multiplex est genus cetorum, quidam enim hirsuti, & hi quatuor iugerum magnitudine: (iugerum uerò habet in longitudine pedes CCXL. in latitudine CXX.) quidam planæ pellis, hique sunt minores, atque in occidentali ac septentrionali Oceano capiuntur. Quidam rictum oris habent dentatum, ac longissimum, uidelicet longitudinis XII. uel XIIII. pedum: ac dentes sex, uel octo, uel duodecim pedum. Duo tamen dentes canini cæteris sunt lōgiores, subtus sicut cornu, ad modum dentium apri uel elephantis. Hoc autem genus ceti habet os aptum ad manducandum; oculos adeò amplos, ut ambitus uniuscuiusque XV. homines sedētes admittat, imò XX. uel ampliùs, secundum belluæ quantitatem. Cornua præterea longitudinis sex uel septem pedum, CCL. super quemlibet oculum habet, cornea duritie, ad rigidam uel placidam, anteriorē uel posteriorem motionem & uentilationem. Hæc simul cohærent ad oculorum protectionem tem-

pore tempestuoso, aut cum alia eum inuaserit bellua inimica. Neq; mirum quod tot cornua, licet satis molesta, habeat, cum inter oculos in fronte spatium sit XV. uel XX. aut amplius pedū &c. Plura quæ ad uniuersum Cetaceum genus pertinent, qui uoluerit, ex Olai historia petat.

186.1. post, Plinius, distingue, & A. ut diximus. 188.27. dele hæc uerba, quē habent loco sanguinis. 192.52. ab eo l. ab Aristotele. Pag. 245. ad *Buccinum Rondeletij* adscribe: Cancelli in Buccino effigiem requires suprà, pag. 209. 291.43. Scazón, A. (alicubi in Italia Galeum acanthiam uocant Scazonem.) 322.24. in faucibus A. (an fauces etiam forinsecus dici possunt, ut nō opus sit in os eius admitti?) Pag. 313. post uersum 2. subiunge: SALMARINVS circa Tridentum uocatur piscis rarus & paucis in locis capi solitus, Truttarum generis, ut equidem conijcio: cuius iconem pulcherrimam Saluianus dedit. nos in magno nostro De aquatilibus uolumine inter Truttas Saluiani uerbis eū descripsimus. 357.27. sic leges. Legi in Theutonico libro Hessi cuiusdam ex nouo Orbe reuersi, Lacertos istos in terra & aqua reperiri, edulesq; esse. Ibid. 35. A. Similis uidetur Higoana Lacertus Indicus, cuius Scaliger mentionem facit. conuenit longitudo, & quòd editur, & corium nigrum maculis (candicantibus) distinctum. Dorsum serratum congruere nō puto: nam pellis ad me missa, extensa erat. Caput non uidi. 79.6. pro in l. inter.

ACCESSIO DE GERMANICIS QVIBVSDAM NOMINIBVS PISCIVM, PRAESERTIM QVORVM IN PRAECEDENTIBVS MENTIO facta non est, ordine literarum.

CL. V. LEVINO LEMNIO, MEDICO ZIRIZAEO, Conradus Gesnerus S. D.

NONDVM excidit ē memoria mea, ornatissime Lemni, illud humanitatis tuæ officium, quo non ita pridem ex Italia reuertēs me antehac ignotum domi meæ salutare, & doctissimis sermonibus tuis oblectare uoluisti. Nuper etiam cum Liber tuus De occultis Naturæ miraculis, omnijuga eruditione refertus, & Antuerpiæ typis excusus, ad nos delatus esset, plurimùm eo auidissimè perlegendo tum fructus tum uoluptatis percepisse mihi uideor. Inter cætera uerò cum etiam Germanica quędam Aquatilium animantiū nomina inuenissem, uel noua mihi, uel commodiùs, quàm hactenus didicissem, interpretata: uisum est refricandæ tibi memoriæ nostri causa, hanc Accessiunculam tui nominis inscriptione ornare. Rogo autem te, uir præstantissime, primùm ut Librum hunc totum succisiuis horis euoluere digneris: & ubicunq; aliquid inciderit, de quo admonendus tibi uidear, annotare, idq; quàm liberrimè: deinde imprimis circa Germanica & patrię tuæ ac uicinis usitata nomina, interpretationes meas castigare, augere, minuere, & quoquo modo illustrare uelis. Si quæ uerò nomina uestræ gentis sunt, quæ Latinè aut Græcè efferre nequeas, ea seorsum ut mihi cōscribas, sicut ego in hac Accessiuncula facere aliqua ex parte incœpi, & aliqua descriptione breuissima declares: Cumq; primùm licuerit, de ijs omnibus libellum aut epistolam ad me mittas. Hac in re quantumcunq; mihi præstiteris, gaudebo, eroq; gratus. Scio autem eam esse eruditionē tuā ac diligentiā in omnium rerum naturaliū cognitione, ut sęculū nostrum perpaucos tibi pares habeat. Iuuato igitur suauissime mi Lemni et me in difficillimo hoc copiosissimoq; argumento nimis diu iam laborantem: & studiosis harum rerum innumeris hominibus, omniq; posteritati aliqua doctrinæ tuæ luce affulgeto: id quod tibi nō difficile est, qui ab adolescentia harum rerum fueris studiosus: & in patria Oceano propinqua degas: ubi ut diutissimè fœlicissimeq; tibi tuisq; & amicis uiuas, Deum O. M. rogo. Vale Tiguri. Nonis Iunij. Anno salutis M. D. LX.

Germanica aquatilium animantium nomina, unà cum Anglicis insertis, ordine alphabeti recensui & interpretatus sum quàm plurima (in eo libro in quo etiam Ouidij Halieuticum emendatum & scholijs illustratū dedi: & Aquatilium nomina Latina iuxta Plinium enumeraui:) hîc quidem illorum nihil, aut pauca & obscuriora tantùm repetij, eo consilio ut boni & eruditi aliqui uiri hæc legentes, de quibusdam dubijs incertisq; mihi adhuc certiorem me facerent.

Angelin Germanis & Sabaudis, piscis magnitudine Harengæ, rarissimè capitur in lacu Biellensi, totus albus instar niuis.

Alec Alberto magno piscis est in mari Flandriæ & Germaniæ Raijs cognatus, uernaculo nomine sic dictus, &c. ego tale nomen hactenus non audiui. Olaus Magnus repetit uerba Alberti de hoc pisce, quem alatum cognominat (alas autem pro pinnis dicit:) nec aliud addit, nec authorem

rem citat. qua in re ignorantiam suam arguit, cum passim multa similiter ex Alberti libris recitet, quæ eiusmodi sunt, ut ipsi etiam Alberto incognita & temere ex indoctis quibusdam scriptoribus repetita esse uideantur. itaq; falsa ueris permiscens, & aliena (quæ tanquam sua recitat) suis, ueritatis cæterorum gratiam corrumpit Olaus.

Bergerfisck. Celeberrimum (inquit Olaus Magnus) totius Noruegiæ emporiũ est, quod **Bergen** uocant. à quo etiam pisciũ (Asellorũ) genus **Bergerfisck** appellat, melius quàm **Stockfisch** à fuste uel baculo, ut mollius ad coquendum fiat pluries fustigatum. Huius genus unum longius Asellum uocant: cuius uentres in bicubitales ligulas instar funium abscissos, & aere desiccatos, quasi longè delicatiores cibos, Aquilonares eligere & uendere solent, **Roedscher** dictos. Similiter & extremas caudas eorum piscium in magnis uasis ad quæstum, siue delicatam escam reseruant, quas **Spore** Germani uocant.

Baes/ Sůch Seebaes.

Bloßfisch esse audio piscem, uulgò in Marchia dictum, quem Baltazar Trochus Sillaginem nescio qua ratione appellet.

Bolch inferioribus Germanis ex Asellorum genere, fortè hoc nomen à figura & magnitudine tulerit, tanquã instar longiusculæ trabis (quã nostri **Balch** appellant) aut trabeculæ excrescat.

Cabbeliau dictus uulgò, Asellus simpliciter est Leuino Lemnio, & lapillos in capite non habet sicut Callarias.

Cent, piscis quidam Danubij. ante annos aliquot Ratisbonæ captum unũ, Cæsari Augustam missum aiunt.

Clieuwe inferioribus Germanis, idem aut cognatus uidetur pisci quem Angli **Lump** appellitant, eruditi quidam Orbem.

Cormontein, in Bielensi apud Heluetios lacu, Sabaudicũ fortè potiùs quàm Germanicum uocabulum fuerit, Albulæ (ut nos uocamus) maiori similis, & nimirum cognatus.

Sanneltgryn nescio quis in Rheno piscis Coloniæ uocatur.

Dorst piscis est notus in Liuonia, partim Sturioni, partim Siluro similis. alij **Durst** scribunt, nomine forsan à magnitudine facto. nam **Dursen** Germani nominant gigantes. Alij **Dorsch** piscem in Asellorum genere censent: sunt qui Ranam piscatricem ita nominent, simili capitis magnitudine fortè decepti. Vide inferiùs in T.

Elenbot inferioribus Germanis uocatus, Rhombi species oblongior uidetur.

Elft in Rheno uocatur Coloniæ & alibi, uarijs coloribus insignis piscis, Alausæ similis, aut ipsa potiùs Alausa. in Catalogo quidem pisciũ Rheni, quem Cronenburgius præclarus medicus Colonia ad me dedit, aliud Alausæ nomen non inuenio, quam tamen in Rheno capi certũ est. Eundem piscem in diuersis locis nominari puto, **Erfle/ Orff/ Würffling/ Nörffling.**

Elschouwe. Vitale quiddam inesse uidetur Spongijs & Vrticis marinis, quas nostri **Elschouwe** uocant: quarum innumeræ æstate in Oceano fluitant, exemptæq; mari diffluunt, ac diutiùs manibus contrectatæ liquescunt, ut tradit Leuinus Lemnius lib. 1. de occultis naturæ miraculis. in margine quidem adscribebatur Alga maris: sed Vrtica Algæ nomine appellari non debet.

Eßken audio piscem esse apud inferiores Germanos, qui certo anni tempore stellas quasdam in capite habeat ueluti lepram.

Geernis uel **Gerfisch** apud inferiores Germanos est Acus, rostro oblongo, denticulato: alio nomine **See reiger**, id est, Ardea marina uocatur: Alberto Aniger, tanquam Latino uocabulo.

Goldfisch, qui & **Kutt** Argẽtinæ dicitur, piscis Percę similis, minor, rotundior. At in Marchia Alausam sic nominant, quæ illic latior capitur: in Albi uerò longior, (diuersa nimirum species,) ita ut longitudo eius quintupla sit ad latitudinem, & alio nomine **Zige** uel **Zieg** appellatur.

Grossen à Germanis maritimis dictus, piscis Sauro similis est, & hamum fertur ore emittere.

Haeyfisch (**Hay** Brabantis) in Germanico mari Galeorum generis est, albicãtis per latera et uentrem coloris, in dorso nigrior, punctis fuscis aspersus, ut ostendit pictura, quam doctissimus Echtius ad me misit. Idem uidetur de quo Olaus Magnus: Hominem natantem (inquit) in aquis salsis, piscis de genere Canicularum marinarum, (*Galeus canis scilicet, quem Caniculam minorem uel Plinij Rondeletius nominat,*) Boloma Italicè, & **Haafisck** Noruagicè dictus, adeò auidè turmatimq; ex insidijs adoritur, ut non tantùm morsu, sed pondere etiam in profundum demergat, deuoretq; teneriora membra, nares uidelicet, digitos & genitalia: donec superueniat Raia, ceu iniuriarum uindex, quæ impetu quodam succurrens grassatores abigit, & hominẽ ut enatet pro uiribus urget: eumq; custodit, donec spiritu extincto, post aliquot dies, cũ mare naturaliter se purgat, sursum feratur. Cernitur hoc miserabile spectaculum in Noruagicis oris, quando lauandi gratia homines, exotici uidelicet nautæ, periculorum & insidiarum ignari, è nauibus in undas exiliunt. Latitant enim Caniculæ istæ sub nauibus in anchoris manentibus, uelut Aquatici Arietes. Cutis earũ asperitate sua, ligna & ossa expolit, sicuti & Raiarum.

Haffguffe in Oceano magis refert fructum quàm piscem, nimirum ut Cucumis & Vua Plinij. Ego uocis huius Germanicæ aut Saxonicæ, etymologiam non assequor, ut & multorum aliorum, quibus maritimi Germani utuntur, plurimùm à nobis diuersa dialecto, uocabulorum. Vnde

fit ut Latina uel Græca quorundam aut indicare uetera, aut noua fingere nomina, non posſim.

Hagen audio piſciculum eſſe ſimilem illi quem **Spirling** appellant.

Harder, uel **Herder**, eſt Mugil piſcis, uel Mugilis ſpecies, ſquamis ſatis magnis tectus, & lineis à capite uerſus caudam aliquot, inſtar Thymalli, diſtinctus. Vide inferiùs **Molenaer**.

Hautinck, Acus Ariſtotelis, Antuerpiæ piſcis longè alius **Hautin** uocatur.

Hille dictus piſcis cetaceus in Oceano iuxta Pomeraniam captus eſt, noſtra memoria: cuius imago illic in templo uiſitur cum hoc epigrammate: Hilla uocor piſcis, ad flumina fertilis Hildę Indigenis captus præda ſtupenda fui. Ne dubita, quiſquis picturam uideris iſtam. Sic caput & dorſum, ſic mihi cauda fuit.

Hirſeitt neſcio qui piſcis uocatur in Marchia Brandenburgenſi.

Huyghe, Squatina inferioribus Germanis.

Knackfiſch, totus pelle & oſsib. conſtat, quare abijcit, tanquã cibo inutilis, in litus, ubi corrugatur. Huiuſmodi ſunt Typhle marina Bellonij uel Acus Ariſtotelis, Hippocampus, & ſimiles.

Lake Gothicè uocatur piſcis in fluuijs & lacubus degens, breuior Anguilla, ſed magno uentre. hic profunda petit, præterquam hyeme, quando ſub glacie (ut ſuprà dictum eſt,) malleo ſtupefactus capitur, Olaus. Nos hunc Muſtelã uocauimus, &c. Noſtri uocant **Trüſch**, alij aliter. **Lyckelake** Flandris Hirudo eſt.

Makreel dictus piſcis, capitur in litoribus Noruegiæ, præcipuè in ſcopulis Asloenſibus, maxima copia: qui probè ſalitus, optimus eſt: ſine ſale, peſsimus, Olaus. ego hunc nõ aliũ ꝙ Scõbrum eſſe dixerim, cuius ſimile nomen etiã Galli habent & Angli. alij ſcribunt Macrell, Macrill, Maccarell. hic piſcis quoniam mare non relinquit, aliũ eſſe apparet qui Coloniæ in Rheno **Makrill** nocatur, à nonnullis **Bratfiſch**.

Meercors/uel **Seecors**, piſcis quidam apud inferiores Germanos, Anguillæ ſimilis, &c. idem fortè quem **Lake** Gothis appellari nunc diximus.

Molenaer, uel **Mullenaer** Flandris dictus, non Mullus eſt ut quidam putant, ſed Mugilum generis, ut ex pictura à Io. Echtio miſſa facilè cõijcio. Galli & Angli Mullet nocitant: **Harderẽ** ſuperiùs dicto cognatus.

Muris caudam Flandri lingua ſua Paſtinacam uocant, Rondeletius. ego non aliud Germanis inferioribus de hoc piſce uſitatũ nomen hactenus cognoui, quàm **Peilſtert**, quod ſagittę caudam ſignificat.

Muroica apud nos dicitur piſcis, cuius oſſa (*noctu*) lucent, Albertus. uidetur autem nomẽ eſſe corruptum: alibi Muruca ab eo nominatur Sturioni ſimilis.

Murte, piſciculus quidam uilis, magnitudine Harengi in Noruegia.

Mutterloſichen, piſcis quidam in lacu Suerinenſi.

Orwangen & **Orwängle** uocantur à Germanis branchiæ piſcium: ab alijs **Ryben**.

Palen Congrum eſſe inferioribus Germanis, an rectè quidam mihi retulerit, dubito.

Peilſtert. Quære in Muris cauda.

Pen. Quære in **Spirinch**.

Pergolici à Chriſtophoro Encelio (qui Germanica piſcium nomina ad Latinas terminationes deflectere ſolet) inter piſces numerantur.

Perſich in Auſtria audio piſcem eſſe diuerſum à Perca, dodrantalem ferè, palmi latitudine in medio: ſquamis uix apparentibus, aculeis tota cuti abundare: Viennæ & Poſonij notum: nõ è Danubio, ſed aliunde Viennam inferri.

Petermanche, (alijs **Pieters**, **uiſch**, uel **Torpor**,) Araneus piſcis eſt, ut facilè conijcio ex Icone quam Io. Echtius miſit.

Pladyß, & **Plaetkens**, Paſſerum ſpecies duæ. noſtri **Platyßle** ſcribunt.

Porpel. Thriſſam ſiue Clupeam piſcem, quem Romani Lacciam uocant, nuper in Pruſsia circa mare recens (ut uocant) eo in loco, ubi in ſinum Balthicum (ſeu Codanum iuxta Celtem) ſe exonerat, (circa caſtra Balge & Lokſtede, ad ducem Pruſsię pertinentia,) maximo numero captũ eſſe, compertum habetur. Nam horum piſcium quos Pruteni **Porpel** appellant (nomen antea incognitum) piſcator quidam duodecim millia & ſexcentos, menſe Maio intra quatuordecim dies (præter alios piſces, quorum etiam haud parua copia erat) cepit, Olaus Magnus.

Poſtken eſt Scorpius piſcis, inferioribus Germanis: ut ex pictura à Io. Echtio miſſa, conijcio.

Poſck apud Friſios, Centriſcus Theophraſti eſt, ni fallor: Pungitius Alberti. at qui **Pöſch** Coloniæ uocatur, alibi Porces, **Kutt**/**Kaulberſich**, Percæ fl. ſimilis, minor, Porcus Nili mihi uidetˀ.

Poſte piſcis quidam, Flandris à uelocitate ſic dictus.

Purpontin Germani quidam, ut audio, proferunt nomen factum ab Anglico **Purpoſe** uel **Porpoſe** (quaſi Porcum piſcem dicas) quo Phocænam & Delphinum ſignificant.

Ryben. **Süch Orwangen**.

Roſenmucken ſunt in Pruſsiæ ſtagnantibus aquis, ut lacubus uel piſcinis profundis, Cyprinis latis cognati, quadruplo ferè maiores & præpingues. aſsi cum aromatibus ad principes & locupletes uiros mittuntur. Quære Troſſuli.

Raff. Ex uentre Rhomborum (apud Noruegos) fiunt ligulæ cubitales, uel bicubitales, sed latiores alijs, ualde pingues: quas incolæ uocant **Raff**: eisq; pro pane & obsonio utuntur. Conuenit is cibus robustis hominibus, non delicatis: ferè eius saporis, cuius est semen pisciū induratum, quod Bottargi uocant Itali, sed longè pinguior. Capitibus horum piscium loco lignorum pro cibis coquendis Noruegi utuntur, Olaus. Ego segmēta illa seu ligulas **Raff**, fieri audiui ex pisce **Quep** uel **Heligbutt** dicto: unde eundem quoq; Rhombum esse conijcimus.

Roedscher. Vide suprà in **Bergerfisch**. Sunt autem uētres Asellorum, hoc est, exteriores uentris partes resectæ & salsæ, alij scribunt **Rotser**. ea caro aliquanto mollior & suauior est.

Rotfisch uel **Redfisch**, in Noruegia dictus piscis marinus, uidet Erythrinus aut Pagrus esse.

Rodtbart/uel **Roobaert** ut Frisij proferunt, piscis est Lyriformis: & diuersis fortè speciebus id nomen attribuitur.

Rub Frisijs, Phoca.

Sandling Frisijs orientalibus dictus, Citharus Galeni fortè fuerit.

Sarekens, si probè memini, pisces quidam apud Belgas uocantur.

Sardeyn ab inferioribus Germanis uocatur piscis marinus, Sardina nimirum uel Chalcis.

Schwamfisch. Quære **Swamfisch**. nam inferiores Germani ferè S. scribunt ubi nos Sch.

Schelvis Belgæ indigetant Callarias (Asellorum generis) à scabra cute ac squamata, ut tradit Leuinus Lemnius: qui etiam lapillos in eorum capite gigni scribit. Sed hoc considerandum est diligentiùs. ego **Schellfisch** esse puto Asellorum Rondeletij speciem tertiam; Callariam uerò alterius generis, &c.

Scherren, species quædam Passerum Belgis.

Schmeltz. Vide **Smelte**.

Schnepelfischge in Albi pisciculus est candidus, non ultra digitum longus, Zertæ uulgò dictæ pisci, ferè similis. Is mihi uidetur omnino Phoxinus squamosus minor Rondeletij, nisi colore forsan aliquid differat.

See (uel **Zee**, ut alij scribunt) Belgis est mare: nobis **Meer** mare significat: **See** uerò lacum. hinc composita sunt nomina, **Seebaes**, Lupus marinus, ni fallor: quem Angli simpliciter **Base** appellant. additur autem ei fortè maris uocabulum ad differentiā eius qui fluuios subit. **Seekrabbe**, Cancer marinus est: **Seecreeft** Astacus mar. **Seehaenken**, Gallum marinum sonat, piscem Lyram uel ei cognatum. **Seehont**, id est, Canis marinus, Phocam significat. **See reiger**, id est, Ardea marina. Acus est, rostro longo & denticulato. **Seeschum**, Hollandis, os Sepiæ. **Seetasche**, uulua Raiarum, quæ specie peræ in litoribus eiecta reperitur. Leuinus Lemnius Lupum piscem marinum interpretatur **Zeewolf**, siue ad uerbum, ut suspicor: siue recepto aliquib. Germanis de hoc pisce uocabulo. ¶ Est quando **Seel** pro **See** scribunt in compositis dictionibus, ut **Seelhund** pro Phoca, & **Seelslecke** pro Cochlea marina; sed hoc posterius (puto) Anglicum est.

Shork piscis quidam pedum quinq;, magno uentre.

Skate Anglis Squatinam significat, ut conijcio. Squatina, inquit Albertus, piscis mar. est, quem Germani Catulum maris uocant, &c. Leuinus Lemnius Sepiam interpretatur Felem marinam.

Sijk Gothice dicuntur pisces quidam. Hi (inquit Olaus) sicut & Lupi *(Lucij)* Mugiles, Prasmi & Borbochæ, siccari solent apud Septentrionales, maxima copia, et ut strues lignorum componi. Et rursus: Quidam pisces malleis è robusto ligno factis, ante decoctionē fustigantur: quidam etiam Sole saleq; siccati, crudi tunduntur ac manducantur: quos **Sijk** uulgò uocant. suntq; genere duplici, præsertim in mari Bothnico, in quod influunt maxima flumina ex altissimis montibus Noruegianis. Fumati pisces non infimam sortiuntur æstimationem, ut Salmones, Prasmi, **Sijk**, Halec, Murænæ, Mugiles & Boctes. Et mox: Sunt & Boctes ac Orches pisces fumigati, qui in esum genti Septentrionali cedunt. Et alibi: In Harengorum genere fœminæ uulgi æstimatione cariùs emuntur: quia oua eorum uentrem satiant dum stato tempore à piscibus abstinendum est: quod & similiter aliorum piscium oua, ut Salmonum, & quos Gothi **Stick** uocant, faciunt. Sic ille. Ego eundem piscem ab alijs Germanis **Stint**/ **Stinckeling** & **Stinckfisch** uocari puto. Hi infumati adferuntur ex Liuonia, ouisq; multis & pinguibus abundant. **Sijk** quidem nomen uel à siccitate factum est: sunt enim pisces exiccari soliti. uel à **Stinck** per syncopen: quod nomen fœtorem significat: quoniam & recens capti hi pisces, & aliquandiu seruati, fœtere uidentur. Vide mox in **Spiring**.

Smelte Anglis & Belgis est pisciculus (alij **Schmeltz** magis Germanicè proferunt, à pinguedine nimirum) delicatissimus, quem Galli Eperlanum uocant, à colore splēdido perlæ, id est, margaritæ. aliqui Violam à gratissimo eius odore posse uocari censent. Aqua partim marina, partim fluuiatili gaudet. Figura (à Bellonio exhibita) & descriptio eius planè mihi referre uidetur Vmbram (siue Vmblam) lacustrem nostram minorem. Doctissimus Turnerus Smeltam Gobionū generis facit. Sed alium quoq; piscem apud Belgas **Smelte** dici conijcio ex pictura, quā à clarissimo medico Io. Echtio accepi: corpore paruo, oblongo, angusto; pinna nulla, (fortè quòd pi-

ctor omiserit:) rostro longiusculo, acuminato, ita ut maxilla superior aliquanto breuior sit.

Spiring/Spierinck/Spirling, si Apua aut Apuis cognatus est piscis, ut Turnerus putat, miror eum dentatum esse. idem piscis **Sijck** Gothicè dicitur, de quo suprà scripsi. Audio esse dodrantalem, candidissimum, longum, angustum, nullo uentre foris apparente, nihil cibi in eo reperiri: spinam dorsi Anguillis similiter habere, simplicem, nullis adnatis, gregatim degere. Huic similem esse per omnia **Pen** (fortè ab Apua corrupto nomine) dictum Hollandis.

Spore. Vide **Bergerfisch.**

Spritzen apud Vallesios nostros, Phoxini læues, ni fallor: dicti quòd propter lubricitatē manu retineri, quin elidantur, uix queant.

Sprott circa Insulam Rheni piscis est, à Spiringo diuersus, cum apud Anglos **Sprote** idem sit qui Spiringus.

Squame dictus piscis è Dacia *(fortè Dania)* adfertur: is post æquinoctiū autumnale demum parit, ut scribit Albertus Magnus. sed alius est **Swamfisch**, de quo Olaus Magnus: Monstrum *(Cete ferè monstra nominat)* Noruagico idiomate **Swamfisch** dictum, rotunda est forma, præ cunctis marinis beluis gulosum. Stomachum distinctum non habet, ut ferunt: & omnis cibus in corporis eius crassitudinem uertitur, ut nihil aliud uideri possit quàm una massa pinguedinis adunata. Dilatatur & extenditur: cumq; ampliùs extendi nequit, pisces per os facilè eijcit, quoniā, ut cæteri pisces, collo caret. Os eius continuatum est uentri. Adeò crassum est, ut urgente periculo carnem, pinguedinem & pellem suam, sicut Hericius, super caput reduplicet, & contrahendo se caput abscondat: non sine sui detrimento. nam inimicas bestias timens, fame urgente se non aperit, sed esu carnium suarum sustentatur, cum aliquam sui partem consumi, quàm à beluis prorsus deuorari malit. Sic ille. ex uerbis quidem eius cetusne an piscis sit, non satis intelligitur. ponit etiam iconem, sed quæ mihi suspecta sit, ut & aliæ pleræq; ab eo exhibitæ.

Stinck. Vide **Sijck.**

Stockfisch. Lege **Bergerfisch.**

Storme Frisiorum, Scorpius piscis esse uidetur.

Streckfisch uel **Strackfisch**, nescio qui piscis, Gedani seruatur in aere ut durescat.

Terbot apud Belgas Rhombus quidam est, hoc nomine pictum roseo colore à Io. Echtio accepi. alij **Tharbutt**/uel **Tarbut** proferunt.

Torpor. Quære in **Petermanche.**

Torsck uulgò dicti pisces, ut & Arengæ, Anguillæ, Prasmi, saliri, uento siccari, aut fumo macerari solent. sic autem (**Torsck**) Gothicè uocantur: qui ab Italis & Hispanis Marlucz. deferūtur autem Romam usq; per Hispanos & Lusitanos. Vide **Dorst** suprà.

Trossuli apud Borussos capiuntur, partim in lacubus, partim in æstuante mari, Erasmus Stella. ego hoc nomē è Germanico aliquo factū conijcio. Iidē fortè sunt **Rosenmucken** superiùs dicti.

Vckelangen piscis quidam circa ostium Tangræ nominantur à Christophoro Salueldensi.

Vint Belgis est Alausa: quo nomine etiam Albertus Magnus utitur.

Vore piscis apud Belgas, paruus, squamosus, uarius, unde & nomen ei factum puto, latiusculus, pinnis rubris: candido, luteo & subuiridi colore distinctus, ut ex pictura ab amico accepta apparet. Idem opinor Variatæ pisci, quem Ordine 1. Marinorum pinximus, &c. à Trutta quam nostri **Fore** nominant, longè diuersus.

Wecke apud nos piscis est uētre magno, & stomacho uilloso omni genere uillorum, Albert.

Wittim uel **Wytling**, Asellus primus est.

Willocks Belgis Cochleæ quædā marinę sunt, colore ruffo: quarū foramina operculo tegūt.

¶ Gedani piscis est, cuius dissecti etiam frusta mouentur & tremunt: carne ut **Welß**, id est, Silurus. fortè Anarrhichas noster, qui ad Siluri naturam accedere uidetur.

¶ Piscium uariæ figuræ (inquit Olaus) per Aquilonaria litora inueniuntur: quorum nulla apud ueteres mentio reperitur: Vt pisciculus palmā longitudine non excedens, leporina facie, ac spiculis in dorso: quibus quoslibet etiam magnos pisces solo aspectu terret, & in fugam conuertit. *(Hic fortè è genere Lyriformium est.)* Item pisces aculeati dorsi, instar serræ, qui asperis illis aculeis ac pinnis acutis, antrorsum (dum nocere intendunt) admotis, omnes offendunt: & hi duo tanquam aquarum & piscium latrones, ubi capiuntur, ut inutiles ob spinas & aculeos, & carnem insipidam abijciuntur. Sunt & pisces cornu in capite gerentes antrorsum, sicuti rostratæ uel Liburnicæ naues, in uentre ora habentes, macilenti & insipidi ob corporis macritudinem, quam incurrunt alios pisces persequendo. Hæc ille.

Patauij prope ædem diui Antonij, apud hęredem Monscolari cuiusdam (quem Antiquitatum studiosum fuisse aiunt) audio seruari Equi marini caput planè simile equino: quod an Hippopotami sit, quærendum est. Item rostrum ceu Ciconiæ adiuncto corpore piscis quasi uesica, è mari Adriatico, sine nomine. Varinus Camers Porcum (πόρκον) aquaticum animal, &c. describit, utris similitudine, in Danubio, quadrupes, &c.

FINIS.

EBRAICE.

ליהוה הארץ ומלואת:
אודה יהוה בכל-לבי
אספרה כל-נפלאותיך
זמרו כבוד שמו
שימו כבוד תהלתו:

GRAECE.

Δόξα ΘΕΩ͂ι τεύξαντι τὸ πᾶν, καὶ πάντα κινοῦντι
Πατρὶ μεγαλοσθενεῖ, τοῦ περ γένος ἐσμέν· ἰδ' αὐτοῦ
Ἔργα θεωροῦμεν πάνυ θέσκελα πολλὰ καὶ ἐσθλά,
Οὐράνια, χθόνια, καὶ ἐν ἠέρι, ἠδὲ θαλάσσῃ.

LATINE.

Omnia qui fecit, mouet & conseruat, alitque,
Sit soli semper gloria, laus & honor.
Omnibus in rebus, tellus, aqua, pontus & æther
Quas claudunt, uis est insita clara DEI.
Omnia sunt hominem propter ceu condita finem.
Finis homo est homini: præcipuus, DEVS est.

ITALICE.

Rende Lettore ogni honore e gloria
A sol IDDIO, che tutto 'l hà fatto,
E mouendo 'l nodrisce, e serua in atto,
Tal, che stupisce ogniun di merauiglia.

GALLICE.

Au seul grand DIEU, qui tout a faict, conserue,
Meut, & nourrit cé, qu'est en l'uniuers,
En terre, en l'eau, en l'aer, feu, cieulx diuers,
Gloire a iamais, los, honeur qu'on reserue.

GERMANICE.

Fürchtend den allmächtigen/
Erend den allwüssenden/
Liebend den allgütigen
Herren GOTT/ vnd vatter
Aller dingen/ schöpfer/
Beweger vnd erhalter.

E2:

879